Apuleius cum commento Beroaldi: & figuris nouiter additis

¶ Cœli calcagnini Ferrariensis epigrāma.

Exi lucidus undecunq; Luci
Tersus, frugifer, elegans, rotundus.
Nec graues metuas subisse rhonchos,
Adeptus modo pristinum decorem.
Quem doctus Beroaldus & disertus
Lima restituit sæueriore.
Nec solum tibi reddidit priorem
Cultum, at si quid erat parum remotum
Consuetudine, dispulit tenebras,
Et lucem dedit enitentiorem,
Quare sub studium eruditiorum
Exi lucidus undecunq; Luci.

¶ Philippi Beroaldi Endecasyllabon ad Asinum Aureum.

I dextro pede, sidere & secundo
Fœlix pannoniam petas Aselle.
Te non aspera saxa, non uiarum
Scrupi, flumina, cespites, lacunæ,
Cliuorum salebrosa senticeta
Delassent, iter hoc laboriosum
Transcurras sine claudicatione.
Commentaria nostra sarcinasq;
Perfer nauiter, offerasq; Munus
Petro Pontifici pio eloquenti.
Quo nil doctius elegantiusq;,
Quo nil sanctius est benigniusq;.
Is te comiter, obuioq; gressu
Gratanter capiet, statim refectum
Vnguento ambrosio, thoro fouebit.
Tunc molli satur educatione
Fies delicium tui patroni,
Gustabisq; rosas, eris torosus,
Splendens, floridus, aureusq; Asellus.
I dextro pede, sidere & secundo
Fœlix pannoiam petas Aselle.

¶Ad maximum Antistitem. D. Petrum Archiepiscopum Colocensem Philippi Beroaldi Bononiensis Epistola.



OS FVIT Antistes Amplissime statuas eorum publice dicare: qui aliqua Illustri causa perpetuitatem meruissent. Summiq; homines non pauci simulachra corporum suorum in propatulo collocata conspici uoluerunt. Ita nominis gloriæ consulentes, sibiq; mortalitatem prorogantes. Præclarum hoc sane negociū. Cuncta enim uirtutis monumenta præclara esse censeo. Sed nimirum illud multo præclarius est, multoq; perennius ingeniorum q̃ corporum effigies relinquere, animorum q̃ membrorum expressa liniaměta nepotibus posterisq; disseminare in memoriam sempiternam. Siquidem statuæ & imagines intereunt, aut ui conuulsæ, aut uetustatis situ decolaratæ. Volumina uero: quæ sunt uera spirantiaq; hominum simulachra. Nulla ui conuelluntur, nullo senio obliterantur. Fiuntq; uetustate ipsa sanctiora durabilioraq;. Ego iam pridem aliquot id genus effigies sub literatoria incude procusas mihi ipsemet publice posui: quibus non minus opinor ingenii mei similitudo expressa conspicitur: q̃ olympionicarum simulachris perfecta corporum liniaměta spectabantur: quæ Iconica auctores appellāt. Hoc uero nouicium animi nostri simulachrum uario effigiatu cultuq; laborioso perpolitum sub tuo nomine publicamus. Tibiq; nuncupatim dedicamus Archiepiscope colocensis: quem merito beatum censemus, cuius amplissimę religioni luculenta doctrina coniuncta est: quæ duæ sociabili nodo connexæ proculdubio sunt Beatitudinis effectrices. Quippe religio uitiorum expultrix, Deo nos conciliat & uinculo pulcherrimo connectit. Doctrina uero uirtutis indagatrix, immo ipsa uirtus animos nostros exornat, excolit, uenustat. Tolle ex mortaliū cōmertio religionem, atq; doctrinam, quibus haud dubie uita constat. Cuncta cōspicies incondita, impolita, squalentia, nec minus tenebricosa: q̃ si ex mūdo Solem Lunāq; sustuleris. Pythagoras ille philosophiæ primus nuncupator inter plurima, quæ humano generi saluberrima documenta præcepit, cūprimis monet Deum religione colendum esse. Animum disciplinis excolendū. Tu perinde ac pythagorici Dogmatis obseruantissimus cultor, ita religione præcellis, ita doctrina præpolles, ut nulli Antistitū clarissimorum sis secundus. Agisq; Archiepiscopū ex omni prorsus parte absolutissimum, in quo consertus Episcopalium uirtutum chorus splendicat, & sacerdotalia ornamenta collucēt. Ecclesiæ columē, Euangelii tuba. Et doctrinæ christianæ promptuarium. Apostolus Paulus in Episcopo perfectissimo desyderat Sobrietatem. Prudentiam. Sanctitatem. Continentiam. Sanamq; doctrinam. Quæ oīa in te uno affatim cumulata conspiciuntur. Tu sobrius. Tu prudens. Tu moribus defecatis ornatus. Tu castitate uitæ sanctissimus, frugalissimusq;. Doctrina uero tanta peculiariter excellis, ut non minus sis eruditione quā archiepiscopatu memorandus. Instar Iubæ Regis, quem studiorum claritate, q̃ regno memorabiliorem auctores clarissimi prodiderunt. Tu instar Cypriani auro argentoq; suffarcinatus exiisti de ægypto, iuxta Dominicum præceptum: despoliata. Tu mellis primicias (hoc est prędulcem eloquii suauitatem) domino obtulisti. Tu (sicuti diceris) ita re ipsa es archiepiscopus, hoc est princeps primariusq; episcoporum. Nam sicuti claritudo natalium non facit matremfamilias, sed boni mores. Ita neq; stemmata, neq; opes, neq; nobilitas dant primatum apicemq; summo sacerdoti: sed religio doctrinæ copulata. Cōtrario complusculi hac tempestate in ecclesia dei uisuntur, qui cum episcopali dignitate sint summi, morum & inscitiæ dehonestamento sunt infimi. Quibus magna lauticię luxuriæq; cura est, maxima uirtutis incuria. In quibus Episcopi nihil quicquam cernas pręter habitum & nomen, qui quid sit episcopatus ignorāt. Instar phanię Pontificis propter rusticitatem, quid eēt pontificatus nescientis. Cōditores ecclesiasticę literaturę celeberrimi prodiderunt cęcū animal deo offerri, quotienscunq; illiteratus sacris initiatur, fit q; adscriptitius militiæ religiosæ. Dii boni quot cæca animalia quotidie Deo dedicātur. Quot antistites primarii, quot protomystæ, quot Episcopi cecutientes sunt, & prorsus talpæ, hoc est indocti incultiq;. Lux enim sacerdotis & cultus doctrina est. Habent hi quidem domos exornatas, opiparaз suppellectilem, familiam numerosam, omnia splendentia præter ipsos dominos, qui uitiis decolorati & labe ignorationis infecti sunt tenebrosi, prorsusq; sordescunt. Et cū maiestas Episcopalis auro comparetur, non tam fulgore auri splēdicant, q̃ plumbi liuore pallescunt. Episcopus autem cum græco uocabulo explorator siue speculator significetur, uidere sane est tales Episcopos dignos tanto nomine, dum curiose explorāt & solerter speculanť redditus atq; uectigalia ēpatus, qua quidē unica in re merenť Ēpi nominari, hoc ē exploratores diligētissimi, & speculatores solertissimi, quos (ut serio loquar & dicam quod sentio) non tam ēpos quā pseudo episcopos merito appellaueris. Cum autem ignorantia inter religiosos (hoc maxime sęculo) tanquam Grangrena serpat, & perinde ac pestilentia late grassetur. Tu ab eius contagione lōge resiliens munisti temetipsum alexipharmarco doctrinæ christianæ eloquentiæq; medicamento, quibus nihil potest esse potentius. Et cum aliorum animi in macie, corpora in sagina sint, tua mens adipibus doctrinarum saginata pinguescit: qualis pinguitudo, quanto uberior tanto salubrior. Cæterum cū ex apostolico præcepto, oporteat Episcopum esse dei dispensatorem atq; pedisequum. Cunq; in ecclesia hoc sit episcopus, quod in naui gubernator, in curru rector: in exercitu dux. Tu instar boni patrisfamilias tota ecclesiæ membra circunspicis, & nequid laxabundum ruat curiose procuras, ut uerum sit: qui bona fide Deum colit, eundem & diuina diligenter excolere. Instarq; boni pastoris eorum, quibus pręes cōmodis salutiq; subseruis. Tu ecclesiæ rector, exornator: illustratorq; existis. Et sicuti sacrarium sanctitudinis, ac domicilium dei ecclesia dicitur. Ita te Præside esse cognoscitur. Quæ uero ad tuū sacerdotium pertinent diuina mysteria, ea tam diligenter, tam sancte, tam solenniter celebrantur, ut omnia in his maxime casta solennia religiosa sint, ut sacerdotes alii ex institutis tuis religionis colendæ formulam mutuentur. Ad hæc cum hospitalitas (quæ præcipua uirtus est) Episcopum cumprimis exornet. Domus tua patet illustribus humilibusq; hospitibus indiscriminatim. Pauperes ad te perinde ac in Asylum salutis confugiunt, tuisq; erogationibus sustentantur. Et profecto qui beneficus est in egestosos, Deum promeretur. Immo (ut uerius loquar) deum ipsum computat debitorem. Plautina illa sententia, de mendico male meretur: qui ei dat quod edat aut bibat. Tibi iure optimo ueluti inhospitalis ac detestanda improbatur. Qui probe calles humanitatis officium esse necessitati hominis egentis subuenire. Quantum uero illud est: quo pręconio, qua laude memorandum? Quod militibus regiis annonam omnifariam, calceos, pilea, uestimenta large suppeditas. Qui oppositi sunt ueluti obices turcis coercendis: & sane decet Episcopum Orthodoxum nulli impendio parcere ad cohibendos hostes christianæ fidei sempiternos: qui sanguinis nostri sitientes, Christianiq; nominis delendi cupiditate flagrantes, faciunt continenter in regionibus Pannonicis incursiones, omnibusq; uiribus expugnare contendunt propugnaculum in confinio Pannoniæ munitissimum, cui Belgrado nomen. Verum illic præsidium regium in procinctu expeditum semper est ad illorum impetum retundendum, & ferociam suffrenandam. Hi autem bellatores limitanei tuis inuitamentis excitantur. Tua largitate fiunt in arma promptissimi. Te opitulatorem. Te parentem consono ore appellitantes. inde fit ut te non minus auxilio pollentem, q̃ cōsilio experiantur. Cum autem summus honos sit, notū esse tantummodo amplissimis principibus. Tu apud Maximum Pontificem Alexandrum es impetrabilis. Tu Maximo regum regi Mathiæ (cuius laudes nulla ætas conticescet, qui Alexandro magno, Cæsari dictatori, Hannibali pœno uirtute imperatoria

Laus archiepi colocēsis.

Cōtra indoctos Ēpos.

Ēps explorator

Ingorātia ut cancer

Laus Mathię regis,

imperatoria est comparandus)tam charus, tam iucundus olim fuisti, ut apud maximũ regum honoratior fueris, q̃ apud
Scipionem Panętius, apud Alexandrum Aristander. Nec immerito. Ille enim maximas complusculas, tuo consilio, aucto-
ritate, prudentia gloriose consecrerat. Quamobrem maximus(sicut par erat)te ornamentis ornauit. Et Archiepiscopatus
apice meritissimo condecorauit. Quem tu tamen ante merueras q̃ acciperes. Quippe uiri præcellentes student non tam
suscipere sacerdotium q̃ mereri. Verum enimuero in ætate hominum agenda(ut inquit plautina matrona)uoluptati mœ
ror comes consequitur, & serenitati tempestas proxima. Deniq; nulla tranquillitas potest esse diuturna, nec ulla fere est tã
solida fœlicitas, quam non fortunæ turbo concutiat: quæ semper uirtuti aduersatrix est & contumax. Cuius spicula acu-
leata cum alibi, tum in aula principali maxime perforãt. Vbi inuidi calumniatores atq; maleuoli criminatores dominã Calũniatores in aula regia
tur: qui in cubiculo regio uiperæ linguas uirulentas uibrant in perniciem bonorum, qui fœlicitatem inuident beatis: do-
ctrinam eruditis. Qui inuidentiæ stimulis irritati uirtutem præcellentem allatrare non cessant, omni prorsus pestilentia
pestilentiores. In hoc maximi Principes(quod cum bona illorum uenia dixisse fas sit)identidem peccant. Vt uidelicet Ne
uo credulitatis infecti aures nimis patulas præbeant delatoribus, quos(ut sapienter Domitianus dicere solebat) qui non
castigat irritat. Horum itaq; fictæ criminationes te Regi Mathiæ fecere suspectum: te ueluti procellæ turbulentæ uentos
regios(qui tibi spirabant secundissimi)immutarunt. in tantum ut cymba tua retrorsum acta scopulo illideretur. Tunc
fortunæ fulminatis ictu non tam extinctus q̃ decoloratus: docuisti uirtutem affari posse: extingui non posse. cuius cũ pro
prium sit neq; rebus secũdis immodice efferri, neq; aduersis imminui. Tu sicuti in prosperis modestus, ita in aduersis cõ-
stans procellam illam impetu uehementiore prosilientem patienter pertulisti, uirtutis adminiculo fultus, & cõscientia im-
maculabili subnixus. Qui ad unicum calamitatis leuamentum studia confugiens: id temporis maxime expertus es literas,
sicut fœlicibus in rebus sunt maximo ornamẽto. Ita in calamitosis esse maximo solatio. Singulariq; perfugio, ex quo uber Lr̃æ in aduersis solatio.
rimus est fructus, iucunditasq; sapienti. Verum cum maximum hominis propugnaculum innocentia sit. Cumq; uirtus cõ
cuti possit, excindi funditus non queat, tu pristino mox fastigio restitutus clarior illustriorq; emersisti. Instar solis: quẽ nu- Laus regis Vuladislai
becula obũbrauerit: qua mox dispulsa purior, nitidior: flagratior emicare consueuit. Impẽtiarũ, in maxima es(sicut merito
esse debes)existimatione atq; auctoritate apud Sacratissimum, & omni cum honore mihi nominandum, Regem Vuladis
lauum, quem religiosissimum, sanctissimum, indulgentissimum Regum omnium sciunt omnes, qui nouerunt. Et constãs
fama latissima prædicatione circunfert. Qui Regis uirtutibus quasi compactus atq; conglutinatus duorum regnorum
Pannoniæ & Boemiæ habenas sapienter & salubriter moderatur: cui non secus ac Traiano alteri cognomentum opti-
mi optime congruit. Quem mihi in animo est aliquando reuerenter salutare. Sed non sine munere carthario, sicuti par-
thorum Regem nemo sine munere salutat. Tu apud summates & proceres Aulicos omnis es amabilis: atq; pro ea(qua
plurimum polles)uirtute es uenerabilis. Te omnes uti parentem colunt: regiiq; status patronum strenuissimum cum lau-
de suscipiunt. Cæterum cum pulcherrimum sit: ut in uita: ita in studiis seueritatem comitateq; miscere, & ex dissonis face-
re concentum. Tu austeriorem spiritualis doctrinæ disciplinam misces lenioribus sæcularis sapientiæ condimẽtis: post spi Vita interior inculpabilis
cas ex salubriori messe colectas: racemos uindemiæ Oratoriæ suauissimos decerpis, sine cuius suaui olentia doctrinæ om-
nes inodoratæ, insuaues, iniucundæ sunt: & prorsus aspernabiles. Omnes qui istinc ueniunt multa de tua æquitate, tempe
rantia, integritate, doctrinaq; commemorant: teq; præconio bonitatis extollunt. Quid memorem q̃ probus, q̃ splendidus,
q̃ inculpatus existas in uita interiore atq; domestica: ex qua mores perpenduntur, & interior homo dispicitur. Cumq; ex
moribus ministrorum domini persæpe iudicentur. Domus tua tota bene instituta. Famulitium, quod pro dignitate co-
piosum est, ad mores dominicos mere formatum. Nihil turpe dictu factuq; in domo tua, neq; auditur, neq; cernitur. Quod
siqui aliquando improbriores existunt (difficile est enim in maxima familia ad præscriptum cunctos innocenter degere)
eos tu austeriore medicina seueritateq;, non tam tetra q̃ tetrica, ad frugem bonam reuocare contendis. propriores uero
indulgenter amplexaris ac foues. Ita ex malis bonos, ex bonis optimos efficiens. id quod in M. Antonii Imperatoris lau-
dem plausibiliter proditum est. Et cũ in familia numerosa plures habeas egregie fideles. Inter cæteros probissimus ẽ Mar
tinus Atthadinus, quo in negociis dominicis obeundis nihil fidelius: diligentius, uigilantius noui. Quem tu ex omnibus
unum utpote solertiorem maxime idoneum delegisti: cui arcana committeres: & negocia permagna concrederes. quem
ad pontificem Maximum nuncium renunciumq; impetrabilem es expertus. Et cum in te abundent uirtutis & bonitatis
exempla. Tu iusti æquiq; pertinax, religiosæq; institutionis seruantissimus, pensum religiosum, quod quotidianum sacer- Vigilax archieps.
dos bonus Deo debet, suis horis absolutum incontanter reddis. In tantum dissimilis istis: quibus pro Psalterio Psaltria
est, pro sancto breuiario scortum accubat. Et cum ex Homerica sententia turpe sit uiro primario totam noctem somno
consumere. Tu somni parcissimus uigilas de nocte, bonasq; horas bonarum artium studiis impendens. Ita uitam procu-
lis: prorogasq; uita enim uigilia est. Deniq; agis Archiepiscopum sine superstitione religiosum: sine simulationis fuco sin-
cerum, sine labe emaculatum: sine iactãtia literatum. Vt merito unus dici possis irreprensibilis: quod absolutę uirtutis in-
star est: idq; in episcopo deposcit Apostolus. Age uero illud uetus uerbum quod ait: similia similibus lętari. non ne specta-
tissimum in te uerissimumq; esse constat? qui cum sis literatissimus conuictoribus literatis: habesq; in prãdio & cœna eru
ditos fabulatores: quorum sermones conuiuales sunt tibi pro pabulo suauissimo: qua in re: me hercules: Alexandro impe-
ratori Romano es similimus. Qui in conuiuio doctos omnes adhibebat: dicens se literatis fabulis recreari & pasci: & p
fecto uiro eruditissimo condimentum suauissimum est fabulatio literata. Cõtra cũ inter se doctis indoctisq; sit naturale dis Doctus doctos amat
sidium, tu prophanum uulgus odisti: & indoctos eliminas. Bonos omnes inter se(ut inquit Plato)oportet amicos esse: &
si sint minus noti: quorum mores sectæq; conueniunt. Tu Platonici præcepti retinentissimus bonos omnis(hoc est litera-
tos)diligis ac foues. Et cum eruditis sit amicitia tua uel maxime concupiscenda. Tu eruditorum beniuolentiam studiose
expectis muneribusq; conciliás. Nullus in Italia: literarum literatorumq; altrice ac parente: est studiorum claritate paulo ce Liberalis in eruditos
lebrior: qui non tibi sit glutino amicitiæ copulatus. Tu me perinde ac in studiis humanitatis: neq; postremũ: neq; imi sub-
selli professorem muneribus prosequutus. Tu ad me crebras literas dedisti: quo(dii boni)lepore: qua uerborum atq; sentẽ
tiarum amœnitate refertissimas prorsus ut perfectus Orator. Tu ad me ueluti ad præceptorem: neq; moribus: neq; doctri
na pœnitendum destinasti necessarios discipulos ut doctrinis expolirentur, & dolatorio eloquentiæ leuigarentur. inter
quos eminet Michael Chesérius: quo in puero mirifica indoles uirtutis apparet, & ingenii lumen elucescit. Qui ad comen
dam linguam, & capiendum facundiæ cultum est oppido q̃ docilis: haud quaquam degenerans a parente Stephano Chese
rio uiro clarissimo: qui ob probitatem: atq; uirtutem agit istic Viceplatinum: quod nomen est præfecturæ in Pannonia ho
noratissimæ. Tertiasq; a Rege dignitatis partes gerit. Magnum hoc ego duco, quod archiepiscopo maximo, eloquentis-
simo, doctissimoq; nostra quantulacunq; est doctrina non sordet. Huiusce autem inter nos florentis indies amicitiæ con-
ciliator: & quasi conglutinator fuit discipulus meus Philippus Cyulanus iuuenis apprime nobilis: & impense doctus, qui

auro pannonio merces latias,hoc est literariam supellectilem,qua nil preciosius,comparauit.Et hac politiori eruditione suffarcinatus,pigmentisq; oratoriis bene coloratus:in patriã ad suos nuperrime remeauit.Et sane me plurimum iuuat, cum ex Gymnasio nostro literario scholasticos conspicio,non solum cismontanos:uerum etiam transmontanos nobiles complusculos bene literatos produsse:quotidieq; prodire,repurgata linguarum uitiligine:omniq; detersa barbarie.Inter quos ad præsens est gemma scholasticorum:& illibatus eloquentiæ candidatorum flos Ioannes Vartibergensis Boemus:meus(ut uulgo dicitur)compater:quem arctissime diligo:quo amabilius:elegantius:splendidius nihil quicquam reperiri posse contenderim.Hic me formatore ac magistro:tam enixe colit eloquentiam,tam diligenter indulget stilo latiali:qui optimus opimusq; est dicendi artifex:ut ad genitales terras in patrium larem sit elegantias italicas haud dubie secü relaturus.Vt tullianis ornamentis excultus possit inter suos:non solum disertus:uerum etiam eloquens haberi.Et doctrinæ nitidioris honestamento nobilitari.Ergo igitur:ut hæc quæ mihi tecum fœlicibus auspiciis exorta est amicitia:tã probata:tam sancta:tam splendida uulgo innotesceret:fieretq; apud posteros quoq; testatior.Commentarios hosce Apuleianos tibi nominatim dedicaui archiepiscope Petre:inter Antistes primarios doctissime.Inter doctos religiosissime,Inter utrosq; clarissime:quod sane munus neq; minus preciosum q̃ aureum:neq; minus fulgens q̃ argenteum tibi potissimuʒ uideri debet.Qui optimi nostri bona animi:tanto bonis extrariis prestare:quanto animus corpori antecellit.Quę in Lucio nostro salebrosa ante hac sentiebantur:ea leuigare:quæ obscura illuminare:quętortuosa corrigere connixus:non pauca quasi aliud agens de industria interserui ad omnifariam interpretationem pertinentia:quibus ueluti condimẽtis nauseosus lassescentis conuiuæ stomachus reficeretur,& omne quasi fastidium abstergeretur.Multa medius fidius ex secretariis doctrinarum abdita eruere atq; expromere elaboraui:ut pro uiribus iuuarem studiosos linguæ latialis:prodessemq; posteritati.Spero haud indignos futuros commentarios:qui in bibliothecę tuã reponantur:quam libris omnigenæ doctrinæ copiosissimis habes instructissimam,elegantissimamq;.Dii faxint:ut testes sint mei erga te amoris & obseruãtiæ sempiterni.Vt nomen tuum meumq; iunctim latissime circunferant.Et sane impressor optimus operam dedit:ut uolumina commentariorum circiter duo milia formis excussa diuulgarentur.Mihi in animo est in reliqua quoq; Apuleiana uolumina condere annotationes.Si hæc tibi non displicuisse cognouero.Te enim iudicem tanti facio:quanti fieri debet doctissimus:maximus amantissimus censor.Et is cuius nomini peculiariter dicantur.Opto ut opus hoc musseum tibi priuatim missum,tuoq; nomini dedicatum omnibus probis legatur.Male literatos nihil moror.Vale decus Antistitum:& columen eruditorum.Meq; prout cœpisti absentem absens dilige:& cuʒ a feriis occupationibus fueris feriatus:hæc qualiacũq; sunt transle gere non spreueris.

Ioã. Vartibergensis cõpr me⁹.

PHILIPPI BEROALDI IN COMMENTARIOS APVLEIANOS PRAEFATIO.



MAGICA Ars:quæ in maxima fuit apud priscos dignatione.Tres alias artes imperiosissimas humanæ mentis complexa in unã se redigisse creditur.Videlicet medicinam religionem ac astrologiã.Ita possessis hominum sensibus triplici uinculo in tantum restigium adoleuit:ut in oriente regum regibus imperaret:sine dubio illic orta a Zoroastre conditore.Quippe inter prima regalia docebatur:nec ullus apud persas regnare poterat:nisi magiam calleret:auctor est Plato:pueris regum doctores quatuor attribui:quos regios pædagogos appellant:quorum primus magicam peculiariter docet.Tota pene Homeri odissea:non aliunde q̃ ex magia constat.Siquidem Protei transfigurationes:& sirenum cantus:& Circes pocula:& inferorum euocatio magico intellectu cõuelantur.Primum de ea commentatum Hosthanem esse memoriæ prodiderunt:qui Xersen Regem bella græciæ inferentem comitatus:ad rabiem non auiditatem modo huiusce artis græcorum populos egit:tantaq; antiquitus claritas gloriaq; ex hac scientia pene semper petita est:ut Pythagoras:Empedocles:Democritus:Plato:lumina doctrinarum ad hanc discendam nauigauerint:peregrinationibus susceptis:hanc reuersi prędicauerint:hanc in arcanis habuerit.Histaspes quoq; rex prudentissimus Darei pater:cum Indiæ secreta penetraret ad nemorosam quandam uenit solitudinem:cuius tranquillis silentiis præcelsa brachmanum ingenia potiuntur:eorumq; monitu edoctus puros sacrorum ritus:ex his quæ didicit magorum sensibus infudit:quæ illi cum disciplinis præsentiendi futura per suam quisq; progeniem posteris ætatibus tradiderunt.Ex eo per sæcula multa una eademq; prosapia multitudo creata deorum cultibus dedicatur.Quin etiam Moses ille iudaicarum legum conditor & famigeratus magices factionem illustrasse proditur.Et plane quod inter auctores constat orbem terrarum magia peragrauit:Occeanum quoq; transgressa:& in Britanniam usq; prouecta:quæ illam attonite celebrauit:gallias quoq; possedit:Dryudis qui gallorum magi sunt illustrata.Est autẽ magia(ut interpretatur Plato)Deorum cultura:sic.n.ait in Alciabiade primo.μαγεία ἐστὶν τῶν θεῶν θεραπεία.Vnde ab Apuleio dicta cœlitum antistita:colendiq; eos ac uenerandi gnara.Duplicem magiam esse eruditi autumant:quarum altera Platonica est & philosophica:quæ nihil aliud esse traditur q̃ naturalis philosophiæ absoluta consumatio.Cuius cultor religioso sanctoq; uocabulo magus appellatur.Et enim persarum lingua magus est:qui nostra sacerdos.Altera dęmonum potentia constatures mediusfidius execranda:detestabilis:portentosa.quam nomine detestabili γοητείαν goetian:uel horribiliori theurgiam uocant.quãuis Porphirius Platonicus quandam quasi purgationem animæ per theurgiam promittit:qui tamen hanc artem modo tanquam fallacem legibusq; prohibitam cauendam monet:modo utilem mundandæ animæ parti esse dicit.Cæterum uulgari more magum eum esse dicunt:qui communione quadam loquendi cum diis immortalibus ad omnia:quæ uelit incredibilia quadam ui cantaminum polleat:& uulgo magi malefici,ob facinorum magnitudinem:nuncupantur.ut scribit diuus Augustinus:& repetitum est in decretis canonicis.xxvi.q.quinta.Hi sunt qui elementa concutiunt:mentes hominum turbãt uiolentia cantaminis:citra tamen ueneni haustum.Ex quo cecinit Lucanus:Mẽs hausti nulla sanie polluta ueneni Excãtata perit.Magos dici arbitratur Porphirio Commentator:quasi magnagos,a magnis uidelicet rebus:quas se perficere posse gloriantur.Aitq; eos carminibus conuertere sensus animosq; mortalium:hinc(teste Tertuliano)sunt fantasmata castorum:& aqua cribro gestata:& nauis cingulo promota,& barba tractu irruffata.Magia legibus duodecim tabularum fuit antiquitus interdicta.Verba ipsarum legum decem uiralium sunt hæc.Qui fruges excantasset;qui malum carmen incantasset:& illud.Ne ue alienam segetem pellexeris:hac enim doctrina fructus alieni in alienos agros transferri posse credebantur.Ideoq; duodecim tabulis ei qui hoc fecerit supplicium:ut Cicero memorat:constitutum fuit:hinc ait Dido uirgiliana Magicas se inuitam accingier artes.Species magiæ plures:est enim ex aqua:quæ hydromancia nuncupatur:ex securibus:quæ Axinomantia.Alia fit per specula:quam Catoptromantiam nominant,de qua intellegi uoluit Spartianus in Didio Iuliano his uerbis.Carmina prophana incantauerunt:& ea quæ ad speculum dicunt fieri:in quo pueri præligatis oculis incantando uentura respicere dicuntur:Iulianus fecit.Est & Lecanomantia:quæ ex peluibus diuina

φρονάτρηα

De magia scitu digna

Moses qui uulgo Moyses

Magia deotũ cultus

Magus sacerdos

Goetia

Theurgia

Porphiri⁹

Barba tractu irruffata.

promittit

promittit:quas græci lecanas uocant.Et apud persas erant magi(Strab. teste in.xvi.lecanomantici) cognominati. Quasi ex peluibus diuinantes.Psellus quoq; libro de dæmonibus tradit Lecanomantiam apud assyrios frequentatam.scribens uaticinates accipere peluim aqua plenam:Dæmonibus congruentem:in profunda repentibus:ubi autẽ Dæmon illapsus est:aqua edi sonum quendam fatidicum.Præterea notissimæ sunt Pyromantia:Geomantia:Chiromantia. Videlicet per ignem:terram:& incisuras manuum factę diuinationes.Necromantia siue Necyomantia ea est:qua umbrarum euocatio nes fiunt & inferorum colloquia cellebrantur:a qua necromantici illi famigerati nomen sortiuntur:quorum incantamẽ tis mortui resuscitati:diuinare:ad interrogata respondere uidentur.Nec fit talis diuinatio sine sanguine. Talis est apud Homerum euocatio manium facta ab Vlyxe.Talis apud Silium a Scipione.Apud Valerium Flaccũ ab Esone.Apud Pa pinianum a Tiresia.Apud Oratium a fœminis ueneficis.Quidam Necyomantiã:Sciomantiamq; ita distingũt:ut Necyo mantiæ ad erigendum cadauer sanguis sit necessarius.In sciomantia uero sola sufficiat umbræ euocatio:unde & nomen. Sciomãtia

Est & Capnomãtia ars quædam ex fumo aræ uerum præuidendi:& ex motione fumi quæ sunt futura cognoscẽdi.Cuius modi diuinaculos a fumo Capnomantas appellant.Ex hoc magiæ fonte deriuati sunt apud Romanos Ethurici:ri Auspi ces:apud Indos Brachmanes & gymnosophistæ:apud gallos dryudæ:& barbi:apud siculos Galeatæ: apud cunctas na tiones planetarii:qui mathematici sunt:& uulgo Astrologi nominantur.Pli.ubiq; alacriter oppugnat illuditq; placita Ma gorum atq; promissa.Magicasq; fere semper uanitates appellat:nec ueritus est scribere magiam artem esse intestabilem, irritam:inanem.Quintus Curtius magiam non artem esse profitetur:sed uanissimi cuiusq; ludibrium.Ecclesiastici condi tores magicas præstigias uocitant.tanq; fallacia quadam præstringentes hominũ mentes rerum ueritatem ementiantur: & ita curiositati mortalium callenter illudant.Cæterum non parum multi credulitatem suam addixerunt magicæ doctri næ:perinde ac rerum cunctarum potentissimæ.Inter quos(ut cæteros præter eã)Lucius Lucianus patrensis diuinationis gnarus:nec minus elegans sophista:q̃ mordax,scripsit se petiisse Thessaliam desyderio noscendæ magiæ flagrans:ibiq; dũ se in auem uerti cuperet in asinũ;a Palæstra ancilla unguenti potentia esse demutatum.Et ita sub Asinali effigie:humano tamen sensu & mente incolumi retenta multas erumnas exanclasse:multiiugosq; labores tolerasse commemorat. Donec gustatis rosis in pristinum Lucium reformaretur:hic igitur apud græcos stilo pereleganti lusit Asinum aureum: queʒ no ster Apuleius ęmulatus & ipse apud latinos consimili argumento stiloq; nitidissimo condidit undecim uolumina de Asino aureo:siue metamorphoseon.In quibus elegans est:eruditus:emunctus.Et cum haud dubie ex racemis Luciani sibi fece rit uindemiam:eoq; uno archetypo prope peculiariter sit usus:magna tamen inter grǽcum latinumq; asinum differentia. Ille breuis.Hic copiosus.Ille uniformis & summatim ex homine in asinum:ex asino in hoiem transformatiõem reforma tionemq; præscribens.Noster uero multiplex & fabellis tempestiuiter interiertis omnem aurium fastidium penitus abster git.Græcus ille magiam primoribus labris gustasse uideri potest,quãuis de se scripserit μαντις αγαθος Vaticinus bonus. Hic uero noster plenis faucibus hausisse:in tantum ut magorum maximus crederetur.Et auctor est Augustinus: Apuleiũ & Apolonium dixere non minorem q̃ Christum fecisse miracula.Et ut Lactantius refert:solent Apulei & multa & mira memorari.ipse tamen magi nomen respuens aduersus calumniantes:qui ei magicarum artium crimen intenderant:elo quentissime se defendit.Sunt præterea in Lucio nostro uerba non parum multa interseminata:quibus magis delecter: q̃ utar. plurima uero q̃bus pinde utar ac delecter.Et sane nouator plerumq; uerboruʒ est elegantissimus:tantoq; cum de core & Venere: ut nihil decẽtius: nihil uenustius fieri possit. Deniq; hic noster asinus:sicut uerbo dicitur:ita re ipsa aure us conspicitur:tanto dicendi lepore:tanto cultu:tanta uerborum minime triuialium elegantia concinnatus compositusq; ut de eo id dici meritissimo possit: Musas apuleiano sermone loquuturas fuisse:si latine loqui uellent:&(ut dicam quod sentio) plurimum conferre Apulei frequens lectio ad excolendam linguam potest:& ad eam eloquentiæ partem:quam sermonatricem appellant:maxime est accomodata. Cuius eloquentiam Sidonius apollinaris uelut fulminantem præco nio uirtutis extollit:& Diuus Augustinus in epistolis Apuleium eloquentissimum esse testatur:de quo sic scribit.Apuleius Afer honesto patriæ suæ loco natus:& liberaliter educatus:magnaq; præditus eloquentia. Eundẽ in libris de ciuitate Dei: Platonicum græca & latina lingua nobilem appellat. Quamobrem te lector oro:moneo:hortor:ut familiaris tibi fiat hic scriptor:sitq; tuum quasi manuale:& Enchiridiõ.in quo si quid durum uidebitur:id nostrorum commentariorum expoli tione emolietur:ac leuigabitur: quorum ianuam repandet præcursoria hæc:& ueluti prodromos enarratio compendia rio de Lucii Apulei patria ingenio & libris. Solet enim & hæc quoq; studiosis esse non iucunda cognitio.

Capnomãtia Brachmanes Dryudæ Planetarii. Lucian⁹ ex partibus achaicis Ex racemis Luciani Videmia apuleii Miracula facta apuleio Nouator Verborũ Sermonatrix Prodromos Enarratio

VITA LVCII APVLEI SVMMATIM RELATA.



LVCIO Apuleio afro nobili Platonico:patria fuit Madaura Romani Populi Colonia olim splendidissima: & sub Syphacis ditione collocata.quæ in numidiæ getuliæq; confinio sita est.Ex quo seminumidam & semigetu lum semet ipse profitetur. Vnde & madaurensis Platonicus a Sidonio dictus.Pater nomine Theseus cunctis in patria honoribus perfunctus.Mater nomine Saluia.Inter fœminas probitate præcellens.Cuius nobilitas sa tis clara:ut pote a Plutarcho illo inclyto cheronensi:ac Sexto Philosopho Plutarchi nepote deriuata. Vxor Pudentilla:opulentiis uirtutibusq;:quæ in fœmina cadunt dotatissima.ipse uero succulenta proceritate:oculis cesiis,flauo capillitio speciosus:floruit carthagine:sub Ioliano auito:& Claudio maximo proconsulibus.Vbi pueritiam disciplinis li beralibus excoluit:plurimumq; sub doctoribus Carthaginensibus profecit.Vnde aut immerito sese carthaginis alumnũ gloriabundus prædicat:eamq; africę musam cœlestem & magistram uenerabilem appellat.Dein athenis (unde omnium doctrinarum fluenta antiquitus hauriebãtur) ebibit musarum crateras multiiugas:Poeticæ commenticiam:Geometriæ lympidam:Musicæ dulcem:Dialecticæ austerulam:uniuersæ uero philosophiæ nectaream. Nouemq; musas:hoc est nouẽ disciplinas ingenuas:magnõ studio nec casso sudore percoluit.Mox Romæ studiorum latinorum cultor assiduus & uigi lax, ad id facundiæ Romanę fastigium peruenit:ut eloquentissimus doctissimusq; iuxta cõspiceretur:possetq; meritissimo polychistor(hoc est multiscius)nuncupari:ibiq; sacris Osiridis initiatus in numerum pastophorum:quod sacrosancti col legii nomen:cooptatus patrocinia forensia ex dei præcepto libens obibat. Hic non minus eloquio pollens q̃ eruditione præpollens:negocium agens:posteritatis non parum multa uolumina condidit. Quæ partim incuria temporum intercœ pta desyderantur:partim ad posteros transmissa affatim declarant quantum uir ille ingenio doctrinaq; præstiterit:quan tumq; inter barbaras atq; incultas nationes uirtus elucescat:sic & olim apud socordissimos scythas Anacharsis natus: ex Apuleianis monumentis,cum alia complusculà:tum de conuiualibus quæstionibus,de piscibus: de genitu animalium, & epigrãmata:& hermagoras desyderantur.ex his uero quæ hoc tempore extant:circumferunt libelli quatuor floridoruʒ. In quibus florida facũdia:& odorata eruditio lectorem mirum ĩ modum oblectat:tenet:amœnat.Vbi ueluti saltuatiʒ ua

Pudẽtilla Vxor Apuleii Multiscius Apul. Opera apuleii

Floridi De Deo Socratis Dogmare Platonis Cosmographia Asinus aureus Opa Philippi beroaldi Parega

rietas rerum contexta consistitur. Oratorias omnis uirtutes cõplectitur copiosissima & disertissima oratio. qua crimẽ magiæ ab aduersariis obiectum a se alienũ esse defendit: tantis eloquẽtiæ doctrinæq; uiribus: ut semetipsum uicisse uideatur. Liber est unus de deo siue dæmonio Socratis inscriptus: cuius testimoniũ idẽtidem citat Diuus Augustinus ĩ diffinitiõe dæmonũ: & descriptione hoĩum. De dogmate Platonis libri duo: ubi quę a Platone pluribꝰ uoluminibus dispersim lateq; explicãtur: strictim & in arctũ collecta miro breuiloquio perscribuntur. De cosmographia unus, non pauca cõtinens ex meteoris Aristotelicis. Dialogus Trismegisti ab eodẽ latinitati donatus. Ita ut non tam eleganter atticissare: q̃ latialiter disertare uideat. Cõprimis uero uolumina. xi. de asino aureo, tanto lepore: tanta elegãtia: tanta florulentæ narrationis uarietate condita sunt. Vt nihil lepidiꝰ: floridius: amabilius esse quicquã posset: adeo ut merito Asinus aureus ob stilũ bracteatum & nitidissimam pulchritudinẽ inscribatur. Quid enim pulchrius hoc Asino uere aureo: uere bracteato? Q uãquam nõ pauci sunt: qui metamorphosin (hoc est transfigurationẽ: siue transformationẽ: ex rei argumento) malint appellitare. Cęterum cũ nitor huiusce Asini plerisq; omnibus nõ aureꝰ ac fulgẽs: sed tenebricosus ac pallens uideat: existimaui me facturũ operęprcium consulturũq; pro uirili parte studiosis Apuleianę eruditionis. Si cõmentarios excudissem: ea incude: eaq; officina tornatos: ex qua cõmentarii in Propertiũ: in Suetoniũ Trãquillũ formati in publicum iã pridem prodierunt. Ex qua annotationes: orationes: poemata innumeraq; opuscula fluxere. Itaq; non minus libẽter q̃ diligẽter suscepi hanc cõmentãdi ꝓnunciã: ut meo labore aspredines salebrarũ (si quę sunt) in asino Apuleiano leuigarent, omnisq; nocturna caligo ĩmissa luce discuteretur. Spero hęc nostra qualiacũq; sunt annotamẽta minime futura ingrata: minimeq; pœnitẽda cãditatis doctrinæ politioris: tibiq; potissimũ: qui semp sititor: cupitorq; extitisti Apuleiani leporis atq; facundiæ: qui libellos meos in cœlũ fers: q nr̃os ẽt neuos amare cõsueuisti. hisce aũt cõmẽtariis de industria habenas mõ laxiores dedi. mõ datas p̃ssi. ꝓut res: locꝰ: tẽpestiuitas: exigere uidebant. Interdũ ex istituto ꝓpe peculiari flosculos ex doctrinarũ prato decerptos decẽter itexui, & more pictorũ perga frequẽter adieci. qbꝰ lassescẽs lector reficeret, & sane id genꝰ additamẽta, nisi amor istituti opis me fallit. nõ minꝰ lãguidũ igeniũ refouẽt q̃ stomachũ nauseãtẽ sbamara & sbaustera esculẽtioribꝰ obsoniis ĩmixta reficiũt.

SCRIPTORIS INTENTIO ATQVE CONSILIVM.

Scriptoris Cõsiliũ Spectãdũ — Ex hoĩe Asinus qd — Plato in symposio — Sententia Procli notabilis — Palingenesia — Metempsicosis

IN exponẽdis auctoribꝰ id quoq; spectari q̃riq; solet, quæ fuerit scribẽtis intẽtio cõsilium. Ego Apuleiũ qdẽ nr̃m cõfirmo Lucianũ græcũ scriptorẽ argumẽto cõsimili imitari. Verũ sub hoc trãsmutatiõis iuolucro, naturã mortaliũ & mores humanos q̃si trãscũter designare uoluisse, ut admõeremur ex hoĩbus asinos fieri, qñ uoluptatibꝰ beluinis ĩmersi, Asinali stoliditate brutescimꝰ, nec ulla rõis uirtutisq; scitilla ĩ nobis elucescit. Sic. n. hõ (ut docet Origenes ĩ libris piarchon) fit equꝰ & muliꝰ, sic trãsmutat hũanũ corpꝰ ĩ corpa pecuina. Rursus ex asino in hoĩem reformatio sigñat calcatis uoluptatibꝰ exutisq; corpalibꝰ delitiis rõnẽ resipiscere, & hoĩem iteriorẽ, q uerus ẽ hõ ergastulo illo cœnoso, ad lucidũ habitaculũ, uirtute & religiõe ducibꝰ remigrasse. Ita ut dicere possimꝰ iuuenes ilico uoluptatũ possessos in asinos trãsmutari, mox senescẽtes, oculo mẽtis uigẽte, maturescẽtibusq; uirtutibꝰ exuta bruti effigie hũanã resumere. Scribit. n. Pla. ĩ symposio, q̃ tũc mẽtis oculꝰ acute icipit cernere cũ primũ corpis oculꝰ deflorescit. Qui ẽt Proclus nobil Platonicꝰ monet multos eẽ ĩ uita lupos, multos porcos, plurios alia q̃dã bruti spẽ circũfusos. Q d̃ minie mirari nos oportet, cũ terrenꝰ locꝰ Circes ipsiꝰ sit diuersoriũ, cũ aiæ aut unguẽtis delibutæ, aut pharmacis epotis iebriatæ trãsfigurẽt ĩ brutas aiantes. Pharmaca ãt sũt obliuio, error, ĩscitia. Q uibꝰ aĩa cõsopita brutescit, donec gustatis rosis, hoc ẽ scia, q mẽtis illustratio ẽ, cuiusq; odor suauissimꝰ, aui de hausta ĩ hũanã formã, hoc ẽ rõnalẽ itelligẽtiã, reuertat. exuto asinali corio. i. deposito ĩscitiæ, & rerũ terrenarũ crassiore uelamẽto, & sane repiunt aiæ q̃ paucissimæ, q corpeis pedicis iuolutæ & brutalibꝰ uoluptatibꝰ irretitæ, existãt sobriæ, puræ, impturbatæ, nulla ĩ asinũ aliasq; brutas aiantes facta trãsfiguratiõe. Põt & metamorphoseos cã referri ad multiiugos hũanæ uitæ labores multiformesq; uarietates, qbus hõ pene quotidie trãsmutat, illa uero eruditioribꝰ pricipal huiusce trãsmutationis cã ualdeq; ꝓbabil uideri p̃t. Et uidelicet sub h̃ mystico p̃textu nr̃ pythagoricæq; platonicæ p̃hiæ cõsultissimꝰ, dogmata utriusq; doctoris oñderet, & sub hac ludrica narratiõe paligenesiã atq; metẽpsychosim. i. regenerationẽ trãsmutationẽq; dissimulãter assereret. Et ut simul q̃ta eloquentia latiali hõ afer, q̃ta elegãtia, q̃ta rerũ uerborũq; copia p̃ditꝰ eẽt, euidẽter edoceret. Cæterũ cũ istæ p̃fatiões libẽtiꝰ nos ad lectionẽ p̃positæ materiæ pducãt eiusq; euidẽtiorẽ p̃stẽt itellectũ, singul libris ypochesim, siur argm̃tũ subiũgã sũmati breuiterq; cõscriptũ, ut qd ĩ quoq; uolumie cõtieat, stati lector itelligat.

Hypothesis siue argumentum primi libri.

LVciꝰ Apul. magiæ noscẽdæ cupiẽs thessaliã petit, ubi artes magicæ pollebãt, ĩ itinere duobus uiatoribꝰ se tertiũ comitẽ adiũgit, narrãt itereũdũ mira q̃dã & icredũda de circulatore, de Meroe & Pãthia lamiis ac sagis. mox accessus Lucii ad hypatã ciuitatẽ, hospitiumq; Milõis & hospes ip̃e describit. Fuit opinor operæp̃tiũ hæc carpti degustasse, ne illotis (ut aiũt) pedibus lector igrederet, & ut tirociniũ scholasticorũ cõmodiꝰ istrueret, libuit aliq̃tũ euagari, & quodã q̃si thema futuræ iterp̃tatiõis ãtelogo isto p̃mittere, sed iã tẽpus ẽ, ut cũ cõmẽtariis ur̃is Apuleiũ curiosius inspicias, quẽ in uita philosophũ, in scriptis amatorẽ res ipsa demõstrat, & testat Ausonius.

Ausonii

Fratrum

Matricola

Proserpina

Sycophroni

Varri

CBERO.

At ego sermone. Lusurus Asinū Aureū exordit̄ ab epigrāmate iābico bimēbri quo faustinum filiū siue lecto-
rē alloquēs instar poetaꝝ sūmatim ꝓponit qd sit toto in opere edisertaturus. Docilitas aūt captat̄:& attentio
colligit̄. At particula. Interdū inceptiua est, Adornatum ꝑtinēs ut docet Seruius in nono cōmētario. Ait dona
tus principiū eē increpationi aptum. Vt Vir. At tibi pro scelere exclamat pro talibus ausis, Cōsimile illud ora-
tianū. At o deoꝝ qcqd in cœlo regis. ℣ Sermone milesio. i. fabuloso lepido iocoso. delicato. ludicro hoc eni si
gnificat sermo milesius. a milesioꝝ ioniæ populis dictus: q deliciis luxuq; notabiles fuere quoꝝ est illud memoratissimū:
Nemo nostrū frugi esto: alio q cū aliis eiciat: hic mileti
as prisci appellauerūt poemata & fabulas lasciuiētes si
ue ut qdam putāt milesiæ dicunt̄ fabulæ aniles & ua-
ni dicæ. in qb⁹ nec pes nec caput appareat: nec istar apo
logoꝝ epimythion ullū morale cōtinētes. Iulius capi-
tolinus in Clodio albino sic ait. Agri colendi ꝑitissim⁹
ita ut ēt Georgica cōscripserit. milesias nōnulli eiusdē
eē dicunt: quaꝝ fama nō ignobilis habet̄: q̄uis medio-
criter scriptæ sint. Extat epistola seueri iperatoris ad se
natū missa: in qua id qđ ad hāc rē maxime ꝑtinet scri-
ptū legimus: sic. n. ait: maior fuit dolor qđ illū ꝓ littera
to laudandū pleriq; duxistis: cū ille neniis qbusdā anili-
bus occupatus iter milesias punicas Apulei sui: & ludi-
cra litteraria cōsenesceret: ex his seueri uerbis apparet
milesias Apulei significari fabellas huiusce Asini aurei
quas ipsemet sermone milesio cōtextas: & cōditas eē
significat. Martianus quoq; capella in libro de nuptiis
philologiæ inqt diuersitatis delitias milesias, Aristides
poeta græcus cōposuit milesias. hoc est poema milesia
con p q̄ ipudicū: cui⁹ rei Plutarchus & Appianus memi
nerūt: qđ & Oui. lib. tristiū secūdo apte docet sic scribēs
iunxit Aristides milesia carmina secū pulsus Aristides.
nec tū urbe sua est. Emaculādus est hoc loco maculo-
sus diui Hieronymi codex. Vbi de milesiis hisce fit mē-
tio: & in sincerā lectionē restituēdus: Nāq; in libris con
tra Ruffinū sic passim legit̄: quasi nō curatoꝝ turba mi
lesioꝝ. In scholis figmenta decantēt. Vbi non curatorū
sed cirratoꝝ legendū ē: hoc est comatuloꝝ puerorum.
Iuxta illud uulgatissimū. ten cirratoꝝ cētū dictata fuis-
se ꝓ nihilo pēdas: ꝓterea milesiaꝝ lego non milesiorū:
qm ut iā docuimus fœminino genere milesias dicere
maluerunt q̄ neutro milesia: nisi qs tutari uelit milesia
neutraliter dici posse: ut georgica. argonautica: & alia
consimiliter. ℣ Lepido susurro. Elegāti quadā sermo-
cinatiōe: Cuius sonus ueluti susurrus blādus & suauis

Milesię fabulæ

Aristides scriptor Milesiarū

At ego tibi sermōe isto mi
lesio uarias fabulas con-
seram, auresq; tuas beni-
uolas lepido susurro per-
mulceā, modo si papyrū
egyptiam argutia nilotici
calami inscriptā nō spre-
ueris inspicere, figuras
fortunasq; hominū in ali-
as imagines cōuersas, & in se rursū mutuo nexu refe
ctas ut mireris, exordior. Quis ille, paucis accipe.

aures ꝑmulceat. Potest & ob hoc uideri usus hac dictione susurro: ut ostendat hæc non esse in uulganda neq; prophanis
palam nuncianda. sed clā apud aures religiosas promendis: instar mysteriorū: quæ in sanctuariis & ut græci dicunt ἀπορ-
ῥήτοις habent̄. Lepidus dicit̄ qui politus est authore donato: ut λεπὶς idest lamina Pli. lepidas uocari tradit squamas ęris mi
nutissimas. Vnde & lepidotes gēma dicta: q̄ squamas pisciū imitatur. ℣ Papirū ægyptiā. Chartā papyraceā: est enim papy
rum siue papyrus utroq; enim mō dicit̄: frutex nascens in palustribus ægypti: aut quiescētibus nili aqs. Vnde niliacas pa-
pyros appellauit epigrāmatarius poeta: brachiali crassitudine. decē cubitorum longitudine: ingracilitatē fastigiatur: ex li-
bro papyri texūt uestē & stragula hinc illud satyrographi: succinctus pria quondā crispine papyro: ex hoc fiūt chartę mul
tiplices: Pli. in. xiii. quo fiant papyracea chartæ luculent̄ ut oia solet. enarrat. a quo cōmendatur augusta charta: cui princi-
patus fuit in epistolis ob tenuitatem: Quæ antiquitus appellata est hieratica quasi sacrata. religiosis [illegible] tantum uolumini-
bus dicata. Emporetica dicitur charta quasi mercatoria inutilis in scribendo: sed inuolucris usum præbet in merc[illegible]ibus: in-
ter principales chartas fuere faniana. Liuiana: & pręlata omnibus claudiana: in chartis spectantur tenuitas. densitas. Can-
dor. Leuor. Sacerdotes ægyptii calceos papyraceos gestant: nec alia calciamenta eis induere fas est. Auctor herodotus.
Chartis legatis papyrum ad chartas paratum non continetur. Vt docet Vlpianus uolumine. iii. de legatis: ℣ Argutia. lepo
re: & festiuitate: & salibus ægyptiis: illi enim nequissimi molissimiq; fuerunt: ex quo est illud. Niliacis primum puer hic na-
scatur in oris. Nequicias tellus sit dare nulla magis: idem alibi sales Niliacos memorat scribit Flauius uopiscus ægypti-
os esse uersificatores epigrammatarios: & ad cantilenas publicas propensos. Quintilianus delitias alexandrinas ut omni
um mollissimas nominatim taxat. ℣ Nilotici calami. Calamos ægyptios ad scribendum idoneos maxime probant: qui ut
ait Ply. in. xvi. seruiunt chartis cognatione quadam papyri probatiores tamen gnidii existimantur: Sagittis autem nullus
aptior calamus est q̄ qui nascitur in Rheno Bononiensi Amne. Cui plurima est medulla. De calamis niliotis ait epigrama-
tista: Dat chartis habiles calamos memphytica tellus: texantur reliqua tecta palude tibi. ℣ In alias imagines cōuersas. An
homines in alias imagines: ut luporum & asinorum uerti possint magna inter eruditos & subtilis quæstio est: Vulgo eni
in tantū infixa est fama hæc: ut in maledictis habeant uersipelles. Ex quo est illud Plautinum. Versipellē sese facit quando
lubet: Pli. gręce uanitatis hæc esse mēdacia figmentaq;. Asserit. Diuus quoq; Augu. autumat hæc esse fabulosa & demonū
ludificatiōes. Quidā noīe ꝑstantius olim decarrauit patri suo contigisse: ut Veneno magico in caseo sumpto fieret cabal
lus annonāq; inter alia iumenta militibus baiularet. ℣ In se rursum refectas: hoc ideo dicit: q a ex hoīe asin⁹ factus ē: mox
ex Asino in pristinū hoīem reformatus refectusq;. ℣ Mutuo nexu. Per quasdā quasi uicissitudines: ut. s. uicissatim ex homi
ne Asinus. ex Asino homo fieret mutua quadā cōuersione eadē subsistente materia. ℣ Quis ille. extrinsecus subintelligē-
dum sit: qui in alias imagines conuersus & in se rursum refectus fuerit: significatur autem ipsemet Apuleius.

Lepidus
Lepidotes

Papyrum

Vestis papyracea

Emporetica charta

Alexandrinę deliciæ

Calami Bononienses ad sagitas

Versipellis in maledictis

Veneno magico factus Caballus

Hymettos Attica & Isthmos Ephirea & Tearos spartiaca glebæ felices æternũ libris felicioribꝰ credite, mea uetus ꝓsapia est. Ibi inquam in Atthidie primis puericiæ stipẽdiis merui. Mox in urbe latia aduena studioꝝ quiritiũ indigenã sermonẽ ærũnali labore,

postliminio me in forum cupedinis reducens. a quo inquit istorum nugamenta hæc comparasti? Demonstro seniculũ qui in angulo sedebat. Quẽ confestim pro edilitatis impio uoce asperrima increpans, Iã iã inqt nec amicis q̃dẽ nr̃is, uel oĩno ullis hospitibus parcitis? Quod tã magnis præciis pisces friuolos indicatis? & florẽ thessaliæ regiõis, istar solitudinis, & scopuli eduliũ caritate deducitis, sed nõ ĩpũe iã. n. faxo scias, queãdmodũ sub meo magisterio mali debeant coherceri, & pfusa ĩ mediũ sportula, iubet officialẽ suũ insup pisces ascẽdere, ac pedibus suis eos obterere. qua cõtentus moꝝ seueritudine, meus Pythias, mihi ut abirẽ suadens. Sufficit mihi o Luci inquit seniculi tanta hæc contumelia. His actis, cõsternatus, ac prorsus obstupidus. ad balneas me refero, prudentis condiscipuli ualido consilio, & simul nimis priuatus & cena. lautusq; ad hospitium Milonis, ac dehinc cubiculum, me reporto. Et ecce Fotis ancilla, rogat te inquit hospes. At ego iam inde Milonis abstinentiæ cognitor, excusaui comiter, q; uiæ uexationem non cibo, sed somno censerem diluendam. Isto accepto pergit ipse, & iniecta dextra clemẽter me trahere adoritur. Ac dum contordũ modeste renitor. Non prius inqt discedã, q̃ me sequaris. Et dictum iureiurando secutus iã obstinationis suæ, me

ingratis obedientem perducit ad illum suum gra-
batulum, & residenti: q̃ salue agit inquit Demeas no-
ster. quid uxor. quid liberi. quid uernaculi? Narro sin-
gula. percunctatur accuratius causas etiam peregri-
nationis meæ. quas ubi probe protuli, iam & de pa-
tria nostra, & eius primoribus, ac deniq; de ipso
præside scrupulosissime explorás, ubi me post itine-
ris tam sæui uexationem sentit. fabulatum quoque
serie fatigatum, in uerba media somnulentum desi-
nere, ac nec quicquam defectum iam incerta uer-
borum salebra balbutire, tandem patitur cubitum
ut concederem. Euasi aliquando rancidi senis lo-
quax, & famelicum conuiuium, somno non cibo
grauatus. cenatus solis fabulis. & in cubiculum
reuersus exoptatæ me quieti reddidi.

Ingratis ¶ INGRATIS. inuitum & nolentem. aduerbium est. & ut ait Donatus significat non ultro. sicut ingratus significat inui-
Ingratus tus. Et coactus: quæ enim ultronea sunt grata sunt. ingrata uero quæ ab inimicis fiunt ac recusantibus: Plautus in am-
phitrione. hæc heri immodestia coegit me: qui hoc noctis a portu ingratis excitauit. ¶ Grabatulum. græce κλίνις. Lu-
cianus appellat. ¶ Ad illum: quasi contemptibilem & fastidiendum. hæc enim pronomina. Iste & ille ut scienter inquit
Donatus. sæpe ad contemptum: aut ad hodium referuntur. In pronominibus magnum est podus. Virg. ille sicheum im-
pius ante aras: ille hoc est sceleratus & nepharius: ut Donatus exponit. ¶ Residenti. mihi. ¶ Quam salue. quam prospe-
re q̃ fœliciter: aduerbium est in hac loquendi consue-
tudine frequens apud Liuium quærit maritus de Lu-
cretia. Satin salue. illa respondens minime inquit: quid
enim salui est mulieri amissa pudicitia. Apud eundem
Salue in. x. satin salue inquit appius luci uoluni. ut sese in sa-
niores habent. Quid uxor? Breuis interrogatio: quæ
tamen multa complectitur: dũ quærit quid agat uxor
demeæ quid filii: quid tota familia. Quid uernaculi?
Vernæ Scilicet agunt. Vernas autem seruos dici uoluerunt:
uernaculi qui ut ait Pompeius Festus ex ancillis nati essent uere.
quod tempus anni maxime naturalis feturæ est. Inde
Vernacula uernula: & uernaculus uoce diminutiua. seruus dictus
uerba hinc uernaculum domesticum appellant: Et domi qua
si nostræ natum ac peculiare. M. Varro. lib. de analo-
gia nouissimo. tria genera uerborum esse prodidit. Vnũ
uernaculum acdomi natum. alterum aduenticium.
Tertium nothum. Vernaculum. est inquit domi na-
tum. ut sutor: & pistor. Idem in tertio de re rustica. Præ-
terea quoq; uolucres cum partim aduenæ sint ut hi-
rundines & grues. partim uernaculæ: ut gallinæ ac co-
lumbæ: Columella in gallinaceis probat fœcũditatem
uernaculam. hoc est nostratium & domesticorum gal-
Vernaliter lorum. a uerna fit aduerbium uernaliter: quod signifi-
cat seruiliter. Oratius in secundo sermonum. Necnon uernaliter ipsis funditur officiis. prelambens omne quod affert.
Vbi exposuit Acron. uernaliter idest luxuriosæ: quæ interpretatio an satis proba sit ipse uiderit: Nonius Marcellus uerna
liter exponit pro adulatorie a uernis. quibus hæc uiuendi ars est. A Cice. dicta est festiuitas uernacula: pro urbano lepore
salibusq; Romanis. ¶ Causas peregrinationis. Consimiliter hipparcus Luciani interrogat. quæ illa sit uia. & quo pro-
Præsides ficiscatur. ¶ Pertuli. enarraui atq; percensui. ¶ Præside. quis scilicet sit præses prouinciæ nostræ. Romani enim præsides
prouinciarum rectores missitabant quo nomine & proconsules & legati Cæsaris. & omnes prouincias regentes appel-
lantur. est enim præsidis generale nomen. Vt iurisconsulti prodiderunt: præsides autem prouinciæ suæ Celebrat Apule-
ius in floridis & apologia. orsitum & seuerianum: & maximum Claudium. ¶ Somnulentum desinere. Expressit id
quod naturaliter accidere solet: ut somnulenti & iam dormitantes in mediis urbis deficiamus ueluti balbutientes nec
Salebra explacate satis explinateque loquamur. ¶ Verborum salebra. asperitate: Verba enim salebrosa & asperata merito dici
possunt in balbutiente & somnulento. propterea q neq; facile neq; expedite: neq; tota enunciantur: quasi aspredine qua-
dam & salebra atq; offensaculo fistulam spiritalem offendentia. salebras appellant asperitates & loca aspera. M. Tullius
in quinto de finibus uenit ad extremum heret in salebra. Idem de oratore. alter sine ullis salubris quasi sedatus amnis
Salebrosũ fluit. hinc salebrosum dixere: Virg. non tam silebrosus ut ante. ¶ Rancidi senis. rancidum senem festiuiter. necnon & mor
Rancidus daciter appellat hospitem milonem uocabulo inamabili: & auaritiæ sordes exprimente. Oratius Rancidum aprum
appellat insuauem: Item a Marco Tullio caro rancida dicitur in eo significatu. quo uulgus usurpat. ¶ Loquax & fameli
cum conuiuium. Tales sunt cenæ sordidorum & deparcorum: ut plus loquacitatis habeant: q̃ liquaminis esculenti. ¶ Ce
natus solis fabulis. Ioculariter tanquam in cena uerba tantum & fabulas propinauerit uice obsoniorum: cenatus autem
& pransus & potus diuersum ualent q̃ indicant. ut docet Quinti. in primo.

LIBER SECVNDVS

Argumentum Libri secundi.



Vm hyppatæ loca singula curiosius contemplatur byrrhenam matronam opulẽtam recognoscit. statuamq; in eius domo faberrimæ factam explicat. aqua commonitus. ut ab uxore milonis hospitis caueat. perinde ac maxima magarum. In ancillæ amorem propensus labitur: Cum qua complexus & colluctationes ueneriæ referuntur. Cenaticus byrrhenæ apparatus describitur. Inibi inseruntur & in fabellæ conuiuiales licentiosiq; Cachini constrepentes. mortui custodia. Custodis nares auresq; prosectæ: mox regressio Lucii nocturna ad hospitium. non sine sudore & cede: qua non tam homicida factus est q̃ utricida.

CVT primum

V T primū. Apuleius post somnū excussum in milionis hypatini hospitio singula loca illius ciuitatis cœpit curiose contemplari: utpote magiæ noscendæ cupidissimus: & cū uideret se esse in media Thessalia. Quod domicilium & officina est magicarū uanitatū: Existimabat quicquid spectaret id totū ui cantaminū esse in alias effigies transfiguratum. Ex hac contemplandi curiositate incidit in matronam summatē nomine byrrhenā: Cuius opulentia & cultus graphice referuntur. ꝟ Sol nouus. recenter exortus: Virgi. Carpamus dum mane nouum dum gramina canēt. ꝟ Emersus. Optimo uerbo usus tanq̃ hospitus mersus sit in barathrū obliuionis. ꝟ Anxius alioqui. Ordinatio uerboꝝ sic struitur. Anxius curiose singula considerabā. ꝟ Media thessaliæ loca. Tanq̃ hypata in meditullio thessaliæ sita sit. ꝟ Natiua cantamina. Significat artem magicā sedes hr̄e originales in ipsa Thessalia: Perinde ac ibidē nata sit nō aliunde aduecta: Item Lucanus in sexto Pharsaliæ cātamina hoc est incantamenta magica ueluti natiua atq; uernacula peculiariaq; Thessaliæ fuisse demōstrat: Menāder quoq; apud græcos Thessalam cognominauit fabulā. Cōplexam ambages fœminaꝝ detrahentiū Lunā. Autumat Plinius magiam in perside inuentā azoroaste: Trāsisseq; illinc ad Thessalas urbes. hinc Plautus Thessalū ueneficum scite dicit: Intelligi uolens maximū præstigiatorē omnisq; magici ludibri gnarissimū. ꝟ Fabulāq; illā. subaudi reputans. hoc est recolēs. ꝟ Ciuitatis. hypatæ. ꝟ Id esse crederē qđ eē lucius habēs persuasissimū in Thessalia plurimū pollere magicas artes Credebat quæcūq; uidebat ea esse oia ui cantaminū transformata demutataq;. ꝟ Ferali murmure. magico cātamine susurramineq; pestifero. ꝟ Lapides de hoie duratos. Lucianus in hanc sniam θεάσασθαί τι παράδοξον ἢ πετόμενον ἄνθρωπον ἢ λιθούμενον. cupiebā inquit spectare aliquid inopinabile. uel hoiem uolaticum uel lapideū. ꝟ Indidem. Ex hoie. ꝟ Foliatas siīr: Scilicet ex humanis corporibus. tanq̃ hoies potētia magica in lapides in aues in arbores in fontes trāsfigurari possent: sicuti metamorphosis poetica multiformiter tradit. ꝟ Latices. aquas supra dictū est laticem dici omnē liquorē. ꝟ Fluxos. solutos liquefactosq;. allusit ad naturā aquaꝝ fluidam ac fluentem. Alias fluxus dicitur mollis & effeminatus. ut Martialis. Cinedo euiratior fluxo. A Cipriano fluxura accipitur pro libidine & mollicia ueneria: scribit enim castitatē exarmaturā esse fluxuraꝝ hoc est libidinum. ꝟ Statuas & imagines. Statua proprie lapidea est: siue Aenea. & ex quacunq; materia solidiore. Imago cerea est & picta. Sed sæpe indiscriminatim ponunt:, sensus ē ex persuasione magicæ disciplinæ credebam incredibilia: & ut Lucianus dixit græce παράδοξα hoc est inopinabilia. Quod imagines ambularent. boues pecudesq; loquærētur. Quod sane ꝓdigiosum est & cōtra naturā. ꝟ Incessuras: ambulaturas. ꝟ Id genus. Huius generis. Eloquutio elegans scriptoribusq; usitatissima. Id genus. hoc genus. pro eius generis. & huius generis. ꝟ Pecua. Vetustissimi hoc pecu singulariter. & hæc pecua pluraliter dicebāt: ut docet Priscianus in sexto Nonius Marcellus. pecua īquit & pecuda ita ut pecora ueteres dixerunt. Plautus in mercatore: nec pecua ruri pascere: nec pueros nutricare. Idem in rudēte. squamosum pecu. pro piscibus posuit: & Solinus in polyhistore sic refert. Ita pabulosa: ut pecua nisi interdū estate a pastibus arceanť ad periculū agat sacietas: mendosi codices non pecua habent sed pecuaria: Neuius in gymnastico. hoies pecua belluasq;: hinc pecuarius homo dictus a. M. Tullio: qui hēt pecuarias grandēs. hoc est qui pascit armenta: & greges. ex quibus exuberāt uberes quæstus. M. Varro in scđo de re rustica: & ipse pecuarias habui grādes in aptilia ouiarias: & in reatino equarias: & hoc est qđ intelligi uoluit portius Cato agricolationis rotius sciētissimus. qui quærenti quid maxime in re familiari expediret. respondit bene pascere. qd secundū satis bn̄ pascere. hoc enim uerbo declarauit rem pecuariā eē in agricolatione quæstuosissima. Dictura p̄sagiū. apud priscos in ꝓdigiis erat bouē loquutū eē: quo nūciato senatū sub diuo haberi refert Pli. q alíubi quoq; sic tradit canē loquutū ī ꝓdigiis: qđ qdē annotaueri accepimꝰ & serpētē latrasse: cū pulsus ē regno Tarqnius: inuenit in annalibꝰ oli ī uilla galeri locutū eē gallinaceū semel: q̃ oia qa fiūt cōtra quā ē nota natura. ꝓdigiosa existimanť. Creduntur q; facere p̄sagiū hoc ē ꝓgnosticon reꝝ futuraꝝ. ꝟ Iubaris orbe. solis globosum corpꝰ signat. ꝟ Venturū oraculū. q̃cūq; incredibilia īpossibiliaq; naturaliter sunt: ea credebat Apul. fieri posse hypata magici cātaminis ui atq; potētia. ꝟ Attonitus. stupefactꝰ. attōitus ꝓprie appellamꝰ ut auctor ē Cor. Celsus quoꝝ & corpꝰ & oēs stupet. Quod genꝰ mali fit iterdū ictu fluminis. Interdū morbo hūc apoplexiā græci appellāt de attōito Ser. sic Attonitꝰ ꝓprie dr̄: Cui casus uicini fulminis & sonitꝰ tonitruū dant stuporē. ꝟ Immo uero correctio ē. ꝟ Cupidinis meæ. cupiditatis. s. magiæ noscēdæ. iterdū masculio gn̄e cupido accipiť ꝓ cupiditate Ora. cupido sordidꝰ aufert. Idē ī s̄monibꝰ: At bona ps hoium decepta cupidine falso. ꝟ In luxu nepotali. luxꝰ nepotalis sigñat īmodicā ꝓfusionē & uictꝰ largitatē: nepos. n. ꝓdigus dr̄. Vn̄ nepotalis. deriuať. Elegāter a Tertuliano dictū e Aristippus ī purpura nepotať. ꝓ eo qđ ē luxuriať: & lautiꝰ uiuit: Nepotatus quoq; ut apud Trangl. annotauimꝰ dr̄ ipse luxus atq; ꝓdigētia. ꝟ Hostiatim. ꝑ singula hostia. aduerbiū ē cōsimilia sūt tēplatim: uicatim. pagatim. & id genꝰ ꝓpe īfinita. Quinti. in. v. scrutāda singula & uelut hostiatim pulsanda. ꝟ Foꝝ cupidinis. forū piscariū. & in quo esculēta uenduni. relege q̃ in primo cōmentario copiosius annotata sunt: sup hac dictione.

V T primū nocte discussa, sol nouus diē fecit, & somno simul emersus & lectulo, anxiꝰ alioqn, & nimis cupidus cognoscēdi, q̃ rara miraq; sunt, reputansq; me media thessaliæ loca tenere, quo artis magicæ natiua cantamina totius orbis cōsono ore celebrātur, fabulāq; illā optimi comitis Aristomenis, de situ ciuitatis huius exortā, suspēsus alioqn, & uoto simul, & studio curiose singula cōsiderabā. Nec fuit in illa ciuitate, qđ aspiciēs, id esse crederē, qđ esset, sed oia prorsus ferali murmure in aliā effigiem trāslata, ut & lapides quos offenderem, de hoie duratos, & aues, quas audirē, indidē plumatas, & arbores quæ pomerium ambirēt foliatas siīr, & fontanos latices de corporibus hūanis fluxos crederē. Iā statuas, & imagines incessuras, parietes locuturos, boues & id genus pecua dictura præsagiū. de ipso uero cœlo, & iubaris orbe, subito uenturū oraculū. Sic attonitus, imo uero cruciabili desiderio stupidus, nullo quidē initio, uel omnino uestigio cupidinis meæ reperto, cūcta circuibā. tn̄ dū iluxu nepotali simul hostiatim singula per erro, repente me nescius forum cupedinis, intuli. Et ecce mulierē q̃piam frequēti stipatam

Thessalia domialiū Magiæ
Thessalus ueneficus
Fluxus
Fluxura
Statua
Imago
paradoxa
Id genus
Pecua
Squamosū pecꝰ pecuarius pecuariæ
Bouem
Canem loquutos.
Gallinaceū
Attonitꝰ q apoplexia
Cupido
Nepotalis luxus
Nepotať
Nepotatꝰ
Hostiatim
Famulatio
Famulatiū

famulatione: ibidem gradientē: adcelerato uestigio comprahendo. Aurum in gemmis, & in tunicis ibi inflexum, hic intextum, matronam profecto confitebatur. huius adherebat lateri senex: iam grauis in annis. qui ut primum me conspexit. Est inquit Hercules hic Lucius. & offert osculum. & statim incertum quidnam, in aurem mulieris obganniit. Quī inquit etiam uel ipsam parentem tuam accedis: & salutas? Vereor inquam ignote mihi fœminæ. & statim rubore suffusus, reiecto capite restiti. At illa obtutum in me cōuersa. En inquit sanctissimæ Saluiæ, matris generosa probitas, sed & cæterorum corporis exequaliter ad regulam, quam diligenter aliquid adfigunt, sunt congruentia. Inenormis proceritas, succulenta, gracilitas. rubor temperatus, flauum & in affectatum capillicium. oculi cesii quidem: sed uigiles, &

¶ FAMVlatione. famulorum Ancillarumq multitudine quod & famulitium dicitur: ut idem Apuleius ait in floridis: fre
Aurum — quens famulitium domus amplo ornata uestibulo. græce ait Lucianus: πολδεεσ ονΧνόι. idest frequentes ministri. ¶ Aurum
Margaritis — in gemmis. Lucianus idest μάτια ἄνθινα καὶ χρυσίον πολὺ. idest uestimenta florida & aurum copiosum. ¶ Inflexum: sci
cedere attalica — licet in gemmis. sabinus iurisconsultus ait gemmas inclusas auro cedere. Et enim cedit cuius maiorem species: Vnde si
margarite auro ornandi gratia adhibitæ sunt auro cedunt: si contra aurum margaritis cedet. Idem ut Vlpianus inquit &
in gemmis est anulis inclusis: sed si gemmæ ut habiliter geri possint inclusæ auro fuerint. Tunc aurum gemmis cedere
autumat paulus. ¶ Hic intextum. scilicet in tunicis. Au
rum intexere uestibus inuenit Attalus rex. Vnde nomen attalicis. Auctor Pli. in octauo fiunt ex auro textili uestimenta sine alia materie. quali paludamento indutam agrippinam uidisset se refert idem Pli. nec. enim aurum ac texitur lanæ modo & sine lana. Tunica aurea triumphasse Tarquinium Priscum Verrius tradit. ¶ Matronam confitebatur. Ex cultu ornatuq matronali apparebat eam esse matronam summatē. Cultus magnificus: ut græco uersu testatum est addit hominibus auctoritatem. ¶ Hercules. certe. ¶ Luci?. Apuleius: ¶ In aurem obganiit. ita Mar. gannis in aurem semper omnibus cinna. Vnde & obganire ductū est quod significat murmurare. ¶ Et gannitio apud ueteres significat Canum quærulam murmurationem:
Gannitus — Gannitum quoq nōnulli humanam uocem uo
Gannire — cauerunt. Vnde obgannire in aurem est secreto loqui. & ueluti immurmurare: Afranius: gannire ad aurem nunquam didici. ¶ Vel ipsam parentem. uerba sunt senis hortantis. Apuleium. ut matronam salutet, ueluti parentem ac matrem: id enim uenerationis nomen ē. ¶ Ignotæ mihi fœminæ. extrinsecus subintelligēdum me offerre uel tradere uel aliquid simile. Obtutum cōuersa. oculis in me defixis. En inquit. uerba matronæ byrrenæ ad Apuleium: quem recognouit ex liniamentis uultuq materno. nihil enim dubium est: ut Colu
Parentum — mellæ uerbis utar: quin ipsa natura sobolem matri similem esse uoluerit: & parentū notæ plerunq natis inherent. ¶ Sal
notę i filiis — uiæ. nomen est matris Apuleii: Alias herba est cana odorata mentæ similis: uulgo nota: herbarii græce Elelisphacon uo
Saluia — cant: aqua fortassis saluiatum deducitur quod genus est aliquaminis siue potionis: cuius Columella & Plinius memine
Saluiatum — runt: quidam non saluiatum legunt. Sed saliuatum a saliua hoc est succo incli nata dictione. ¶ Aequaliter ad regulam
amussis — quasi dicat cuncta corporis in Apuleio membra congruere maternis membris ueluti ad amussim: quæ regula est fabrorum. qua architecti utuntur ad opus probandum. de qua ait & maro. Nil ut deliret amussis. ¶ Succulenta proceritas. dictiones præpostere: quæ ita in ordinem redigendæ sunt. Inenormis proceritas Succulenta gracilitas: ut quasi per antitheton. singulis singula opponantur: quæ locutio splendida est: uult enim significare in Apuleio fuisse corporis proceritatem sed inenormem hoc est moderatam: non immodicam: & ob hoc. decora fuisse: gracilitatem sed succosam: ut ita ex contra
Corpus habilissimum — riis fiat temperamentum formositatis: Tale enim corpus habilissimum est: ut ait Cor. Ce sus. nam longa statura ut in iu uenta decora est. sic matura senectute conficitur. Gracile autem corpus infirmum. obesum habes est: Talis statura qua
Quadrata — drata ab eruditis nuncupatur: de qua scripsimus in. x. commentario apud Suetonium: qui tradit Vespasianum suum se
statura inenormis priuatiua i syllaba priuatoria — statura quadrata: Inenormis significatur non enormis hoc est non nimia neq immodica: Cice. in topicis priuatiua appellat quæ græce ςτερητικὰ dicitur in quibus adiecta est propositio in. hæc enim syllaba cum fuerit apposita demit fere aliquid ex ea ui. quam esset res quelibet habitura. si in syllabam præpositam non haberet: ut humanitati inhumanitas dignitati indignitas: In namq apposita id de quo dicitur humanitate ac dignitate priuauit. Vnde & Boetius scienter: hanc orationis particulam priuatoriam syllabam uocat in quarto commentario topicorum. Sicut autem enormis dicitur grādis & prolyxus: Ita enormis proceritas significatur. statura quidem longa: sed non enormitate deformis. & quæ mediocritatis temperamento decora sit: consimiliter gracilitas succulenta dicitur: cum neq nimis gracile neq nimis obesum corpus
Succulētū — est quæ res hominem uenustat. Succulentum dicimus succiplenum: & quasi succosum: quod tamē neq obesum pingue sit: qualis habitudo laudatur. Sidonius apolinaris tradit Theodoricum regem fuisse colli non obesi sed succulenti. ¶ Rubor tēperatus. Galenus ἐν μικροτέχνῃ. Inter signa craseos. hoc complexionis. uel ut latinius loquar constitutionis bonæ
Capillitiū — enumerat colorē ex rubore cādoreq cōcretū: Capillos flauescentes & modice crispos, ¶ Capilliciū. Coma & capilli: sic
affectatū — enim a capillo dr capilliciū: ut a famulo famulitiū. a satellite satelliciū. ¶ In affectatū. ipse in apologia capillos sese habuis
capillitium — se tradit nō ameos ac delicatos nec ad lenociniū decoris pmissos: qles affectati dnr: cū affectatiōe qdā & cura studiose colanť ab his: q ut ait Seneca solicitiores sunt de capitis sui decore q̄ de salute: q iter speculū pectineq occupati sūt: q cōcinio
Cosmatica — res eē malunt q̄ honestiores: q rēpublicā suā turbari minus curarēt q̄ comā: Archigenes medicus cosmotica hoc ē medicamēta ad capillos uenustandos cōposuit: qbus docet flauos & crispos capillos fieri spuma salis myrrha cōmixta. Galenus quoq nō pag multa cōmemorat cosmoticog: q̄ nigricāt: cādicant. ruffant capillos: q̄ fœminag effeminatorūq peculia is cura ē: aitq uidisse mulieris cōpusculas imodica affectati capillitii curiositate defunctas: cū caput huiuscemodi pharmacis
Caliblephara — medicamētisq letifera frigiditate uexarit: Caliblephara dnr a græcis & a Pli. nr̃o medicamēta: qbus oculog palbebræ & supcilia uenustanť: & capilli inficiūt qd & alibi annotauimus. ¶ Oculi cesii. Cerulei uiridisq coloris: Cesius. n. color uiri
Cesius color — dis ceruleusq significať. quē & alio noīe glaucū nuncupāt: a latinis ueteribus cesia dicta ē: q̄ græcis glaucopis dr: ut Nigidi ait de colore cœli quasi celia. Catullus: cesiū leonē appellat a colore oculog ceruleo. Cor. Celsus. in. vii. pupillæ inqt color
Cesia — uel nigre ē uel cesius: cū sūma tunica tota alba sit. Aristo. in primo de aialibus cesiū in oculis colorē aliis esse tradit aliis caprinū: qd mog optimog iudiciū est: & ad cernendi claritatē primatū obtinet: & hoc est quod intelligi uoluit Pli. cum ait in. xi. conditos oculos clarissime cernere: sicut in colore caprinos. ¶ Micantes. fulgentes: & mobiles.

¶ In aspectus aquilinos. aquila clarissima oculoꝝ acie pcellens est ut Pli. in. x. & Apuleius in floridis pdiderunt. unde aspectus aquilinus dictus qua acutissimus clarissimusq; antiq aquilū colorē qui est fuscus & subniger ab aquila dictū esse autumant. alii ab aqua denominauerūt cuius incertus est color. Aristoteles in nono de animalibus aqla inqt acie oculorum ualens sedulo aduolat. Halietus qđ aquilaꝝ genus est & interpretari potest marina aquila inter cæteras clarissima oculorū acie præditus est: pullosq; adhuc implumes cogit intueri aduersus solis radios: & si cōniuentē flentēq; animaduertit præcipitate nido. uelut adulterinū: ac degenerem illum cuius acies firma cōtra steterit educat: hoc intelligi uoluit. Siliꝰ cum ait. phœbea dubios explorāt lampade fœtꝰ.

aquilina acies
aquilus color
halietus

in aspectus micātes prorsus aqlinos. quoquo uersū floridus, speciosus & imediatus icessus, & adiecit. Ego te Luci meis istis manibꝰ educaui. quidni parētis tuæ, nō mō sanguinis, uerū alimoniarū etiam sociā? Nā & similia Plutarchi ambæ prognatæ sumus, & eandē nutricē simul bibimus, & inexu germanitātis una ~~colauimꝰ~~ coaluimus, nec aliud nos pter dignitas discernit, qđ clarissimas illa, ego priuatas nuptias fecerimus, ego sum Byrrhena illa: cuius forte sepicule nomen inter tuos frequentatum educatores retines. Accede itaq; hospitium fiducia, immo uero iam tuū proprium larem. Ad hæc ego iam sermonis ipsius mora: rubore digesto, Absit inquam parens: ut Milonem hospitē, sine ulla qrela deserā. Sed plane qđ officiis integris potest effici, curabo sedulo, quotiens itineris huius ratio nascetur, nunquā erit, ut nō apđ te deuortar. Dū hūc & huiusmodi sermonem altercamur: paucis admodū cōfectis passibus, ad domū Byrrhene puenimus. Atria longe pulcherrima, colūnis qdrifariā, p singulos āgulos stātibus, attollebant statuas. Palmaris deæ facies quæq; pinis explicitis. sine gressu pilæ uolubilis, istabile uestigiū plātis roscidis

Quoquo uersum floridus. Ex oī parte corporis speciosum: & decēter amabilē Apuleiū fuisse significat & hic erit distinguēdum: ut floridus ad hoīem referatr: in hanc sniam est illud Tibulli in laudē sulpitiæ deprōptū: illā qcqd: agit quoquo uestigia mouit. Cōponit furtim sequiturq; decor: potes connectere & cū subsequētibus. tam ita sensus ordinet. Quoquo uersum floridis icessus. post laudationem supioꝝ mēbroꝝ laudat & incessus ex eo qđ floridus eēt nec affectatus: quācūq; in partem uestigia mouerent: ipudicū eni ut inquit uerissime Seneca ostēdit icessus & relatus ac caput digitus. M. Tul. pcipit in primo de officiis cauendū eē ne incessu molliores simꝰ ne similes pōpaꝝ ferculis uideamur. qn etiā indecretis canonicis. D. xli. mouentur sacerdotes ut incessu ornati sint: ut grauitate itineris mētis maturitatē ostendāt. In cōpositio. n. corporis. ut Augu. ait: qualitatē indicat mētis: unde Salustius inter cætera hoc quoq; catilinæ probo dedit qđ eius incessus mō citus mō tardus foret: latus ergo incessus in hoīe est: ut imeditatus: sit neq; affectionē infractus. suspensusq;. scribit Iulius firmicꝰ eos q pleiades habent in horoscopo molliter ambulātes uestigia suspendere: eosq; penitere qđ uiri nati sint. Ambrosius olim clericon. ne sibi unq̄ p̄ret commonefecit: quia uelud quodā insolētis incessus uerbere oculos sāctissimi hoīs feriebat: q mox ab ecclesia recessit. In cuius incessu lucebat imago q̄dam leuitatis: scurlisq; discursatio: gressus aūt pbabilis est: ut idē Ambro. refert in primo de officiis in quo sit spēs auctoritatis grauitatis pōdus trāqlitatis uestigiū. Quidni: dictio comica ē q̄ significat cur nō. Orat. militia est potior. qdni? Concurritur horæ momento. ¶ Eandē nutricē. Idē lac nutriciū hausimus: uult intelligi se fuisse collacteas: collacteus eni dicit: qui uno eodēq; lacte educatus ē: auctor caper grāmaticus. ¶ Innexu. uinculo. una dictio est. Vna coaluimus. simul creuimus adoleuimusq; hoc enim significat coalescere: sicut inolescere est coaugumenti. exolescere euanescentis. ut docet agretius. ¶ Discernit. diseparat diiungit. ¶ Illa mater. s. Apulei. ¶ Priuatas nuptias semel positum nuptias. bis debemus accipere: ut sit sensus: illa mater tua clarissimas nuptias fecit: ego uero priuatas nuptias: fœminæ aūt nubentes clarissimis personis clarissimarū personaꝝ appellatione cōtinētur ut scribit Vlpianus. Radiis. n. maritoꝝ corruscare uxores dicuntur. ¶ Byrenam illam: apud Lucianū consimilis matrona ἄβρεια hoc est abroea: nuncupat: q̄ amicam familiarēq; Luciani matris sese fuisse demonstrat. ¶ Fiducia. cum fiducia. hoc est fidēter: & ut uulgo dicitur fiducialiter. Lucianus in hāc sentētiam τί οὖν οὐχὶ παρ᾽ ἐμοὶ καταλύεις idest quid igitur apud me non deuorteris. ¶ Rubore digesto. Sequæstrata uerecundia: & dipulso rubore: qui faciem occupauerat. ¶ Parens. Mater reuerentiæ nomē: sic & Lucianus. ὦ μῆτερ. ¶ Officiis integris tanq̄ officiū mutilet si hospes deserat. ¶ Deuortar. Verbū est hospitale sic & Plautus. In pseudolo. ego deuortor extra portā huc i tabernā. ¶ Altercamur. Altercatione quasi quadā usurpamus uicissatim ītēdētes depellētesq;. Altercari pars est rethoricæ disciplinæ: cōstās aut intētione aut depulsione: pcipit. Quitilia. in. vi. ut bonus altercator uitio iracūdiæ careat: & ne turbidus & clamosus sit. Valet in altercatiōe plīmum acumen. ¶ Atria lōge pulcherrima. descriptio ē byrrhenæ domus: cuiꝰ atria cū primis extollit q̄ pxima ianuis sunt. Indicat. M. T. epistola quadā ad Quintū fratrē. atriolū q̄si minusculū atriū fieri solitū in maioribꝰ edificiis in qbus est atriū maius Atriorum lōgitudines & latitudines: quō formari debeant: docet Victruuius: grāmatici atriū ab adriatibus populis: siue ab atro fumo deduci autumāt: græce in edificiis nō utebant atriis. ¶ Colūnis quadrifariā stātibus: quadratū atriū fuisse signāt: sicuti in magnis domibus cauum ediū. pystilonq; cōspicimus. Vndiq; colūnis septū. q̄ quadrifariam hoc est in q̄tuor ptes excurrunt. Colūnæ aūt in angulis stātes hoc est ultimæ dnr antes: qbus fabrica maxime sustinet: pcipit Victruuius in. iii. Columnas angulares crassiores faciēdas eē q̄ medianas: ppterea q gracilliores eē uident aspicientibus. Colūnaꝝ. gnā quatuor. Doricæ Ionicæ. Tuscāice & corinthiæ: q̄ cæteris graciliores: pter has sunt atticæ: q̄ ternis angulis q̄dratæ græci στύλον colūnā dnt. Inde terrastylō decastilō a numero colūnaꝝ. Inde & pycnostylon dictū edificiū in quo densæ spissæq; sunt columnæ. ¶ Deæ palmaris. uictoria significat. q̄ a palma arbore palmaris nominat: quā icertaminibꝰ uictoriæ signū placuit eē. Angu. i. iiii. uictoriæ deæ meminit: qua fauente & ppitia ait gētes oēs subditas futuras ē Ioue fersato. Idē alibi ludens. uel potius illudens ait si uictoria dea est: cur deus nō & triūphus: & uictoriæ iungit: uel maritꝰ uel frater: uel filius: a palma quoq; manus: dr palmaris. ut apud Quintilianū in pariete palmato: palmare uestigium dictum: qđ ex palmæ impressæ nota factum sit. ¶ Pinnis explicitis. In singulis colūnis angularibus singula erant simulachra uictoriæ: ex lapide effigiata: tā fabre tanq̄ eleganter: ut pennis expansis uolare uiderentur: Idq; decenter: figuratur enim uictoria alata pinnataq;. Vnde & ppes cognominata a poetis. uictoriolas aureas simulachrorum porrectis manibꝰ sustineri solitas. M. Tulliꝰ ualeriusq; notificāt. ¶ Pilæ. Columnæ. a pila fit aduerbiū pilatim. Quod per columnas significat: quo utit Victruuiꝰ. ¶ Volubiles: laus structuræ: ut uolubiles uolaticeq; uiderentur effigies uictoriarum: cum tamen pilæ essent stabiles.

Ex incessu mores
Incessu leuitas
Quidni
Collacteus
Coalescere
Inolescere
Exolescere
Dignitas fœminæ ex marito
Deuortor
Altercari
Atria
Atriolum
Antes
Pycnostylon
uictoria dea
Palmare uestigium
uictoriolæ in manibꝰ statuarum
Pilatim

Decitātes parius lapis lychnites archilocus parius

¶DECitantes.noue dictū ſed elegāter:ꝓ eo qđ eſt decorantes uenuſtanteſq;:forma frequētatiua ab hoc uerbo decet. Decitat. Vñ decitātes indinauit.Lapis pari?.paros inſula ē una ex cycladibus marmore nobilis q̄ primo plateā.poſtea minoida uocauerūt.auctor Pli.in.iiii.Idē ſcribit i.xxxvi.marmor.pariū fuiſſe cādidū.cœptūq; appellari lapidē lachnitē:cū ad lucernas i cuniculis cederet:ob candorē lapidis parii.Virg.Niueā paron appellauit:q alibi quoq; ait pariuſq; lapis circūdatur auro:de lapide pario ſic refert Strabo.in.x.paros lapidē ꝓducit quē pa: ion appellāt ac marmoreas ſculpturas aptiſſimū. Quinti.in.ii.& ſi praxiteles ſignū aliqđ ex morali lapide conat? eēt exculpere pariū marmor mallē rude:ex paro fuit Archilocus poeta.Iābici carminis reptor:mēdum ē apud Strabonē.apud quē nō Archilocus ſed Antilocus paribus fuiſſe legit:ob hoc dixit Oratius in epiſtolis. parios ego primus iābos oſtēdi latio:ubi expoſuit porphiriō: parios iābos dici q̄ſi archilochios:qa pari? fuit archilocus:iābici carminis repertor.¶In dianā. Simulachrum Dianæ.¶Signū.Statua ſimulachrū.¶Luculētum.Nitidū pulchrū pſpicuū:a luce dictū.lutulētū uero cenoſū ſordidūq; a luto.¶Veſte reflatū.Quaſi flāte uēto renudatū:cōſimile ē id qđ ſcribit Pli.Venerē reiectā nudāq; a praxitele factā fuiſſe.Inter cæteras ſtatuas famigeratā:Reflat? nomē eſt q̄rti ordinis:quo ſignificat flat? cōtrari? & noxi?.M.T.in epiſtola ad atticū nauis relata i uticā reflatu.¶Procurſu uegetū.Laus ſtatuæ:q̄ ꝓcurrere:& moueri uidebat.Canes utrinq; ſecus a laterib? ſtatuæ erāt fabrefacti ex eodē lapide canes:q̄ſi latrōes hoc ē latera deæ cingētes:Dianæ.n.ſunt dicati canes ut pote deæ uenatrici:hinc turba diania dicunt poetica piphraſi:Laribus quoq; canes aſſignāt:ut docet Ouidius in faſtis.¶His oculi.Laus artificii manuumq; artificis:q̄ ueritatē ſic fuerāt imitatæ:ut mutæ ac inanimales formæ uiuere ac moueri uiderent:q̄ſi ſiāt ex natura:q̄ fieri uidētur ex arte.Canes aūt hi potiſſimū laudant ueluti generoſiores:q oculis ſūt nigrātib? aut rauis.Columella uillaticū canē deſcribēs ait eū eē eligendū:q cōſpectu terreat:q deiectis & ꝓpēdētibus aurib? ſit uaſti latrat?

Luculētū Lutulētū — Reflatus — Canes turba Diana

decitantes,nec ut maneāt inherent,etiam uolare creduntur.econtra lapis parius in dianam factus tenet libra tā totius loci medietatē,ſignū perfecte luculentū,ueſte reflatū.ꝓcurſu uegetū,intro eūtibus obuiū,& maieſtate nūmīs uenerabile.canes utrinq; ſecus deæ latera muniūt,q canes & ipſi lapides erant. His oculi mināt,aures rigāt:nares hiāt,ora ſæuiūt,& ſicū de deꝓxio latratus ingruerit,eū putabis de faucib? lapidis exire,& in quo ſūmum ſpecimē operæ fabrilis egregius ille ſignifex ꝓdidit ſublatis canibus ipetus arduus,pedes imi reſiſtūt,currunt priores.Pone tergum deæ ſaxū inſurgit in ſpelūcæ modū muſcis,& herbis,& foliis,& uirgulis,& ſicubi pāpinis,& arbuſculis alibi de lapide florētibus,ſplēdor intus umbra ſigni de nitore lapidis,ſub extrēa ſaxi margīe poma & uuæ faberrie polite depēdēt,q̄s ars emula nature, ueritati ſimiles explicuit.Putes ad cibū ide q̄dā cum

Nares uñ — Secūde alicunde — Signifex

ſonoriq;.¶Nares hiāt.Patulę ſūt nares āt appellari putāt qđ ꝑ ea niſi foramina odoris cuiuſq; nari hoc ē piti fiam?:ſed melī? dici a greco uident ꝑ iuerſionē lrāꝝ qđ latinis cōſuetū ē:ut ρινες nares.τερην tenet & multa hmōi:ad ueſtigādas feras acōmodatiſſim? ē canis nares ſaxas.¶Sicūde.ſi ex aliq̄ pte ex aliquo loco:aduerbiū ē:ut alicūde apđ Plautū:qđ ſignāt ex aliquo loco.¶Signifer.corrige ſignifex:hoc ē ſtatuari? & ſigni hoc ē ſimulachri fictor:ut.n.ab arte artifex:ab auro aurifex:ſic a ſigno faciēdo ſignifex denominat:alio noie ſignific? dr ab eodē ſic ſcribēte i demonio Socratis ſed nō pudet me eē ſignificū:niſi forte uelis legere ſignificē:ut artificē.A Marciano quoq; i nuptiis philologiæ ſignifex uſurpat ꝓ ſtatuario:& artifice ſignoꝝ cōſilr ſidoni? appollinaris i.vi.græcia cemētariis pictoribuſq; illuſtris.Diuus Augu.i lib.de grāmatica ſic refert ad hāc formā declinabis aurifex artifex carnifex ſignifex & alia.¶Sublatis cāib?.Signifex ita figurauerat canes ex lapide: ut ſublatis pedib? priorib? ipetū facere & ꝓcurrere uł uiderētur:pedib? uero poſteriorib? innixi cōſiſtebāt:q̄ oia ad laudē ſignoꝝ miriq; artificii dcā ſūt.¶Pone tergū.Poſt t̄gū a t̄go.¶Deæ.Dianę ex pario lapide effigiatæ.¶Muſcis.ſic a Virg. muſcoſi fōtes dicti ſūt qa naturalr muſco herba obūbrant:ita & ſpelūcæ lanugine muſci uiridiore & arbuſculis ueſtitæ conſpiciūt:a muſco fit herbū muſcare:qđ ſignificat cōuelare:& cōtegere muſco quo ꝓpe peculiariter uſu ē.Columel.Idē ſcriptor in.v.muſcū ferro diſtiguēdū & eradēdū eē:q more cōpedis cura uitiū deuincta cōprimit:ſituq; & uterno mācerat. Idē.i.vi. ſupra iſitos ſurculos muſcū iponēdū eē tradit:& ita alligādū ne pluuia dilabat:muſcus q i aq̄ fuerit Plinio teſte podagris illit? ꝓdeſt.¶Splēdor.purior lectio ē ſplēdet:ut ſit ſēſus umbrā ſigni:hoc ē ipſi? ſtatuæ pp nitorē lapidis parii q purisſim? eſt int? ſplēdeſcere.¶Sub extrema margie:dr hic margo:& hæc margo maſculio gñe:& fœminino:hic fit uerbū elegās emargino:qđ ſignificat extremitates ſuꝑuacaneas auferre:& margines ulceꝝ erodere quo uerbo utit nr Plini. Margā Britāni: & galli uocāt pinguē terrā:q̄ iniecta alunt agri:cū ſit qdā terræ adeps:& pinguitudo.¶Faberrime.elegātiſſime perfectiſſimeq;:aduerbiū ē deductū a fabre qđ ſignificat polite & nitide:ad fabre qđ ualet ualde fabre niti deq; prōūciat prima acuta:ſicuti admodū & adꝓbe dñr:qđ Annianus poeta ſentiebat & ꝓbat Gellius:ediuerſo in fabre dr in elegāter & ipolite. Oratius qđ ſculptū in fabre quod fuſū durius eēt.¶Ars emula naturæ.imitatrix ſtudioſa effectrix:ars eni naturam imitat eāq; uſquequaq; effingere ac repræſentare cōtēdit libro.iii.rethoricoꝝ ad herēniū:imitat inqt ars naturā:& qđ ea deſiderat inueniet:ſi quod oſtēdit ſequat:celebratū eſt eupompi pictoris reſponſū qui interrogat? quē ſequeret antecedentium: dixiſſe fert:demōſtrata hominū multitudine naturā ipſā imitandā eē nō artificē.Plato uolumine decimo de legibus tradit oia natura & arte fieri:arteq; ipſam ſimulachra ueritatis genuiſſe.Me iſta condente artem emulā naturæ eſſe euident oſtēdit municeps meus Francia:inter pictores aurifex maximus:inter aurifices pictor abſolutiſſimus:utroq; in opere mirandus artifex atq; fœcundus:cuius tabulæ multæ oculos tenēt animoſq; ſpectātium: palmā habet tabulā Franciæ illa:quę dici poteſt exopolis ideſt extra murana eā nāq; extra muros in edæ miſericordiæ ſuburbana:dedicauit ſidus aureū noſtrum & decus antiſtitū protonotarios Bentiuolus Antonius Galeacius:qui nō omni uitæ colore terſiſſimus liberaliſſimuſq; in primis religionis cultor illuſtris:cum peregrinationē Hyeroſolymariam fœliciter obiiſſet eueſtigio curauit: ut tabula hæc manu Franciæ picta omniq; præcioſo cultu exornata dedicaret:qua nihil abſolutius pleriq; oēs iudicāt:in tēplo quoq; diui Iacobi ſpectat tabula altera eodē artifice nobilitata:quā illuſtriſſimus principes nr Io.Bentiuolus & ipſi religioſi cultus ſeruātiſſimus in ſacello ſuo dicauit:quā emuli artifices non ſine liuore ſuſpiciūt:i his Franciæ tabulis ars emula naturæ in tantū cognoſcitur:ut uultus imaginū ſpirantes uiuere & anhelare uideant:hæc obiter dicta ſint de artifice nūquā ſatis laudato:cuius manus certātes cum manibus piſcorū:tam in pictorum q̄ aurificū opificio naturam in primis repreſentat:artes autem ipſæ naturam imitantes ex imparibus paria faciunt:pictura uero peculiariter ex diſcordibus pigmentorum coloribus confuſione modica temperatis imagines his:quæ imitatur ſimiles facit.

Muſcare — Margo emargiare — Marga — Ad fabre — in fabre — Ars emula nature — Dictum eupompi — Laus Franciæ aurificis Bononiēſis exopolis tabula — Laus ꝓtonotarii Bentiuoli — Tabula dicata a principe Bentiuolo

mustulentus autumnus maturũ colorẽ afflauerit pos se decerpi, & si fontes, q deæ uestigio discurentes ile nẽ uibrãt undã: pnus aspexeris, Credes illos ut rure pẽdentes racemo, iter cætera ueritatis, nec agitatio nis offõ carere. Inter medias frondes lapidis acteon simulachrũ, curioso obtutu in dorsum proiectus, iã in ceruum ferinus, & in saxo simul & in fonte loturã dianam opperiens uisitur. Dum hæc identidem rima bundus eximie delector, tua sunt inquit Byrrhena, cuncta quæ uides. Et cum dicto cæteros omnes ser mone secreto decedere præcepit. Quibus dispulsis oibus. Per hanc inqt deã o Luci carissime: ut anxie ti bi metuo, & utpote pignori meo longe pro uisum cu pio. Caue tibi: sed caue fortiter a malis artibus, & fa cinorosis illecebris Pamphiles illius, quæ cum Mi lone isto, quem dicis hospitem, nupta est, magna pri mi nominis, & oĩs carminis sepulchralis magistra creditur, quæ surculis, & lapillis, & id genus friuolis

MVStulentus autũnus: optimũ autumni epitheton: ut mustulentus dicatur propterea ꝙ hoc tpe spumat plenis uindemia labris ut ait poeta: & ab Ouidio decẽter dictum est: stabat & autumnus calcatis sordibus uuis. Ciprianus uerborũ nouitate luxurians autumna dixit neutraliter sic scribens: in epistola ad demetrianũ: nec adeo arboreis fetibus autumna fœcunda sunt: nec minus uenuste portius Cato autũnitatem autũni tẽpestiuitatem: sicuti antiqui oliuitatẽ dixerũt quãdo olea legebantur: & ficitatem fructus fici & maturitatẽ. Fidicula occasu suo autumnum inchoat ut ait Plinius in decimo octauo. Autumat Festus Põpeius autumnum dictũ esse ab augendo: quod tunc maximæ augeantur hominum opes: coactis agrorum fructibus consensus medicorũ autũnale tempus infamat ueluti pestiferũ: noxiumque. Causas refert Galenus in expositione Aphorismorum duasꝙ potissimas: quarũ altera quia eadẽ die aliqñ frigus est aliqñ calor: altera quia mali chimi hoc est mali succi in corporibus id tpis exuberant: ex pomorum fructuũꝙ esu largiore. Cor. Celsus in secundo ex tẽpestatibus inquit optimæ æquales sunt: siue frigidæ. siue calidæ: pessimæ quæ uariant maximæ: quo fit ut autumnus plurimos comprimat. Nam fere meridiãis tpibus calor. nocturnis atꝙ matutinis simulꝙ etiã uespertinis frigus ẽ: corpus ergo & æstate: & subide meridianis caloribus relaxatum subito frigore excipitur: ob hoc dixit Ouidius inæquales autũni: idẽ alibi ait. Cum modo frigoribus præmimur modo soluimur æstu. Aere nõ certo corpora langor habet. dicitur autẽ mustulentus ea formula: qua uinolentus: fœculentus. Turbulentus. Plautina dictio est sic enim scribit ille: ita mustulentus uentus nares obtigit. ¶ Vt rure. Tanquã in uite pendulos. ¶ Racemos: non solum de uitibus: sed de aliis quoꝙ plantis Racemos dici testis est Plinius in decimo sexto de hedera scribens: aliis inquit densus acinus & grandior racemus in orbem circunactis: qui uocantur corymbi: a recemo fit racemosum quod significat racemis plenũ: inde & racematio: qua dictione significatur uindemiarum reliquæ: sicut in messibus peractis superest spicilegium. Tertullianus scite usurpat hoc uerbũ translatione oppido quam decẽti: cum ait in apologetico: post uindemiam parricidarum racematio superstes. De spicilegio ait. Marco Varro prouerbialiter. Nemo reprensus qui e segete ad spicilegium relinquit stipulam: idem in primo de re rustica: ad corbem messi facta spicilegium uenire oportet: ait domi legere stipulam. ¶ Nec agitationis: sensus ẽ. racemi lapidei ueros racemos ita repræsentabant: ut in undis subiectis agitari ludere moueri uiderentur. ¶ Frondes lapidis. frondes ex lapide fabrefactæ significantur. ¶ Acteon. acteonẽ a diana in ceruũ deformatum fuisse quia nullã uiderat in fonte lauantẽ: & a canibus suis descerptũ mordicus: quis Ignorat? fabula apud poetas notissima: laudat ab apuleo inter cætera byrhenæ domus ornamenta: simulachrũ acteonis ex marmore factum: tã fabre: tã scienter: tã graphice: ut obliquato aspectu: & intergum reflexo iã ceru⁹ factus uideret: expectare dianã sese in aqua fõtana lauaturã. Mythologi tradunt iõ fingi acteonem in ceruũ ẽẽ trãsfiguratũ: qa timidus fuerit: quasi corde ceruino ꝑdictus. ideo a canibus deuoratum: quia dum uenaticos canes pascit: uenationis studiosissimus oẽm substãtiã ꝑdidit Plini. nr̃ acteonẽ & cippũ in latina historia fabulosos ref. ¶ In ceruum ferinus: lego ferinus: ut ita eleganter nominet acteon quasi in ferinã ceruinamꝙ effigiem transfiguratus: a fere eni ferinus dictus. ¶ in fonte fontẽ: quo se lauit Diana: ita describit Ouidi. fons sonat a dextra tenui ꝑlucidus unda margine gramineo patulos succinctus hiatus. ¶ Idẽtidem: frequenter subinde. ¶ Rimabundus. speculabundus: uehementerꝙ contemplans: nomina. n. in bũdus desinẽtia: non tã significant similitudinem ut grãmatici hallucinãtur: ꝗ uim & copiam: & quasi abũdantiam rei: sicuti in notis seruii citatis classicorum scriptoꝝ testimoniis diligẽter annotauimus. ¶ Sermõe secreto: ne arbitri dicta eoꝝ arbitrari possent. itidem Plautus in captiuis: ut sine hisce arbitris nobis detis locũ loquẽdi. ¶ Dispulsis. in diuersa semotis amãdatisꝙ. ¶ Per hanc deam. dicticos est dianam añt significat: cuius signũ in meditullio domus byrrhenæ uisebaẽ. ¶ Vt anxie. ꝗ sollicite: quã uehemẽter: ita Virgilius. ut uidi & perii: ut me malus abstulit error. ¶ Tibi metuo. metuimus homini quẽ diligimus ne piclitet tanꝗ amico: metuimus hominẽ ne nobis noceat tanꝗ inimicũ. ¶ Vtpote pignori meo. tanꝗ filio ex me ipsa nato. filii. n. pignora sunt: & nexus qdam: ut tradit Aristo. in. viii. ethicoꝝ. ¶ Caue. a malis artibus pãphiles consimiliter Luciano suadet matrona abroea: ut caueat ab uxore hipparchi in magia ꝑcellente φιλλαττοῦ μαλιςα την ἱππάρχου γυναῖκα πασῃ μηκανῃ μάγος γάρ ἐςτι δὲ εἶνη καὶ μαχλος. caue inquit tibi ab uxore hipparchi omni studio: maga. n. est potens & impudica. ¶ Carminis sepulchralis: sepulchrale carmen magicum est: quo utebantur ad sepulchra ad manes eliciendos in necromãtia: quale est illud Lucani. qđ erictho magaꝝ maxima imurmurat ad sepulchrum: eumenides: stigiũꝙ nephas umbræꝙ silentũ. tibullus manesꝙ sepulchris elicit. ¶ Surculis & lapillis: scite surculos dixit & lapillos qm̃ talibus rebus uis magica inest: pithagoras atꝙ Democritus cõsectari magos herbas magicas nõ paucas celebrauere: portẽtosa tradẽtes in primis aglaophotĩ ꝗ & marmaritidẽ uocãt magos ea uti cũ uelint deos euocare. Gelotophilida quoꝙ herbã memorãt: ꝗ si bibatẽ cũ myrrha & uino uarias obseruari spẽs ridendiꝙ fidẽ non fieri: unde & nomen gemmæ quoꝙ & lapilli a magis cõplusculi memoranẽ: ut anãchitis. qua in necromãtia dicũt euocari imagines deoꝝ: ut atizoe necessaria magis regẽ cõstituentibus: ut heliotropiũ porracei coloris. ꝗ gerẽtẽ ad mixta herba heliotropio cõspici negant: ut glossopetra linguæ silis humanæ: ꝗ lenocinenti necessaria credĩ: in numera sunt ꝑpe surculorum & lapilloꝝ genera: quibus magicæ uanitates fulciunẽ quas Platonici quoꝙ nobiles adstruũt: & in primis ꝓclus: q scribit sympathia quadam mutua & cognatione reꝝ terrenaꝝ ad celestia posse talia effici: ideoꝙ sacerdoti ueteris auctores miscebant plura inuicem: qa uidebãt simplicia nõnullã habere numinis ꝓprietatẽ: non tñ singillatim sufficientẽ ad numinis euocationẽ ꝗ ob rem ipsa multoꝝ cõmixtiõe attrahebãt supnos influxus: nõ nunꝗ herba una: uel lapis unus sufficiebat ad diuinum opus: sicut carduus credebaẽ sufficere: ad subitam numinis alicuius apparitionẽ: in lapidibus eni & herbis luminũ supnoꝝ participatio est.

Mustulẽt⁹ autumnus
Autumna
Autũnatas
Oliuata
Ficitas
cur autumnus pestilẽs
Chimi succi inæꝗles autumni
Racemi racematio
Spicilegiũ
Fabula acteo enĩ
Ferinus
Rimabundus
Metuo tibi
Filii nexus perentum
Sepulchrale carmen
Magicæ herbæ
Glossopetra

Chaos
Venustas
Venustate

¶ Inhalatis:afflatis anhelitu uerborũ magicorũ saturatis:inhalare.n.est ueluti halatũ inspirare:ut exhalare halatũ emittere:qd morientiũ est.M.Tul.in pisonẽ:cũ isto ore fetido teterrimã nobis popinã inhalasses.¶ Chaos.chaos qd carminibus poetarũ cantatissimũ est de quo ait.Lucanus & chaos innumeros auidũ cõfundere mũdos appellat̃ confusa quædam ab initio informisq̃ materna.hians patensq̃ in profundũ.¶ Sumit̃.capit̃.illaqueat̃.¶ Venustate.pulchritudine. a cyrologia est:uenustas.n.ꝓprie fœminis assignat̃ sicut dignitas uiris.M.Tullius in primo de officiis: cũ pulchritudinis : duo genera sint:quorũ in altero uenustas sit in altero dignitas:uenustatẽ muliebrẽ dicere debemus.dignitatẽ uirilẽ.a uenustate fit uerbũ uenustare qd significat decurare & exornare. Ambrosius in.i.examerõ:ideo primũ fecit Deus postea uenustauit:ut eundẽ credam⁹ ornasse q fecit. ¶ Detorqt.deflectit. ¶ Oculũ:q in amore dux ex amoris origo ẽ: oculus impudicus ĩpudici cordis nuncius: oculi ut uerissime scribit Quintil.in declamatione quæ inscribit̃ cecus in limine: nos in oĩa quotidie uitia præcipitant: mirant̃.adamant.cõcupiscunt. Lucianus in hãc sniam. καὶ πᾶσι τοῖς νέοις ἐπιβάλλει τὸν ὀφθαλμὸν.i.oĩbus adolescentioribus inicit oculũ.¶ Pedicis.laqueis qbus sicut pedes illaqant̃:ita amatoris aĩus alligat̃.Vir.Tũc grui bus pedicas & retia ponere ceruis Liui.lib.xxi.ut pleraq̃ uelut pedica capta hererẽt indura & alta cõcreta glacie. ¶ In saxa.in pecua Lucianus. καὶ πολλοὺς μεταμορφώσεις ζῶα.i.multos trãsformat ĩ aĩalia. ¶ Trepido.timeo:uerbũ ẽ:uel expõe festinãri ut sit nomẽ. ¶ Puer ætatẽ.ætate puerili ut sit archaismos:sincerior lectio ẽ ꝓ etatẽ.¶ A cautela absfuitã ꝓcul erã ut mihi cauerẽ ab illecebris panthiles:ut ultroneus cuperẽ:me ilius⁹ dedere disciplinæ:tãta magicæ artis cupiditate rapiebat.

Pedicæ

Gestire

¶ Gestirem.cuperẽ:gestire.n.cupere est:gestire est letũ eẽ:& leticiã habitu corporis significare : ut Seruius & Nonius ꝓdiderunt:& iã ante dictũ est. Tali magisterio disciplinæ scilicet magicæ:cuius magistra & sciens erat pãphile.¶ In ipsum barathrum:in ipsam artis magicæ uora trinã & profundum.translatio sumpta ab eo q se præcipitat ĩ uastã ĩfernãq̃ ꝓfunditatẽ.Barathrũ locus apud inferos est ꝓfundus: ꝓprie aũt apud athenienses Barathrũ ẽ locus in quẽ noxii præcipitabant̃: ut docet Diomedes grãmaticus:hic barathrũ ab alia quoq̃ trãsfert̃:hic epigrãmatarius poeta : nõ min⁹ scite q̃ lepide barathrũ fœmineũ dixit ꝓ locis mulieribus : itẽ stomachi imũ hiatũ appellauit barathrũ : illo uersu extremo uersu extremo rect⁹ si uenit a barathro.Orati⁹ quoq̃ ĩ sermonib⁹ ait. qd.n.differt barathro ne dones qcqd hẽs:An nũq̃ utare paratis:ubi barathrũ accipit̃ ꝓ ingluuie & uoragine uetris:unũ & barathrones dicti Gulones qui in barathrum gulæ mittũt totũ patrimonium:

Barathrũ
Barathrones

Vecors ai
Corculi

¶ Vecors animi uetus locutio:ut infœlix animi ꝓstans animi.falsus aĩ pro aio:p figurã antiptosim uecors aĩ dr̃ insanus:turbati ac mali cordis auctor Festus Mar. Tul.i prima Tusculana:aliis cor.ipsum aĩus uĩ exquo excordes.uecordes:cõcordesq̃ dicunt̃.cõtra qui ĩ sapientia ꝓstiterunt ob id cati corculi apud Romanos cognominati sunt. ut refert Pli.in septimo.¶ Salue addito uerbũ est tã abeuntis quã adeũtis: indiscessu.n.& in accessu usurpat̃. hinc.M.Tul. in epistolis ad tironẽ iunctim locat uale.salue ideo mortuis salue & uale dicebat̃: ut scribit.M.Varro & repetit Seruius: qd ab his recedimus eos nunq̃ uisuri:in hãc sniam Ausonius: dicto aue.dic uale.& actutũ redi.¶ Perniciter.celeriter:uelociter pernix.n.uelox est silius genus pernicibus ignea plãtis.Catullus uidẽ ut perniciter exilire : pernix quoq̃ dr̃ pseuerãs a pnitiendo si credimus Seruio cõmentario maroniano.¶ Amenti similis. Salustius ad notandũ in catilina uecordiã dixit eius incessum mõ citũ modo tardũ esse:habitus.n.mẽtis ut inquit Ambro.in corporis mote cernit̃:ut plerũq̃ festinãtes celerare uestigiũ uidemus:qbus nemus amẽtiæ & furoris subest.¶ O luci.sic secũ sermocinat̃.¶ Fabulis miseris:corrige miris.hoc est mirãdis incredundisq̃:quales sunt magorũ ꝓstigiæ uel potius lege milesiis: de quibus repete q̃ annotauimus in principio cõmẽtariorũ explicãtes qd significet sermo milesius.¶ Cominus prope cuius cõtrariũ est eminus:quod significat longe & procul.¶ Gnauiter.strenue uigilãter celeriter:agnauo.n.q dr̃ industrius & uegetus.& celer:fit aduerbiũ gnauiter:quod & nauiter dr̃ sicut nauus strenuum celereq̃ significat a nauium uelocitate dictus: cuius cõtrariũ est ignauus. ¶ Hospitis pãphiles.¶ Genialẽ thorum.cõiugalẽ iectũ q nuptiis sternit̃ in honorem gẽii ut Fe.refert.M.Tul.in oratione pro cluentio lectũ illũ genialẽ quẽ biẽnio añ filiæ suæ nubẽti strauerat in eadem domo sibi ornari & sterni expulsa atq̃ exturbata filia iubet Ora.Lectus genitalis in alua est:de genio & geniis alibi p'ura ex auctoritate Aug.M.& censorini.¶ Suspice.uenerare.&.cole tanq̃ inuiolabilem:& castitate religiosa uallatum.¶ Verum enimuero particula ratiocinatiua ẽ ut grammatici dicunt.¶ Annixe.uehemẽter omniq̃ nixuq̃ & uiribus:¶ Scitula.elegans pulchra.uenusta.græce situs ὡραῖος dicitur:¶ Forma.septimus est casus.¶ Argutula loquela dicacula uenustala:argutari dixerunt ueteres loquaciter loqui. Neuius totum diem argutatur quasi cicada:argutos dici ait probus grãmaticus:qui multum ac celeriter locuntur: ut arguta hirundo:unde ὑποκοριστικῶς argutula.¶ Cum somno concederes.succumberes somno:& ob hoc ires cubitum sermocinatio:est cum ipsomet qua causam sua tutatur:& se foridi nunq̃ ingratum neq̃ inamabilem uideri colligit.

Salue uale
Pernix
Cominus
gnauiter
Nauis
enimuero
Argutula
Argutari
arguti

inhalatis omnem istã lucẽ mundi sideralis, imis tartari & in uetustũ chaos submergere nouit. Nã simul quẽquã cõspexit speciosæ formæ iuuenẽ uenustate eius capitur,& illico in eũ & oculũ & animũ detorquet. Serit blandicias,inuadit spiritũ,amoris profundi pedicis eternis alligat. Tũc min⁹ morigeros,& uiles fastidiens,in saxa & in pecua,quoduis aĩal, puncto reformat. Alios uero prorsus extinguit,hæc tibi prædico cauẽda & censeo. Nã & illa urit perpetuũ,& tu puer ætatẽ & pulchritudinẽ,capax eius es, Hæc mecũ Byrrena satis anxia. At ego curiosus alioquin,ut primũ artis magicæ semper optatũ nomen audiui,tm̃ a cautela pãphiles abfui,ut ẽt ultro gestirẽ,tali magisterio me uolẽs ampla cũ mercede tradere,& prorsus ĩ ipsũ barathrũ saltu cõcito ꝓcipitare. Festinus deniq̃ & uecors aĩ,manu eius uelut cathena quadã memet expedio,& salue ꝓpere addito, ad milonis hospitiũ perniciter euolo. Ac dũ amẽti silis celero uestigiũ. Age inquã o luci, euigila, & tecum esto,hẽs exoptatã occasiõnẽ,& uoto diutino poteris fabulis miseris explere pectus aufer formidĩes pueriles. cõin⁹ cũ re ipsa gnauiter congredere, & a nexu qdẽ uenereo hospitis tuæ tẽpa.& ꝓbi Milonis genialem torũ religiosus suspice. Verum enimuero Fotis famula petatur annixe. Nam & forma scitula, & moribus ludicra,& prorsus argutula est. Vesperi quoq̃ cũ somno concederes, & in cubiculum te duxit comiter,& blande lectulo collocauit. & satis amanter cooperuit,& osculato tuo capite q̃ ĩuita discederet,

¶ Vultu

VVLtu ꝑdidit. significauit: uultu. n. & oculis & nutu & superciliis interiora aĩ ꝑdunt amatores. ¶ Retrorsa. reflexa obliquata: retro cōuersa qđ ab amor abunda puella fieri solet: cui cōuenit illud uirgilianũ: & fugit ad salices & se cupit añ uideri: inclinato uocabulo ab aduerbio retrorsum Oratius retrorsum uela dare atq; iterare cursus. dictio est in uulgari sermone frequẽs. ¶ Quod bonũ fœlix. M. Tullius in primo de diuinatione testis est: maiores nostros in rebus oibus agẽdis præfari solitos: q; bonũ faustũ fœlix fortunatumq; esset: quia. s. ualere censebant uoces q̃ uocãt oia. ¶ Pedibus in sñiam uado. ex more Romão sumptũ apud quos ibaĩ pedibus in sñiam quã ꝓbabãt: hinc ait Liuius: sed tũ quoq; aut uerbo assentiebat: aut pedibus in sñiam ibat: idẽ alibi q̃bus hæc salutaria uidenĩ agite: dum: in dextrã partẽ pedibus trãsire: oẽs trãsierũt: sensus ẽ mihi aio uolũtati approbatur ea sñia: ut abstineã ab uxore milonis: & Fotis ancilla teneĩ. ¶ Iuscũ. pulpamẽtũ minutatim cõcisum: elegãti uocabulo iuscũ appellat: qđ uulgo ius nominitãt: hic Ciceronis ille iocus Amphibologicus ego coq; tibi iure fauebo: & apud. M. Var. in tertio de re rustica consimiliter: sic hos pisces nemo coquus in ius uocare audet. Tria genera Ganeatoꝝ ciboꝝ traduntur. Primo assa. Secundo elixa. Tertio ex iure uti cœpisse natura docet: unde iurulentum dictum quasi iure conditum: quod & iussulentũ uocaĩ. Cor. Celsus in secũdo. Tum res eadẽ magis alit iurulenta q̃ assa: magis assa q̃ frixa: iurulentã conditurã intelligi uoluit Satyrographus cũ ait: & eodẽ iure natantes mergere ficedulas didicit nebulone parẽte. a iure fit iuscũ & hypocristicos iusculũ. M. Cato inferuefacito paulisper: postea iusculũ frigidũ sorbere: & ipsam brassicã esse: apitius scribens de pulmentario ad uentrẽ: iusculum inquit facere & potare melius ẽ: si in eo pullus sit decoctus. ¶ Fartim. a farciendo aduerbiũ fartim dr̃ hoc est congestim: & cumulatim: talia aũt cõdimẽta fiunt in gallia ut caro minutim concisa: imo frustulenta: cũ ouis & aromatibus in cacabum iuris optimi coniecta discoquaĩ: fitq; pulmentariũ scitissimi saporis inter instrumentã ganeæ precellens: apitius porcellũ farsilẽ leporẽ farsilem pisces farsiles uocat qui in edulis farciunĩ uariis condimẽtis. ¶ Pulpam. inter apiciana cibaria est & minutal ex eo dictũ qđ minutatim hoc est frustatim: & tessellatim concidiĩ caro: aliaq; scitamenta: conciduntur. Quod mũltiformiter fit appellaturq; aliud minutal apicianũ: aliud matianũ: aliud dulce: fit & ex iocinoribus & pulmonibus lepusculoꝝ ex spatulis porcinis frustatim tessellatimq; confectis hoc est per frustula & tessellas: q̃ sunt frusta quadrata: unde aduerbiũ frustratim fit qđ significat ꝑ frusta & minutatim: hoc pulmenti genus signare uĩ Plautus in curgulione cũ ait. uin aquã si frustulenta est da obsecro hercle obsorbeã: idẽ frustillatim dixit diminutiua forma quasi ꝑ frustilla: iam ego te faciã ut hic formicæ frustillatim differãt. ¶ Abacũ. mõ mensam potoriã significat alias tabulã geometriã: alias ornamentũ columnaꝝ: alias calculos supputatorios: de abaco in quinto tusculanaꝝ quæstionũ cõmẽtario satis multa. ¶ Pascue. opipare laute abundanter aduerbiũ est. ¶ Hirulentã. quidã corrigunt iurulẽtam: cuius significatiõis iam mẽtio facta est: ego lego uinulentã ut sit epithetõ mensæ uinariæ accõmodatũ. quæ oi uinoꝝ genere copiose instrũcta sit. ¶ Naribus ariolabar: sagax nasus & acutior olfactus præsentit: & quasi ariolatur hoc est ex nidore diuina apperatũ epulaꝝ: ariolari enim est uaticinari: & ariolus dictus qui diuina mente uaticinaĩ quasi: fariolus & fatis & a fando siue ab halando: nã halitu solent istiusmodi hoĩes excludere uelut mortalẽ aĩam: ut diuinã recipiãt auctor. Donatus præcipit. M. Catone uillicus auriclũ cõsuluisse uelit. ¶ Tucetũ. tuceta dñr escæ regiæ: ut Callimachus Ambrosio redolẽt tuceta sapore: ut Persius pingues patinæ tucetaq; crassa. obiter annotãdũ ĩter militares cibos eẽ bucellatũ. ex eo opinor dictũ qđ ĩbucellas & q̃si tesselata frusta cõsecutũ fit: de quo. xii. codicis uolumĩe legimus milites expeditionis tẽpere bucellatũ primis diebus mox lardũ & carnẽ uerucinã ꝑcipe debere. amianus uĩ innere bucellatũ id esse ꝓprie: qđ biscoctũ dicimus. qđ bucellatim ut ita dicã tessellatimq; formaĩ. Verba amiani hæc sunt ex lib. vii. frumẽtũ ad usus diuturnitatẽ excoctũ. bucellatũ. ut uulgo appellãt humeris imposuit libentium militũ. ¶ Per quã sapidissimũ. attende locutionis genus cõtra morosas & ꝑrancidas grãmaticoꝝ obseruationes: q duas hasce particulas ꝑ quã iungi semꝑ ꝑcipiunt positiuo ut dicas per q̃ sapidũ. sed idonei scriptores elegantiæ magis q̃ scripto grãmaticali indulgentes dicunt ꝑ quã maximũ: ꝑ quã breuissimũ. ꝑ quã sapidissimũ. Qu. curtius scriptoꝝ elegantissimus bessum inq̃t quoq; pactrianoꝝ ducẽ. ꝑ quã maximo posset exercitu coacto descẽdere ad se iubet Põponius iuriscõsultus quo pene nihil limatius. Titulo de origine iuris sic scriptũ reliq̃t. Nã añ eũ Seruius duos libros ad brutũ ꝑ q̃ breuissimos ad edictũ subscriptos reliq̃t: ex hoc colligimus latinitatis elegantiã: qua nihil fusius uberiusq; est haud quaq̃ coercẽdã esse intra cancellos normæ grãmaticalis: nec astringendã regulis donatistaꝝ. cũ & grãmaticos ipsos uideamus regulas fulcire oratoꝝ poetarũq; fulturis: & ad auctoritatẽ ueteꝝ scriptoꝝ ueluti ad anchorã cõfugere. ¶ Mũdule. elegãter nitide. & sine sordibus. aduerbiũ ẽ. ¶ Tunica linea. uestimentũ puellæ lineum quo induta erat fotis. qđ q̃dã interulã. q̃dã camisiam. q̃dam suppaꝝ appellant. Iuxta illud Afranii. puella nõ sum supparo si iduta sum. Subucula quoq; dr̃. de qua est illud Oratianũ. si forte subucula pexæ Trita subest tunicæ. & Hieronymus aduersus Iouianũ. tunc pexa tunica & nigra subucula uestiebaris: sordidatus: & pallidus: sed qđ cũ bona pace sanctissimi scriptoris dictũ sit. q̃ Ora. emulari uolens pexa tunicã ꝓ lacera & sordida accepit: qđ lõge secus est: pexa. n. tunica significaĩ elegans ꝑciosa cõcinna: unde & pexatus dictus uestibus pexis indutus: Mar. pexatus pulchre rides mea zoile trita: A Quintilião quoq; pexus doctor decẽter accipiĩ ꝓ elegãti terso: & exculto. Pli. ait in. viii. lanam histriæ uestibus pexis alienã esse. Idẽ Mar. emi seu puerũ togam ue pexam: deniq; ut breuiter multa fluuiamus. pexã uestimẽtũ opponiĩ trito. tanq̃ ꝑciosum abiectissimo: & ita intelligi uoluit Ora. tanq̃ incõciniter reprensibiliterq; copuleĩ uestis pexa cũ trita subucula: nec. n. aliter Oratiana sñia elegantiam satyricã redoleret. uideri põt hallucinatus esse diuus Hieronymus. ut crederet pexã tunicam accipi ꝓ lacerata & uili ex illo Terentiano: adeo depexũ dabo. ut dũ uiuat meminerit semꝑ mei: Vbi grãmatici exponunt depexum pro laceratum: sed longe aliud pexa uestis ẽ. aliud hõ depexus. hæc. n. particula de. mõ auctiua est: mõ priuatoria, ut depexũ dicam⁹ pexo cõtrariũ. sicut dehonestũ uerbũ dr̃ turpe & cõtrariũ honesto: & mille alia. q̃uis tñ apud Terẽtiũ uerbũ illud depexũ accipi cõducẽter posset ꝓ expolito & exculto: sicut hodie quoq; in cõi loquẽdi cõsuetudine usurpaĩ. ut minitabũdi dicam⁹ ego comã tibi pectã. atq; exornabo. Et ita ego autumo hoc sensu dictum illud Terentianũ: ego te si uiuo adeo depexũ. ut dum uiuat meminerit semper mei. nam exornatũ & depexũ in eodẽ significatu accipiunĩ: q̃uis contrarium subintelligi uelit, hæc iudicent uolentes: quæ a me dicunĩ cã iuuãdi non obtrectandi: Dii. n. mentem meliorem mihi.

uultu ꝑdidit. Deniq; sæpe retrorsa respiciẽs substitit, qđ bonũ, fœlix & faustũ sit, itaq; isalutare nõ erit. Fotis illa tẽptetĩ. Hæc mecũ ipse disputans, fores Milonis accedo, & qđ aiunt pedibus in sñiam meã uado. Nec tamen Milonẽ domi uel uxorẽ eius offendo, sed tñ carã meã Fotidẽ, quẽ suis dñis parabat iuscũ fartim circũcisum, & pulpã frustatim cõsectã. Aba cũ pascue uinulẽtã, & q̃dẽ narib⁹ iã mihi ariolabar tucetũ, ꝑ quã sapidissimũ, Ipsa linea tunica mũdule amicta,

Retrorsa
Ire pedib⁹ in sẽtẽtiã
Iuscũ ius
Iurulentũ
iussulentũ
iusculum
Fartim
Farsilis
procellus
Minutal
Tessellatĩ
Frastatim
Frustillatĩ
Pascue
Ariolari
Ariolus
Tucetum
Bucellatũ
Per q̃ sapidissimũ
Mũdule
Interula
Suppaꝝ
Hallucinatio diui Hieronymi
Pexa tunica
Pexatus
Depexum
Dehonestũ

Ruſſea faſciola

¶ET rurſus ſe a faſciola.mẽdoſus locus:quẽ ego ſic emẽdo.& ruſſea faſciola:ut ſit ſenſus Fotidẽ ſuccinctã fuiſſe faſceola rubẽtis coloris.Ruſſus.n.& Ruſſeus appellatiões ſunt ruſſi coloris:Sicut.n.fuluus & flauus & rubidus.& pheniceus.& rutil⁹ & luteus.& ſpadix Ruſſũ colorẽ ſignificãt qdã uarietate diſtãtes.Ita Ruſſe⁹ uocabulũ ẽ ruboris:qd i uernacula ligua hodie quoq; uulgo ẽ uſitatiſſimũ.Catullus.dentẽ.atq; ruſſam defricare gingiuã:qdã apud Catullũ legere malũt ruſſam.

Ruſſæ tunicæ

reformidãtes uidelicet uetuſtã dictionẽ pinde ac inelegantẽ.Flauius uopiſcus.Tunicas ducales ruſſas q̃tuor:pallia pcõſularia duo in ep̃la Valeriani ſcriptũ legimus tunicas ruſſas militares annuas,ſagos chlamides annuas duas.hic aurigas

Ruſſati aurigæ

ruſſeos ſiue ruſſatos dictos eẽ opinor a ruſſo.i.colore. quo utebãt.ſicut factiões aurigaꝵ ueneta.& praſina nomẽ a coloribus ſortiunt.de qb⁹ apud Suetoniũ affatim.Et in lib.annotationũ nõ indiligẽter explicaui demõſtrãs qd ſit apud Plau.Thalaſſicus ornatus apud

Retractatio loci ex annotationibus

Pli.mẽtio ſit ruſſei ſiue ruſſati aurige:De auriga ruſſato dictũ ẽ illud a Satyrographo poeta.pte alia ſolũ ruſſati pone lacertæ:& ſi aliter legimus expoſuimuſq; locũ hũc in libro Annotationũ.Tñ uerior lectio & ſenſus purior hic uidet:ut ad aurigã Ruſſatæ factõis noĩe

Ruſcea facies

lacertã referat q lucroſior erat & opulẽtior ex aurigãdi ſtudio q̃ cauſidici ex actiõe cauſaꝵ.Fas.n.ẽ mutare

Strophiũ ſtrophiola

ſnĩam.Vbi poſteriores cogitatiões meliores ſunt prioribus.& poſt inuẽta magis q̃drãt.Eſt & ruſceus color a ruſco uirgulto dictus.Vñ ruſcea facies iſecta colore ruſci.Cato li.vii.originũ.Mulieres opꝑæ auro purpureaq; ruſcea facie.¶ Prenitẽte.ualde ſplendẽte.& fulgente.¶ Sub ipſas papillas.Videt ſignare ſtrophiũ.hoc ẽ faſciã pectoralẽ:qua papillæ cohibent.Turpilius.me miſerã qd agã iter uias ep̃la excidit mihi iter ſtrophiũ ac tunicã collocata de ſtrophio i hoc ſignificatu ait Catul

&rubeas faſciola prænitẽte altiuſcule,ſub ipſas papillas ſuccitula,illud cibariũ uaſculũ floridis palmulis rotabat i circulũ,& i orbis flexib⁹ crebra ſuccutiens,& ſimul mẽbra ſua leniter ilubricãs lũbis ſeſim uibrãtib⁹,ſpinã mobilẽ q̃tiẽs placide,decẽter inũdabat.Iſto aſpectu defix⁹ obſtupui,& mirabũd⁹ ſteti,Sterũt & mẽbra q̃ iacebãt añ,& rãdẽ ad illã q̃ pulchre q̃q; feſtiue inq̃.Fotis mea ollulã iſtã cũ natib⁹ itorq̃s.q̃ mellitũ pulmẽtũ apparas.fœlix & certi⁹ beat⁹,cui permiſeris illuc digitũ itingere.Tũc illa lepida alioquin & dicacula puella.diſcede inquit miſelle quã procul a me a foculo diſcede.nam ſi te uel modice me⁹ igniculus afflauerit urereris intime.Nullus extinguet ardorem tuum,niſi ego.quæ dulce condiens

l⁹.nõ tereti ſtrophio lactẽtis uicta papillas:alias antiq ſtrophia corõas tenuiores appellitãt,uñ nata ſtrophiola.auctor Pli.

Stropus ſtrupearia

in.xxi:pterea græce στρόφιον uocat qd latine ſtroppus.Id aũt iſigne capitis ſacerdotale eſt:qdã coronã eẽ dñt.ideoq; apud faliſcos feſtũ fuit noĩe ſtrupearia.qa coronati ambulabãt:Vñ uernacula ligua adhuc ſtropũ uulgo uocitãt:qd i uſu utiliũ eſt & coronamẽti ruſticani uicẽ rẽpſentat.¶ Floridis palmulis:uenuſtis manib⁹.Ideo aũt p ὑποκόρισμα dixit palmulis:ut oñderet in fœmina tales manus eẽ elegãtiores cũ enormitas ſit inamabilis ac inuenuſta.ut neuius dixiſſe maciolas dimi-

Manciolæ

nutiuo uocabulo quaſi paruas manus.Mauciolus inquit tene illis p manibus.¶ Crebra ſuccutiẽs.expreſſit geſtũ motũq;

Crebra pro crebro

puellæ Coquinariã faciẽtis:q̃ ſæpe ſuccutit:rotãs pulmẽtariũ i cacabo:ſiue lebete coquinatorio:& ollula eſcaria.crebra ãt dixit p crebro:nomẽ pro aduerbio:ut Virg.pede terrã crebra ferit.¶ Illubricãs.lubricitate quadã inſinuãs:ſimul Alluſit ad lubricũ puellæ corpus leuoreq; mẽbroꝵ pnitentiũ:Lubricus aũt dr̃ locus i quo labimur:& corpus:ut pauimẽtũ lubricũ

Lubricum

anguis lubricus.¶ Vibrãtibus.fluctuãtibus.¶ Spinã mobilẽ.ſpina tereti ſtructura.cõpacta eſt p media foramina:a cerebro medulla deſcẽdente:q̃ Animali hoc eſt qd naui carina.ex medulla hoĩs ſpinali anguẽ gigni pditũ ẽ & qd pythagoras

Ex ſpinæ medulla ſerpens

apud Ouid.tradit his uerſibus:ſunt q cum clauſo putrefacta ẽ ſpina ſepulchro mutari credãt humanas angue medullas.¶ Inundabat.Vndatim agitabat.quidã legũt nudabat.¶ Steterunt & mẽbra.Honeſtis uerbis genitalia Arrecta fuiſſe deſignat quæ membra nominitant.hinc in carmine obſceno.Priapus dictus mẽbroſior equo.hoc ẽ mentulatior iuſto:hinc anneus cornutus in illo carmine Virgiliano optatos dedit amplexus.placidũq; petiuit cõiugis infuſus p mẽbra ſoporẽ:di-

Membra

xit mẽbra Paulo incautius noĩata eẽ:tanq̃ p mẽbra ſignarent genitalia.ſeminale mẽbrũ dr̃ ab Ouid.a ſemine & genitura.

ploſtrum plauſtrum

¶ Ollulã.inter.o.& au.cognatio nõ parua ẽ:uñ ploſtrũ & plauſtrũ.Cotes:Cautes:Lotus:Lautus.Ecõtrario auſtrũ.p oſtrũ:

Auxlia ollula

auſculum pro oſculum antiqui dixerunt ſic ollã & aulã indiſcretim uſurpant.Vnde exta aulicoctia dicta:quæ in ollis coquebant.i.elixa:auxilla dr̃ ollula.i.olla paruula.ab olla:ollares uuæ dictæ.q̃ in ollis fictilibus optime condunt.Statius in

Ollares uuæ

ſiluula ollares rogo nõ licebat uuas.In ollis pultes coq̃bant.hic dixit.M.Varro oculis obſeruate ollã pultis ne adurat.de qbus epigrãmatiſta.Imbue plebeias cluſinis pultibus ollas.ab olla ollera dicta.quia in ea decoq̃bant:Græco uocabulo

chytropodes correcta dictio ex leuitico

chytropodas appellant ollas:q̃ pedibus ſuſtentant in leuitico mendoſe legit:ſiue clibani:ſiue ſytropodes deſtruent:& immundi erunt.Tu lege chytropodes.& accipe p ollis pedatis.Nicolaus de Lyra.ſuper eo loco deliramenta loquit.¶ Cũ natibus intorques Lucianus.ὦ καλὴ παλαίστρα τὴν πυγὴν τῇ χύτρᾳ ὁμοῦ κινεῖς περιφερεῖς καὶ κλίνεις.¶ Pulmẽtũ.Apulle.qua lõgo tpe Romani uixerũt:pulmẽta & pulmẽtaria dñr:Auctores.M.Varro.& Pli.¶ Illic.In olla.quis ſymbolicos referri poſſet ad fœminæ genitalia.¶ Intingere.hinc intinctus.oppido q̃ elegãti uocabulo:uocat liquor:quo intingimus obſonia:ut cõmẽdatioris iucundioriſq; ſaporis ſint.Ideoq; uulgo ſapor nuncupat.Pli.in.xv.ait plerũq; ad intinctus addi baccas myr-

intinctus Embammata

ti.græco uocabulo Embãma noĩat ἀπὸ τοῦ ἐμβάπτω qd ſignificat intingo.Columella li.nouiſſimo.hoc ſinapi ad embammata nõ ſolũ idoneo ſed etiã ſpecioſo uteris.In euangelio ſcriptũ eſt.qui intinxerit mecum manum in parapſide.græce dr̃ ἐμβάψας μετ᾽ ἐμοῦ ἐν τῷ τρυβλίῳ,cõſimiliter ex eadẽq; aeſchrologia Lucianus μακάριος ὅστις ἐνταῦθα ἐνέβαψε.ideſt fœlix qui-

Dicaculus

cunq; illic intinxerit.¶ Dicacula.dicacitas a dicendo ducta ẽ:quæ proprie ſignificat ſermonẽ cũ riſu aliquos inceſſentẽ.ut ante dictum eſt:hinc dicax & dicaculus.qui dicacitate & iocoꝵ mordacitate præpollet:Demoſthenẽ urbanũ fuiſſe dicit dicacẽ negãt:multi ut auctor eſt Quinti.in cõuiuiis & ſermonibus dicaces ſunt.hic dicacula puella ſignificat loquacula.petulãs uenuſtula.& in uerbis faceta.græce dixit Lucianus.σφόδρα χαρίεν τὸ παιδίον καὶ χαρίτων μεστὸν ἦν κορικῶν.i.erat puella ualde pterua:& plena uenuſtatis.¶ A foculo diſcede.elegãter foculus dictus pro puella:quia amator uritur.Et amor

amor ignis

ignis eſt:& ſic & Terentius.accede ad ignẽ hunc iã caleſces plus ſatis.Diomedes grãmaticus ait Acyrologiã eẽ apud Terẽtium.accede adhunc ignẽ.ubi noĩe ignis ſignificat meretrix.¶ Meus igniculus.amoris flamma & uredo.Vir.At mihi ſeſe

amor igne terrentiorẽ

offert ultro meus ignis aminthas.Cyrus apud xenophontẽ:amorẽ oſtẽdit igne eſſe lõge potẽtiorẽ quod ignis urit hoĩes tangentes.Ac amor formæ eos etiã accendit.qui procul ſpectãt in tantũ ut ardẽter eſtuent.¶ Nullus extinguet.Lepidius ſane uenuſtiuſq; id totum apud Lucianũ græcum eſt.Vbi ait paleſtra.θεραπεύσει σε οὐδεὶς ἄλλος,οὐδὲ θεὸς ἰατρός,ἀλλ᾽ ἢ κατακαύσας ἐμὲ μόνη.i.ſanabit te nullus alius neq; medicus deus.ſed ego ſola quæ te combuſſi:& mox Paulo.ἄνθρωπον οἶδα καὶ σφάττειν καὶ δέρειν καὶ κατακόπτειν.i.ego hominem noui & iugulare & excoriare:& trucidare.

¶ET ollam

CET ollam & lectulū quatere. Fotis quatenus coqua est ollam rotare nouit & quatere: quatenus amorabunda ē lectulū cōcutere: qui instrepere solet ex coluctatiōe uenerea. Catullus tremulūq; quassa lecti argutatio inambulatioq;. ¶ Habitudinē. Corporis filū habitū & membraturā: habitior apud priscos dicit pro pinguiori habitissimus pro pinguissimo: & corpulēto usurpat: e cōtrario male habitus ꝓ emaciato attenuatoq;: gellius equū nimis strigosum & male habitum: sed equitem eius uberrimū & habitissimū uiderūt. Vbi annotandū est strigosum dici ꝑ macro exhaustoq; quasi stringosum: sic eni apud ueteres dicit cuius corpus stringitur aut fame aut macie: aut alia uitii causa sic apud Liuium strigosiores equi ꝑ exhaustis & macie attenuatis. ¶ Postea perstri. Apertior sensus si legas pfrui. ¶ Statuta ratione. ¶ Legas ratio ut sit casus rectus. Pars ista corporis. caput & capillitium. ¶ Et quidē. Lege & qd. ¶ Nitor natiuus. Sicut mēbra corporis cultu uestis nitidioris conspectiora fiunt & uenustiora. sic caput nitore capillorum qui natiui sunt condecorat: dixit Plautus ornamenta purpurea & aurea cōuenire turpi mulieri. Cæsaries autē speciosa: & crinita cōprimis decet fœminā: quæ ut auctor est Ambrosius in. vi. examerī reuerēda ē in senibus. Venerāda in sacerdotibus terribilis in bellatoribus. Decora i ado lescētibus compta in mulieribus dulcis in pueris. Tolle arboris comā tota arbor ingrata est. Tolle humani capitis capillū tota pulchritudo flaccescit: hic ornat⁹ est capitis obuius oībus: & pspicuus quo cerebrū munitur & uestitur: ne aut frigore uexet: aut estu: sicut nihil fedius est in fœmina: q̄ caput capillitio depopulatū: Ita nihil uenustius cesariato comatoq;. In capite homini plurimus ē pilus. Inde cognomina capillatis Alpiū incolis galliæ comatæ. Myconii populi insulani carentes capillo gignunt: Defluuium capillorum in muliere rarum. In spadonibus non uisum: tāta est decoris affectatio i mulieribus ut aliena quoq; coma caput exornent. adeo liquet capillū esse amabilem illicibilemq;. Ouidi. sententialiter scribens ait turpe pecus mutilum. Turpis sine gramine campus: & sine fronde frutex: & sine crine caput. ¶ Amicula dimouent. Vestimenta oīa amouent: ab amiciendo amictus. Amicimē. amicula dicta. ¶ De cutis roseo rubore. iuxta sniam plautinā fœmina nuda pulchra ē qua purpurata pulchrior. ¶ Neq; sit exēplū.

Habitissimus

Male habitus

Strigosus

Cæsaries reuerēda

Laus comæ

Myconii calui

Amicula

& ollam & lectulum, suaue quaterenoui. Hæc dicēs in me respexit, & risit, nec tamen ego prius inde discessi, q̄ diligenter omnē eius explorassem habitudinem, uel quid ego de cæteris aio? Cū semp mihi unica cura fuerit. caput capillūq; sedulo, & publicæ prius intueri, & domi postea perfrui? Sicq; iudicii huius apud me certæ, & statuta ratio, uel q; præcipua pars ista corporis in aperto, & perspicuo posita, prima nostris luminib⁹ occurrit, & quod in cæteris mēbris floride uestis hylaris color, hoc in capite nitor natiuus operatur. Deniq; plereq; indolem gratiasq; suas probaturæ, lacinias omnes exuunt, amicula dimouent, nudam pulchritudinem suam præbere se gestiunt magis de cutis roseo rubore. q̄ de uestis aureo colore placituræ. At uero quod nefas dicere, nec q; sit ullum huius rei tam durum exemplum. si cuiuslibet eximiæ pulcherrimæq; fœminæ caput capillo spoliaueris, & faciē natiua specie nudaueris, licet illa cœlo deiecta, mari edita, fluctib⁹ educata, licet inq̄ uen⁹ ipsa fuerit, licet omni gratiarū choro stipata, & tota

Vtinam īquit nulla calua & sine capillo reperiat: ut nullū extet exēplum caluitii fœminei: & sane mulieres naturaliter nō caluescunt: qm̄ natura earum similis puerorum naturæ est: unde & spadones non caluescūt qm̄ fœminā imitantur. Auctores Aristoteles Hippocrates Galenus cæteri. Annotatu dignū est obiter id qd Seneca scripsit libro epistolarum moralium. xv. q luxum carpens mulieres tradit & caluas & podagricas fieri ex intēperantia: ut ita maximum medicorū Hippocratē faciant mendacē: qui in aphorismis ꝓdidit fœminis nec capillos defluere: nec pedes laborare: ue natura fœminarum mutata nō est: sed uita icā uictus sed ingluuies in cā ē ut caluescant fœmiæ contra Hippocratis sniam qd & Galenus refert. ¶ Natiua specie. natiuo decore: & pulchritudine capillorum: qui homini cōgeniti sunt. In hoīe enim pili partim simul: partim postea gignuntur: hos cōgenitos appellant: qui ut auctor est Pli. non defluunt sicut nec fœminis magnopere. ¶ Licet ille cœlo deiecta. Sensus est. si uenus calua foret & comæ honestamento uiduata haud quaq̄ placeret fieretq; inamabilis. adeo capillamenti decor fœminā decet. uenus autē ex spuma maris orta & cœlo deiecta esse fert: aiunt mythici saturnū cœlii patris pudenda abscidisse: quibus in mare deiectis uenerē ꝓcreatam: q̄ a spuma. Vnde coaluit ἀφροδίτη nomeu accepit ἀφρὸν enim græci spumam uocant: hoc autem ideo fictum esse creditur: qa dicūt physici sudorem falsum eē: quem semp elicit coitus. Aristo. uero tuius inuentis nec ipsa natura dissentit libro de generatione aīalium secūdo autumat genitura eē spumosam. Ideoq; deam. q̄ rei ueneriæ pēst ab ipsa spuma aphroditem noīatā. Annotandū est herodotū græce historiæ principē erro re fœdo lapsum eē: qui scripsit lib. iii. historiarum geniturā ethiopū eē nigrā & ob id ethiopas nigros existere. Cum codē teste Aristotele oīum aīantium sperma hoc est semen genitale album sit. De uenere: q; cœlo deiecta mari ꝓcreata sit scribūt poetæ & meminit Ausonius his uersibus. Orta salo suscepta solo patre edita cœlo. Eneadum genitrix hic habito Alma uenus. ¶ Gratiarum choro. gratiæ quas caritas græco uocabulo appellitant: in comitatu ueneris esse produntur: ex quo est illud Oratianum feruidus te cum puer & salutis grę genis properentq; nymphæ. Nudæ grē & sine nodis. Ideo figurantur: quia amici animos solutos ac nudos & a pertos & inter se habere debeant: quidam gratias liberi & ueneris filias esse tradunt: nec immerito: gratiæ enim per horum fere numinum munera conciliantur: quarum una auersa pingitur duæ nos respicientes propterea q; profecta a nobis gratia duplex solet reuerti. Docet Seneca quare tres gratiæ: & qualiter sorores sint: & quare manibus implexis: quare ridentes: quare iuuenes: & quare uirgines: soluta ac perlucida ueste. Alii quidem uideri uolunt unam quæ det beneficium. Alteram quæ accipiat. Tertiam quæ reddat. Alii tria beneficiorum genera promerentium reddentium: simul & accipentium reddentiumque. Consertis manibus in se redeuntium chorus: ob hoc est: quia ordo beneficii per manum transeuntis nihilo minus ad Dantem reuertitur & totius speciem perdit si unquam intertuptus est pulcherrimus. si cohæserit & uices seruat: hilares sunt quales solent esse qui dant uel accipiunt beneficia. Iuuenes quia non debet beneficiorum memoria senescere. Virgines quia incorrupta sunt sincera & omnibus sancta. In quibus nihil alligari esse decet neq; ascripti solutis itaq; tunicis utuntur. perlucidis autem quia beneficia conspici uolunt. Hesiodus Aglen. maximam natu appellat a splendore. mediam euphrosinem a leticia. Tertiam thaliam a uiriditate. Home. uni nomen mutauit pasitheam appellando lib. iliados. xiiii. Chrysippus ait gratias tres iouis & eurinomes filias esse Etate autē minores q̄ horas sed meliuscula facie: & ideo ueneri datas comines. Diodorus auctor est ad gratias beneficii & gratiæ retributionē pertinere: & ob id eas coli. Socrates sculptor caritas fecit in propyleis atheniensium imprimis inditas.

Mulieres non caluescere

Quō mendax hippocrates

Cōgeniti

hip. uenus ex spuma aphrodite

Sperma Spumosū

Gratiæ Caritas

Quō figurant grę

Nomina gratiarum

cupidinum populo cõmitata, & balteo suo cincta, cinnama fragrans, & balsama rorans, calua processerit: placere non poterit, nec uulcano suo. Quid cum capillis color gratus, & nitor splendidus illucet? Ecce solis aciem uegetꝰ fulgurat, uel placidus renitet. At in cõtrariam grauem uariat aspectum, & nunc aurũ coruscans, in mellis lenem deprimitur umbrã. Nũc coruina nigredine cerulus columbarum collis flosculos emulatur, uel cum guttis arabicis obunctus, & pectinis arguti dente tenui discriminatur. Et pone uersũ coarctꝰ, amatoris oculis occurrẽs. instar speculi reddit imaginẽ gratiorẽ, qd cũ frequenti sobole

Cur plures cupidines

CVPidinũ populo. Plato in symposio: duos tãtũ cupidines celebrat. Alteꝝ celestem. alterum plebeium: de qbus & nos olim lusimus. In carmine amatorio: Veꝝ poetæ innumeros cupedines assignant ueneri: sic Proptius alios cupidines facu lis: alios sagittis: alios uinculis instructos sibi obuios factos esse cõmemorat. sic Statius in siluulis de cupidinibus numerosis loquẽs inqt: pharetrati pressere silẽtia fratres. Et silius cecinit in. vii. punicoꝝ. Cupidines cõplusculos: ut merito uenꝰ dicatur ab Apuleio cupidinũ populo comitata: Quin etiã Alexãder aphrodiseus in problematis refert plures eẽ cupidines: quãdo qdem aliter atqꝫ aliter qs concupiscit: & ut inqt Diuinus Plato amorẽ beluã eẽ multoꝝ capitũ certũ ẽ: uel ꝙ multis amoribus unus & idẽ sæpe succũbit: Arcesilaũ magnificat Varro q leenã fecit marmoreã. Et cũ ea aligeros cupidines lubẽtes. quoꝝ alii religatã tenerent alii e cornu cogerẽt bibere. alii calciarẽt soccos. oẽs ex uno lapide.

Balteus ueneris

¶ Balteo suo cincta. ceston significat: q balteus ueneris est discolor: & uariegatus: Cui insunt blãdiciæ oẽs cupidies. suadelæ. fraudulẽtiæ. oĩa deniqꝫ amatoria ueneficia: quæ uel prudẽtis deliniant mẽtẽ: auctor Homerus in. xiiii. Iliados cuius hi uersus sũt ἐλύσατο κεστὸν ἱμάντα ποικίλον. ενθα δε οἱ θελκτηρια πάντα τέτυκτο. ενθ ενι μὲν φιλότης. ἐν δ᾽ ἱμερος. ἐν δ᾽ ὀαριστὺς πάρφασις. ητ᾽ ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων.

Incesta unde
Cestos
Cinnamũ

ab hoc cesto autumãt grãmatici adulteria dici incesta quasi sine cesto in quo copulæ ex matrimõio uis est. de hoc Epigrãmatarius poeta. collo necte puer meros amores cestũ de ueneris sinu calẽtem. Idẽ sume cytheriaco medicatũ nectare ceston. Vssit amorem balteus iste Iouẽ. ¶ Cinnama fragrans. i. odorem cinnameũ redolẽs. Cinnamũ idẽqꝫ cinnamomum frutex est odoratissimus duoꝝ cubitoꝝ altitudine: præcipua bonitas est in tenuissimis uirgultoꝝ ptibus. Vilissimũ qd radicibus ꝓximum. summa gratia in cornice. ipsũ lignum ĩ fastidio est: qd Xylocinnamũ uocaẗ. Ex cinnamo fit unguentũ Cinnaminũ dictũ inter cætera crassissimũ. sũma unguentoꝝ cõmendatio est: ut transeuntẽ fœminã odor inuiter etiã aliud agentẽ.

Opobalsamum
Xylobalsamum

¶ Balsama rorans. instar quasi roris guttas balsami fundens. balsamũ aũt oĩbus odoribus præfertur: succi balsami opobalsamum uocãt eximiæ suauitatis. Xylobalsamũ lignũ dicĩt sur culũqꝫ balsami. qđ & ipsum pro succo sustituerũt officinæ. ꝓcipua gratia balsamo est. secũda semini. Tertia cortici. minima ligno. Sũma balsami ꝓbatio. ut lac coagulet & in ueste maculas non faciat.

Venus calua
Venus armata

¶ Nec uulcano suo. Si uenus calua placere non poterit uulcano: a quo ardẽter Amatur. Tãtominus reliquis placebit. Merito uenerẽ uulcano coniungũt: qa sine calore & ignis uires uenería peragi nõ põt: & quia incidit mentio ueneris caluæ. Scire debes Romanos ueneri caluæ edem cõsecrasse in honorẽ matronaꝝ: cum urbe a gallis occupata obsessi in capitolio ex mulieꝝ capillis tormenta fecissẽt. Auctores Lactantius & Iulius capitolinus: e cõtrario lacædemonii coluerũt uenerẽ armatã: quã græce dicunt αφροδιτην ενοπλιων ex historia mulieꝝ: quæ messenios hostes fuderũt: armatæqꝫ obuiam exiuerunt uiris. hinc illud Ausonii. Armatam uidit uenerẽ lacædemone pallas. ¶ Illucet. resplẽdet: & radiat. ¶ Ecce solis. Corrigo & contra solis aciẽ. ¶ Grauẽ. lego gratiam.

Succini capilli

¶ In mellis umbrã: sunt capilli in qbꝰ mellis color placet Vmbroso quasi fulgore perspicuis: Galenus in microtechni ait capillos flauos: & rubẽtes Crisposqꝫ significare bonã corporis constitutionẽ. Domitius uero capillos coniugis suæ popeæ succinos appellabat a succini colore qui in melle cognoscit. ¶ Coruina nigredine: Capillus coloris nigricãtis expetit a matronis: cũ illa nigricia non parum uenustet faciem cãdicantẽ. In demonio Socratis cum duo inquit colores præstabiles forent. piceus & niueus. quibus inter se nox cũ die differunt: utrũqꝫ colorem apollo suis alitibus donauit candidũ clori. Nigrum coruo.

Cerulus
Thalassicus color
Pluma colli colũbaꝝ

¶ Cerulus. cerulus color uiridis est: & subniger: qualis in mari conspicitur: unde cerula maria a poetis dicta: ob id thalassicus quoqꝫ nũcupatus quasi marinus a Plauto: græci glaucũ appellant: quo & nostri utuntur. Latinis ueteribus cesia dicta est: quæ a græcis glaucopis dicitur: ut Nigidius ait: de colore cœli quasi cœlia. ferrugineus color ceruleus ẽ: sup quo in lib. annotationũ plura. ¶ Colũbarũ collis. columbaꝝ pluma: quæ in collo est radians in sole uarii coloris incertiqꝫ conspicitur, mõ enim rubra: modo uiridis & uarietate quadã mutat colores: sicut & pauonis cauda sup qua re Lucretius lib. ii. luculẽter scribit. Cuiꝰ hi sũt uersus. Pluma colũbaꝝ quo pacto ĩ sole uideẗ: q̃sita ceruices circũ collũqꝫ coronat: nãqꝫ alias fit uti claro sit rubra pyropo. Interdũ q̃dam sensu fit uti uideaẗ ĩter ceruleũ uiridis miscere smargdos: hic Arcesilas nobilissimꝰ pħus uarietate ista colũbini coloris motus asserere cœpit ακαταληψιαν. i. icõprẽsibilitatẽ: & hoc ẽ qđ itelligi uoluit

Arcesilas intuens collum colũbinũ

Martia. lib. de nuptiis philologiæ Arcesilas collũ ĩtuẽs colũbinũ dubitabat: Hierony. quoqꝫ rei huiusce cõmeminit. Seneca lib. ꝓmo qõnũ. Colũbaꝝ ceruix speciẽ falsi coloris & sũmit & ponit ubicũqꝫ deflectitꝰ. De quo Nero Cæsar disertissime lusit. Colla tiberiacæ splẽdẽt agitata colũbæ. Pli. in. x. tradit colũbis inesse quẽdã gloriæ intellectũ: ut noscẽ credanẗ suos colores uarietatẽqꝫ dispositã: nũc Apuleius colorẽ in capillis gratũ eẽ & amabilẽ significat: q uarietatẽ illã colli colũbini imitaẗ & reddit.

Stacte

¶ Guttis arabicis. unguento nardino. uel potius myrrhæ lachryma q̃ in arabia laũdatissima ꝓgignit. sudat autẽ myrrha spõte priusq̃ incidaẗ. guttã stacten dictã. Cui nulla ꝑfertur auctor Pli. in. xii. a uerbo græco stazo. qđ significat stillo stacte nominata. quã dictiõe gutta siue lachryma liquoris significatur. de qua in expositiõe Psalmoꝝ Hierony. sic scribit. stactẽ. i. stillã uel guttã exhibẽt domino: Narrant & qui Aromatũ nouere uirtutes stacten florẽ esse myrrhæ: huiꝰ quoqꝫ meminit Columella in carmine de cultu hortũ. Myrrhæ unguento hoc ẽ stactes liquore capilli ungebanẗ cã deliciaꝝ. Ouidiꝰ in ep̃la sapphus. Non arabo noster rore capillus olet. Idest unguento myrrhæ. de quo Pli. noster in. xiii. myrrha & per se unguentũ facit sine oleo. stacte dũtaxat.

Eudemon
Arabia
Discrimen
Discerniculum
Reticulũ
Capital
Dossum dorsum

Arabiæ peculiaria sunt multa odorata & ad unguenta ꝑtinentia: ut thus. Myrrha. mastice. Ladanũ: & alia cõpluscula: ꝑp q̃ fœlix appellaẗ græco uocabulo Eudemon dicta. ¶ Discriminaẗ. distinguiẗ. digeriturqꝫ positura quadã uenustiore. discrimen uocant diuisionẽ capilloꝝ. quo mulieres imprimis utunẗ. de quo Oui. cõpositũ discrimen erit. discrimina lauda. Discerniculũ dicíẗ acus: quæ capillos mulieꝝ ante frontẽ diuidit. atqꝫ discriminat. dictum a discernẽdo: eo. n. discerniẗ capillus: sicut dente pectinis explicaẗ: quẽ argutũ appellat: uel q̃si paruũ & breuitate elegãtẽ: uel quasi sonoꝝ: dũ pectitur coma. ¶ Et pone. A tergo in ceruice: solet. n. post ceruicẽ coma nodari: & nodo quodã in summa parte cõstrigi: ex quo fit ut capillus spissior dẽsiorqꝫ fulgorẽ reddat specularẽ. Virg. de Camilla. Vt fibula crinẽ auro internectat. Idẽ de Didone. Crines nodanẗ in auꝝ. græci κροβυλη appellãt retiolũ illud siue reticulũ qđ comã cõtinet. qđ ut ait M. Varro a rete dictũ. Capital quoqꝫ ueteres dixerũt sosciolã. qua capillum in capite colligarent.

ſpiriſus cumulat uerticem: uel prolyxa ſerie porrectus dorſa permanat. Tanta deniq; eſt capillamenti dignitas, ut quamuis auro, ueſte, gemmis, omniq; cætero mundo exornata mulier incedat, tamen niſi capillum diſtinxerit, ornata non poſſit uideri. ſed in mea Foride, non operoſus, ſed inordinatus ornatus addebat gratiam, Vberes enim crines, leniter emiſſos. & ceruice dependulos. ac deinde per cola diſpoſitos, ſenſimq; ſinuato patagio reſidentes. pauliſper ad finem conglobatos, in ſummum uerticem nodus adſtrinxera. Nec diutius qui tantum cruciatum uoluptatis eximiæ ſuſtinere. Sed pronus in eam qua fine ſummum cacumen capillus aſcendit, melliſſimum illud ſauium impreſſi. Tum illa ceruicem intorſit, & ad me conuerſa limis, & morſicantibus oculis, Heus tu Scholaſtice ait. dulce, & amarum guſtulum carpis. Caue ne nimia mellis dulcedine, diutinam bilis amaritudinem trahas. Quid iſtic inquã eſt, mea feſtiuitas. cum ſim paratus. uel uno baſiolo interim recreatus ſuper iſtum ignem porrectus

¶ SPIriſus. corrigo ſpiſſus: nã denſitas & ſpiſſitudo capillorũ gratiã augent: ſicut raritas eſt de honeſtamẽto. ¶ Dorſa permanat. decurrit explicaturq; ꝑ Homeros. & ſpinã dorſualẽ. Antiqui doſſum dicebãt qđ nũc dorſum: & ita uulgo uſurpať. Inde doſſuaria iumenta a. M. Varrone dicta quæ doſſo uehunt: Dorſualia appellant uelamenta: ſiue operimenta: quibus bouum & equorum dorſa conuelantur. Iulius capitolinus proceſſerunt etiã altrinſecus cẽtem albi boues cornibus auro iugatis: & dorſualibus ſeticis diſcoloribus præfulgentes. ¶ Capillamenti. capilli ſiue capillicii & comæ. ſcribit Pli. ſetarum capillamenta innaſci quibuſdã hominũ. in ueſica. Idẽ auctor eſt tubera nullis fibris nixa. aut ſaltẽ capillamentis gigni. Idẽ nouiſſimo uolumine inter uitia gẽmarũ numerat capillamentũ qđ rimæ ſimile ſit. ¶ Cætero mundo. Ornatu muliebri. mundus. n. ornatus muliebris dř: noĩe a mundicia ducto. ut docet. M. Varro. de quo Vlpianus ſic ſcribit: mũdus muliebris eſt. quo mulier mũdior ſit. Continenť & eo ſpecula. matulæ unguẽta uaſa unguẽtaria. & ſi qua ſimilia dici poſſunt: unguenta uero quibus ualitudinis cã unguimur mundo nõ continenť: Liuius lib. xxxiiii. mundiciæ ornatus & cultus. hæc fœminarũ inſignia ſunt. his gaudẽt & glorianť: hũc mundum muliebrẽ appellauerũt maiores nři: Lucilius mũdum neutro genere appellauit nõ maſculino: ut cæteri. illo uerſu. Legauit qdam uxori mũdũ oẽ pœnũq;. illud adde mundũ quo oĩa cõtinenť a pfecta abſolutaq; elegantia mundũ a noſtris dici: quẽ græci coſmon noĩe ornamenti appellauerũt. ¶ Diſtinxerit. quaſi diſcerniculo digeſſerit & decenti poſitura diſcreuerit. ¶ Non operoſus. capillus interdũ inordinatus incõpoſituſq; in fœmina luculenta gratior eſt & amabilior q̃ operoſus. hoc eſt multa opera concinnatus: ſicut enim pulchra fœmina nuda ẽ. q̃ purpura pulchrior. Ita capillus quoq; paſſus ꝓlyxus circa caput reiectus negligenter: ut ait Teren. in formoſo corpore decentior eſt. q̃ compoſitus diſcriminatuſq;. ¶ Vberes. ſpiſſi nã ut duobꝰ dictũ eſt capillus denſitate fit cõmẽdatior. ſic aũt textus ordinatur. nodus aſtrinxerat uberes crines & p colla diſpoſitos. ¶ Sinuato patagio. patagiũ aurea chlamis eſt: q̃ p̃cioſis ueſtibus imitti ſolet: Inde patagiata fœmina a Plauto in epidico dicta. q̃ patagio induta eſt. & ab eodẽ in aulularia. patagiarii artifices patagii nominati. Neuius pallis patagiis crocatis malacis: In codicibus nonianis ꝓ malacis mẽdoſe ſcriptũ ẽ manicis. malacum aũt appellãt uocabulo græcanico molle & delicatũ. malacum palliũ dixit Plautus in bacchidibus. pro molli & delicato. & mollicino. Verbũ uetus eſt malaciſſare. qđ ſignificat mollire. mitigare manſuefacere. Idẽ ait malaciſſandus es. i. mitigãdus. molliendusq;: ſinuatũ appellat a ſinu ueſtimẽti. q̃ſi flexuoſum & criſpum. feſtus ait patagiũ id dici qđ ad ſummã tunicã aſſui ſolet: q̃ & patagiata dř. Quod & uideť uerius. tanq̃ ſit patagiũ id ornamẽti genus qđ mulieres in ſũma camiſiæ pte circa ceruices aſſuunt Criſpiſſimũ: & ut inqt ſinuatũ. patagus uero morbi genus eſt. ¶ Melliſſimũ illud ſauiũ. Significatur capillo ſe fœtidis ipreſſiſſe baſiũ illud dulciſſimũ. qđ cõdimẽtis ueneris cõditũ: & ut inquit Catullus dulci dulcius Ambroſia eſt. Tria ãt ſunt oſculandi genera. auctore Donato. oſculum: baſiũ: & ſuauiũ: oſcula officiorũ ſunt. baſia pudicorũ affectuũ. ſuauia libidinũ uel amorũ. In ꝓnoĩbus aũt magnũ eſt dicẽdi põdus magnuſq; ex his intellectus naſciť. nã dicẽdo illud ſauiũ: uult intelligi illud dulciſſimũ: illud qđ amator amicæ ardẽter infingit: illud quo Labella labellis feruminanť: illud qđ uenus quinta parte ſui nectaris imbuit. Deniq; illud qđ libidinis eſt ſuſcitabulũ. & ſubantis anteludiũ. ¶ Limis. obliquãtibus. & trãſuerſis. nã limis ut docet Donatus ſignificať trãſuerſus. Vñ limen quoq; diciť in hoſtio. qđ ingredientibus egredientibuſq; trãſuerſum eſt: & limi dñr obliqui generaliter: hoc tñ ꝓprie de oculis dř uenereis. ſ. & Amaſiis Plautus in milite aſpice limis oculis. ſcribit Solinus de leonibus nunq̃ limo uidẽt minimeq; ita ſe uolunt aſpici. Vbi limo ſignificat obliquis oculis & trãſuerſis qđ Plinius apertius dixit & Planius. Cũ ait nec limis intuentur oculis aſpiciq; ſimili mõ nolũt. Limare: uerbũ uetus eſt qđ ſignificat cõiungere ut apud Plautum: nunq̃ cũ illa limaui caput & turpitius in leucadiã Veritus ſum ne amoris cauſa cũ illa limaſſes caput ¶ Morſicantibus. ſignificatiſſimo uocabulo uim uenuſtorũ oculorũ expreſſit: q illices ſunt ueneris & potentiſſimũ amori incitamentũ: quorũ fulgor & amabilis intuitus. quodã quaſi morſu uitalia populať: & morſicatim medullas depaſcť: expertus loquor ſenſi ipſe nec diſſimulabo. ſenſim inquã oculos in panthia & martia morſicantes: quibus nihil uenuſtius. amabilius ſpecioſius nouit uetuſtas: nec noſcet ipa poſteritas. Natura exhauſit cũcta narthecia & oẽs pulchritudinis pyxidiculas in formandis duabus mulieribus: quas Zeuſis uel ſingulas cõtẽtus fuiſſet inſpicere. Qui crotoniatarũ uirgines nudas: ut. M. Tullius uel agrigentinorũ: ut Pli. ſentit inſpicere uoluit. picturus helenæ ſimulachrũ: ut qđ in quaq; laudatiſſimũ eẽt pictura redderet. ¶ Scholaſtice. ſcholaſtici diminutiuũ eſt: ſcholaſticulus qua dictiõe ſignificať: q ſcholæ operã dat & in ſcholaſticis cõtrouerſis exerceť. Plinius ſecundo epiſtolarũ annũ ſexagenimum excedit: & adhuc tantum ſcholaſticus eſt. ¶ Dulce & amarum. ſñia plautina ex ciſtellaria. amor & melle: & felle eſt fecũdiſſimus: guſtu dat dulce amarũ ad ſatietatem uſq; aggerit. ¶ Biblis amaritudinem. per antitheton decentiſſimum ſignificat in amore plus eẽ amatoris: q̃ dulcedinis: ſicut. n. mel dulciſſimũ eſt: ita bilis amariſſima: ex felle ut phyſici tradunt: & memorat Pli. noſter bilis eſt: & magnũ in hac pte uirus: hinc it in mores crimẽ bilis noĩe cũ ſe fundit in animũ de atrabili q̃ græci melancholiam uocant de trinita. uitelima praſina adaſta ſcripſimus in cõmẽtariis. Tuſculanarum quæſtionum & copioſe diſſerant. plato. Galenus. Albertus magnus cæteri. ¶ Super hunc ignem. cum de igne elementali: quo cena a foride coquæbatur loqui ſimpliciter uideatur non infeſtiuiter referri poteſt ad ignem meretricium: iuxta aliud terentianum: accede ad ignem hũc: iam caleſces plus ſatis ibi enim nomine ignis meretrix thais ſignificatur id genus locutionis per acyrologiam fieri autumat Diomedes. a Virgilio quoq; decenter dictum eſt. At mihi ſeſe offert ultro meus ignis aminthas.

Doſſum
dorſum
Doſſuaria
iumenta
Dorſualia
Capillamẽtum
mundus
muliebris
Vnguenta
in mundo
muliebri
Coſmos
patagium
patagiari?
Malacum
pallium
Malaciſſare
patagus
morbus
Oſculum
Baſium
Suauium
Limis
Limo uident
Limare
Morſicantes oculi in pathia & martia
Scholaſticus
Bilis ex felle
Ignis meretrix

Assum so/lũ assa uox
assaturæ
Suauiari

CASSAri.torreri.uiri.excoqui.sicut asse carnes percoquuntur.primo ut auctor:est.M.Varro fuit assa caro secũdo elixa. Tertio iurulenta.dictum assum quod id igni assuedescit:sudando enim assum distillat colorem alii assum dici interprætantur:quasi solum quoniam in obsoniis sine pigmento saporis alieni esse carnes inferebantur:antiqui enim assum solum dixerunt:unde assa uox dicta.Non admixtis aliis musicis concentibus.Laudes maiorum:assa uoce cantabantur:idest ore prolata:& sine mixtura musices:ab asso assaturæ dicte.Flauius uopiscus scribit aurelianum imperatorem conuiuium de assaturis maxime dedisse . cibaria iurulenta hoc est iure condita auctore Corne. Celso magis alunt quam assa : magis assa quam frixa . ¶ Cum dicto. cum hæc dicerem : & loquerer.Locutio Apuleii prope peculiaris:& frequẽs. ¶ Sauiari . basiare osculari : catullus os oculosq; suauiabor.Tria sunt ut proxime diximus exosculandi genera:osculum:scilicet suauium & basium : oscula officiorum sunt basia pudicorum affectuum suauia libidinum & amorum.¶ Congermanescenti.uetusto uerbo congermanescens libido dicta:quæ compar est : & quadam quasi germanitate consimilis: alii a congerminando:id deducere malunt quod non placet : nam congermanescere est coalescere & consociari: unde cõgermanescens libido eleganter pro coalescenti & consociata usurpatur . Quadrigarius facit exempla eorũ ut uos cum illis congermanescere sciatis. ¶ Inhalatu cinnameo:anima & anhelitu odoris suauissimi qualis est cinnami:amator enim amicæ animam anhelitumque suaueolentia quadam fragrantem & odoramentis commixtum esse sensit:& nos olim osculum panthiæ præconio suaueolentiæ extollentes sic lusimus in ydillio.cinnama quod fragrant quod olet cynireia myrrha . ¶ Illisu nectareo:oppido q̃ festiuiter expressit mores amasiorum:qui linguam linguæ interosculandum illidere consueuerunt:quæ suauiatio mellitissima est:& nectaris dulcedine perfusa: necnon maximum quoque ueneris suscitabulum : in hanc sententiam est illud plautinum : fac proserpentem bestiam me duplicem ut habeam linguam . ¶ Adlubescente.

Adlubescere

adlubescere uerbum uetus:quod significat placet aut placere incipit:Plautus in milite hercle uero iam adlubescit primulum palestro : sicut a lubet lubescit ita & ad lubescit dicitur.¶ Pereo inquam uerba deprompta ex intimo amoris promptuario : quibus amantes incomplexus amicorum subinde uti consueuerunt.¶ Propitiaris. placata sis.& propitia.¶ Esto.sis. ¶ Mutua uoluntate : mutuum in amore dicitur . ubi par uoluntas accipitur : & redditur . ¶ Mancipata obnoxia: & quodam quasi mancipi nexu obligata tamque addicta.prima face.horam uespertinam significat qua faces accenduntur. Macrobius in primo saturnalium scribit ꝙ post uesperam prima fax dicitur. Deinde concubia . ¶ Præliabor.prælia scilicet uenereo . de quo Virgilius at non inuenerem segnes nocturnaque bella: & epigrammatista.o quæ prælia quas utrinque pugnas fœlix lectulus & lucerna uidit.sua est amori militia ut marti: sua prælia.sui bellatores: & ut inquit ille . militat omnis amans : & habet sua castra cupido.¶ Obgannitis sermonibus.immurmuratis.magisque clara uoce enunciatis. Gannire enim & obgannire obmurmurare est unde & Gannitio canum quærula murmuratio significatur. ¶ Commodum.tunc tunc: id horæ.eo momento:ut sæpe diximus.¶ Mittit xeniola.morem signat priscorum qui hospitibus munera osculenta missitabant: quæ xenia idest hospitalia appellauerunt:nam ut auctor est Victruuius in sexto cum fuerunt græci delicatores : & a fortuna opulentiores hospitibus aduenientibus instruebant cubicula & triclinia & cum penu cellas.primoque die ad cenam inuitabant:postero mittebant pullos oua olera.poma reliquasque res agrestes: quæ xenia ab hospitibus appellauerunt.ξενὸς enim græce hospes ξενιὸς hospitalis quo cognomento Iupiter colitur:ut meminit dion:de quo intellexit poeta cum ait Iupiter hospitibus nam te dare iura loquũtur : hinc xenia munera dicta hospitalia & ὑποκορισικὸς xeniola : xenia ut inquit ecclesiastes excecant oculos iudicium:iurisconsultus xenis non in totum abstinendum esse præcipit . Martialis celebrat xenia & apophoreta:ubi annotandum:apophoreta non tam dici munera quæ remittuntur ab his : qui xenia accipere:q̃ uasa & id genus alia quæ conuiuis apponebantur:ut secum post conuiuium ea auferrent donoque haberent:hæc enim apophoreta uocabantur:ut auctor est Atheneus:& apud nostros diuus Ambrosi.id plenissime enarrat in libro de cohartatione Virginum:scribens hæc:qui ad conuiuium magnum inuitantur: apophoreta secum referre consueuerunt ad huncintellectum referri debet illud Suetonii ex caligula:agitatori citico comessatione quadam in apophoretis uicies sestertium contulit:scio me aliter tradidisse in commentariis:sed cum liceat quotidie meliora inuenire præteritis : & posteriores cogitationes prioribus sint sapientiores uoluit obiter retractare : id quod in Tranquilli commentariis poteram uideri dormitans conniuentibusque oculis inspexisse:uerum id a me aliubi quoque fiet quotienscunque repastinandi reformandique editos iam commentariis in meliorem sententiam dabitur occasio : homines enim sumus : nec ullus inuentus est ἀναμάρτητος hoc est impecabilis.Hippocrates errores suos ingenue confessus est.Augustinus libro retractionum maculas priorum uoluminum repurgauit.& Marcus Tulliusinon dubitauit aliquot iam editos libros aliis postea scriptis ipse dãnare:sed ad ꝓpositum:idẽ Ambrosius apophoreta accipere uf ꝓ muneribus cum de uitali & agricola martyribus scribens ait hæc:apophoreta quidẽ plena sanctitate & gratia mecũ detuli:qđ tamen p translationẽ de uasis dictũ uideri põt.¶ In ætate p̃ciosi.uina generosa uetustate censent.phalerni ætas media a quintodecimo anno incipitur docet Pli.in.xxiii.solomõ in ecclesiastico.Vinũ nouũ inueterascet:& cũ suauitate bibes illud:& Plautus quoq; in casina inquit. qui utuntur uino uetere sapiẽtes puto:idem in penulo:uinum edentulum eleganter appellat:quod uetustũ intelligi uult: & ob id preciosum sicut senes ob uetustatem seniumq; edentuli fiunt hoc est sine dentibus.

Prima fax
Prælia ueneris
Gannire
Gannitio
Xenia
Xenios
Iupiter
Xeniola
Apophoreta
Retractationes ingenuæ
Vinum uetus preciosus
Vinũ edentulum

¶IPSI probe spectatus. Principis est uirtus maxima nosse suos. ut inquit epigramatarius poeta. & profecto decet bonum principem spectatos exploratosq; habere mores aulicorum: ne Lupi sub habitu ouium delitescentes obrepant. ¶ Insimulatum. Culpatum: accusatumq;. Plautus: sic me insimulare falsum facinus tam malum. ¶ Astu. In aula principum frequens est hic morbus. ut boni insimulentur: conculcenturq; calumniis susurronum: quibus principes aures nimis patulas praebent. ubi enim calumniator & detractor in aurem facilem instillauit exiguum de naturae ueneno & morum limine principali uiri boni summouentur & extorres a patria eliminantur amandantur. Amianus marcellinus taxat constantium Imperatorem: apud cuius aures nimium patulas uirulentae linguae existimationem uiri fortis inuidia graui pulsarent: habeat itaq; princeps in memoria & in pectore ictum illud Domitiani: delatores qui non castigat irritat: custodiat quoq; illud intra mentis penetralia: quod Alexander Magnus facere solebat: qui in iure dicundo accusatore dicente. alteram manu aurem occludebat eamq; reo illibatam conseruabat. ¶ Plotina. Alludere uidetur ad plotinam augustam traiani caesaris coniugem foeminam sanctitate: probitate & omnibus quae in muliebrem sexum cadunt uirtutibus celebratam: cuius fauore hadrianus in interiorem traiani familiaritatem receptus est. eadem olim traianum corripuit q calumniis suorum procuratorum prouincias diuexari permitteret.

ipsi etiam probe spectatus. Hunc insimulatum quorundam astu proiecit extorrem saeuiens inuidia. sed uxor eius plotina quaedam. rarae fidei atq; singularis pudicitiae foemina. quae decimo partus stipendio, uiri familiam fundauerat, sumptis atq; conteptis urbicae luxuriae deliciis, fugientis comes: & infortunii socia, tonso cappillo in masculinam faciem reformato habitu praeciosissimis monilium, & auro monetali zonis refertis

¶ Rarae fidei. Versus graecus prouerbialis signat nullam esse in foemina fidem. ἐν γὰρ γυναιξὶ πίστιν οὐκ ἔνεστι δεῖν. i. In foeminis fidem cauere non licet. praeceptum est Aesopi fabulatoris. τῇ γυναικὶ μὴ δ᾽ ἐπιτρέπειν τοὺς σοὺς ἀπορρήτους. i. foeminae nunq arcana credideris. κοῦφον γὰρ τὸ τῶν γυναικῶν ἐστι φίλον infidum enim est genus foeminarum: uetus prouerbium est: nec mulieri: nec gremio credi oportere. propterea q mulier incerti & leuis animi est. & plerunq; in gremio posita: cum in obliuionem uenerunt exurgentium procidunt. Magna ergo est foeminae laus. quae a fide & pudicitia commendatur. cum pleraeq; omnes infidae sint & impudicitiae infamia pulsentur: doctissimi uiri uox est. pudicitiam imprimis esse foeminae retinendam qua amissa omnis uirtus ruit. In hac muliebrium uirtutum principatus est pudicitia. pauperem commendat. diuitem extollit. deformem redimit. exornat pulchram. bene meretur de maioribus quoq; sanguinem furtiua sobole non uitiat: bonum de liberis quibus nec de matre erubescendum nec de patre dubitandum est: bene imprimis de se quam a contumelia externi corporis uindicat. auctor diuus Hieronymus lib. i. contra Iouinianum. Thucydides optimam esse censet mulierem. de qua minimus apud extrarios sermo habeatur existimans probae mulieris nomen perinde ac corpus intra domesticos parietes contineri oportere. contra gorgias leontinus censet mulieris non solum formam. sed egregium quoq; nomen & formam debere apud plurimos esse uulgatam. quod & Plutar. probat. in lib. de uirtutibus mulierum. ¶ Decimo partus stipendio. Notat plotinam decies pepisse. Pli. memorat Corneliam gracchorum matrem duodecies. Agrippinam germanici nouies pepisse. celebratur & eutiche foemina q enixa sit triginta partus & mortua a uiginti liberis rogo illata. stipendium autem partus dixit ex translatione militari. milites. n. stipendiosi (sic enim appellantur q multa stipendia fecerunt) solent ex numero stipendiorum mereri praerogatiuas ueteranorum & priuilegia. & ut in codice imperatorio scriptum annotauimus. uiginti stipendia militem faciunt ueteranum & uacationem militiae praestant. Vxorem ducendam Plato praecipit gratia liberorum: sufficientem autem filiorum numerum esse duos marem. s. & foeminam. in. xi. de legibus. ¶ Viri familiam fundauerat. Platonica lex filios duos satis esse praescribit ad familiam fundandam. quanto igitur fultura maiori domus illa fundatur. in qua quinques numerus filiorum Platonicus multiplicatur. iurisconsulti excusationem dant parentibus numero filiorum quinq; subnixis. ¶ Extorrem. Exulem: extra terram & genitale solum eiectum eliminatumq;. sicut enim exul extra solum. sic extorris extra terram nominatur. Au. Gel exul extorrisq; esto. Vir. finibus extorris. exponit Seruius: extra suas terras remotus. ¶ Sumptis. Corrigo spretis. sequitur enim atque conteptis. ¶ Vrbicae luxuriae. M. Tullius in oratione pro roscio amerino: in urbe inquit luxuries creatur. ex luxuria existat auaritia necesse est. ex auaritia erumpat audacia. ab urbe urbicus. urbanus. urbanicianus deriuatur. urbanicianos autem milites dici inuenio apud auctores non tam eos qui urbani essent & Romani: q qui ad urbem. ab urbe quoq; urbicarius dictus. Vnde urbicaria procuratio a iurisconsultis titulo de minoribus usurpatur: quam urbanam intelligi uolunt. ¶ Fugientis comes. Magna foeminae laus. q fugientem maritum & extorrem comitata sit. namq; maritorum calamitates materiam praebent uxoribus nominis aeterni comparandi. nec enim alcestis. nec penelope ut inquit Aristoteles in secundo oeconomico tantam sibi gloriam comparassent. si cum fortunatis uiris uixissent. Verum admeti & ulyxis infortunia parauerunt illis memoriam sempiternam. celebrant historici hypsicrateam mithridatis regis uxorem. uel ut quidam tradunt pellicem: q persico habitu induta. & in habitum uirilem reformata tonsis capillis uictum a. Gn. Pompeio Mithridatem per efferatas gentes fugientem animo pariter & corpore infatigabili secuta est. cuius tanta fides. maximum fuit solacium & iucundissimum lenimentum marito erumnarum aggeribus presso. qui eam ob uirilitatem: & audentiam masculino nomine hypsicratem appellabat hypsicrateam: imitata Plotina haec est. quae tonso capillo uirum mentita coniugem comitata est in exilium euntem. impauida imperterrita & quaedam quasi uirago tollerans erumnas acerbas. Versus graecus est παροιμιώδης. idest prouerbialis γυνὴ δ᾽ ἐστὶ χρηστὴ ἡ δ᾽ ἀλλ᾽ ἐστὶ οἰκίας. uxor bona domus est fundamentum. foelices nimirum uiri illi sunt quibus uxores tales contigerunt. quod ad me attinet nulli marito inuideo uxoriam beatitatem: habeo. n. uxorem ex animi mei sententia. ¶ Auro monetali. Periphrasticos & per circumlocutionem significat nummos aureos. qui & aureoli nuncupantur: consimilis est illa apud Satyrographum circumscriptio pecuniae: concisum argentum in titulos faciesq; minutas: aurum autem monetale dictum ab eo q cuditur in monetam & figuratur uariis formis: tradunt iurisconsulti Triumuiros monetales constitutos esse: q praeessent monetae cudendae: monetarios appellant signatores cussoresq; monetae. Firmicus Maternus habentes inquit horoscopum sub cygno erunt monetarii. ¶ Zonis refertis. in libro Annotationum latissime explicauimus morem priscorum fuisse: ut zonas nummis refertas haberent: unde apud Tranquil. legimus uitelium zona se aureorum plena cinxisse. & Caius Gracchus orator zonas inquit. quas plenas argenti extuli: eas ex prouincia inanes retuli. Spartianus quoq; auctor est pescenium nigrum Imperatorem Romanum iussisse ne milites in zonis nummos aureos uel argenteos portarent ad bellum. Quinetiam lampridius Alexandrum Romanum dicere solitum refert. miles non timet nisi uestitus & satur & habens aliquid in zonulla. in hanc sententiam est illud Oratianum. Ibit eo quo uis qui zonam perdidit inquit. Vbi exponit Porphirio milites uiaticum in zona portare solitos. consimiliter Plutarchus in Demetrio memorat sosigenem aureos nummos habuisse in cingulo militari pro uiatico. hanc zonam aureo monetali refertam signat Iuuenalis illo uersu Obrutus & zonam leua morsuq; tenebit: in quo commentatores per incuriam hallucinantur. nihil suspicantes subesse doctrinae remotioris. Euangelica lex praecipit. ne aes hoc est pecuniam ex zonis habeamus.

¶Incincta

Insimulatus
Susurrones in aula
Scitum domitiani auris reo altera seruanda
plotina traiani
In foemina fides rara
Nec mulieri nec gremio credendum
In pudicitia principatus uirtutum mulebrium
Nomen foeminae celebre esse debet
Stipendiosi
Viginti stipendia faciunt emeritum
Duo filii satis
Extorris
Exul
In urbe luxuries
Ex luxuria auaritia
Vrbanicianі milites
urbicarius
Claritas uxoris ex calamitate mariti
Alcestis
Penolope
Hypsicratea
Aureoli aurum monetale
Triumuiri monetales
Monetarii
In zonis nummi
Viaticum in zona
Locus iuuenalis

incincta, intra ipsas custodiētiū militū man⁹ & gladios nudos intepida cūctorꝝ ꝑiculorꝝ particeps, & ꝓ mariti salute, ꝓuigilē cura sustinēs, erūnas assiduas igēio masculo sustiebat. Iāq; plurimis itieris difficultatib⁹, marisq; terrorib⁹ exāclatis, zacynthū petebat quā sors ei fatalis decreuerat tēporariā sedē. Sed cū primū litt⁹ actiacū, quo tūc macedonia delapsi grassabamus, appulisset nocte promota tabernulā quādā littori nauiq; ꝓximā, uitatis maris fluctib⁹ incubabat, inuadimus & diripimus oīa, nec tñ periculo leui, tēptati discessim⁹. Simľ nāq; primū sonū ianuæ matrona percepit, ꝓcurrēs in cubiculū clamoribus ingētis cūcta miscuit. milites suosq; famulos noiatim, sed & oēm uiciniā suppetiatū cōuocās. nisi quod pauore cūctorꝝ quē sibi quisq; metuētes dilitescebāt, effectū est ut impune discederemus. Sed ꝓtinus sāctissima (uera enim dicēda sūt) & unicæ fidei fœmina bonis artib⁹ gratiosa, precibus ad cæsaris numen porrectis, & marito reditū celerē, & aggressuræ plenam uindictā impetrauit. Deniq; uoluit esse Cæsar. Hemi

Incincta. Sicut inaudire: inobscurare accipiunť ꝓ simplici uerbo apud eruditos: sic & incingere dicius ꝓ cingere. incincta ꝓ cincta. M. T. in nona philippica nulla eius legatiōis posteritatē inobscurabit obliuio. Apu. alibi incōcupiscēdā amicitiā dixit ꝓ cōcupiscēdā. & id genus sexcētalia apud auctores idoneos inuenire ē. Pli. xxx. uipera inassata iecineꝝ dolorib⁹ medeť: idē inalpinos ppľos dicit: quos uulgo alpinos uocāt. ¶ Ingenio masculo. Virili. s. & iperterrito neq; erunis succūbenti. ¶ Exanclatis. Exupatis exhaustisq;. ¶ Zacynthū petebat: añ etholiā zacynthus isula ē libera ꝓpe cephalleniā: ithacā: & dulichiū: q̄ oēs isulæ sub ulyxis ditiōe fuisse memorāť. Pli. in. iiii. zacynthū fertilitate ꝓcipuā fuisse cū oppidū magnifico tradit. q̄ aliq̄ñ appellata hyrie sit. Home. in Catalogo οιτεξαΚυνθονεΧον. In isulas āt relegari deportariq; solitos dānatos: testis est antiquitas: q̄ pœna ob hoc isularis dicta. Marcellinus. nec strepēte ullo nec obsistēte insulari pœna mulctati sunt. Cor. Tacitus. plenū exiliis mare decēter dixit pp insulas. in quas deportabanť relegabātur q;. Apud iuriscōsultos iter pœnas. est isulæ deportatio. q̄ pœna ut inqt Vlpia. adimit ciuitatē. Relegatorꝝ duo genera sunt: sunt qdā q in insulā releganť: & sunt quibus simpľr ꝓuinciis interdiciť. in insulā relegare prę sides ꝓuinciæ pñt. ¶ Tēporariā sedē. Quidā releganť in ꝑpetuū. qdā ad tps: ut docet Vlpia. titulo de interdictis: hic tēporaria relegatione & exilio sigñat ꝓcurato rē pricipis eē mulctatū. Pli. theatrū. M. Scauri tēporariū appellat: qđ ad tps extructū fuit: cu⁹ sedes ꝑpetuo māsura nō erat: tēporariæ amicitiæ dñr uulgares ab eruditis q̄ nō sunt ꝑpetuæ: sed ad tps: quādiu. s. fortuna est scda. De qbus Seneca hæc refert. hæ amicitiæ sunt: q̄s tēporarias ppľus appellat. Qui cā utilitatis assumptus est tādiu placebit: q̄diu utilis fuerit. Florentes amicorꝝ turba circūsidet: circa euersos ingēs solitudo est. Tēporaria græcorꝝ ingenia scitissime appellat Qu. Curtius quasi tēpori seruiētia: & fortunæ obsecūdātia. Tēporius aduerbiū qđ sigñat maturius ac tēpestiuus: cuius contrariū est Serius. Columella in nono añ crepusculū gallinæ inqt cibus spe tēporius ad officinā redeāt. Ouidius mō surgis æoo Tēporius cœlo: mō serius incidis undis. ¶ Littus actiacum. Actium epiri ꝓmontorium: & oppidum est cum templo Apollinis nobili: unde actiacum littus dictum. locus est inclytus testimonio eruditorum: & Augusti Cæsaris uictoria: ubi nauali prælio Marcum Antonium Cleopatramq; deuicit: & ut actiacæ uictoriæ memoria celebratior: & imposterum esset: urbem nicopolim apud actium condidit. idest uictoriæ ciuitatem: ludosq; illic quinquenales instituit: qui instar sunt olympiorum: & actia cognominantur: quorum meminerunt Strabo Tranquillus: cæteri. ad quos alludens poeta scripsit in tertio æneidos. Actiaq; iliacis celebramus littora ludis. ¶ Appulisset: Appellere uerbum est nauticum: & proprie dicitur cum ex pelago aut freto: quis ad littus accessit. Virgilius. hinc me digressum uestris deus appulit oris: appellere quoq; dicuntur pecora ad aquam accedētia. Vnde & appulsus usurpatur a iurisconsultis pro ipso iure appellendi ipsaq; appulsione. ¶ Nocte promota. Altiore: denotat noctem uel intempestam: uel concubiam. Nam id horæ nox maxime promota est. ¶ Naui. Qua aduectus erat cum plotina maritus extorris. ¶ Incubabat. Cubando obtinebat habitabatq;: alias incubare dicuntur hi qui in templis deorum dormiunt ad accipienda responsa: ut illud Plautinum ex curgulione: incubare te satius fuerat Ioui. Item siquidem incubare uelint qui periurauerint locus non præberi potis est in capitolio: ex eodem intellectu est illud Maronianum: pellibus incubuit stratis somnosq; petiuit. De incubatu auium & q gallinæ incubant oua notius est q̄ ut debeat enarrari: incubinam pro concubinam dixit antiquitas. ¶ Matrōa. plotina. ¶ In cubiculum. Dormitorium significat: de quo Plinius in trigesimo scribit lacertam uiridem in olla ante cubiculum dormitorii eius: cui medetur: lieni remedium facere. ¶ Suppetiatum. Auxiliatum: & ad suppetias ferendas: super quo uerbo in superioribus satis multa. ¶ Sanctissima. Virgilius. Tuque o sanctissima coniunx fœlix morte tua: sanctum dicimus inuiolabile: & quod (ut refert Martianus iurisconsultus) ab iniuria hominum defensum atq; munitum est. Sanctum autem dictum est a sagminibus: sagmina uero sunt herbæ: quas legati Populi Romani ferre solent: ne quis eos uiolaret: sicut legati græcorum ferunt ea quæ uocantur cerycia: dictio mendosa est libro primo digestorum titulo de rerum diuisione: nam ubi cerycia scribendum fuit passim scriptum est cencia: græce enim κηρυξ uocatur præco & caduceator: quod nomen legati est ut alibi docuimus: & κηρυκια cerycia insignia: quæ gestant caduceatores: ut ita legati esse noscantur: ut inuiolabiles & sancti sint mortalibus. In commentariis Suetonii non parum multa tradidimus declarantes illud Senecæ. Non uis nisi ceryx aut prytanis: aut suffes administrare rempublicam. Hieronymus sanctos dici autumat fidelium filios. Idioma sacrarum scripturarꝝ sanctos interdum pro mundis atq; purificatis nominat: sacrosanctum uero id dicitur: quod iureiurando interposito est institutum: siquis id uiolasset ut morte pœnas penderet. Sanctuarium nuncupatur templum ipsum: ut idem Hieronymus docet. Plinius dixit in sanctuariis mithridatis inuentam esse a Pompeio antidoti compositionem: ubi sanctuaria accipi uidentur pro archanis sanctioribus: & quæ græci uocant απορρητα. ¶ Bonis artibus gratiosa. Pleræque fœminæ malis artibus & impudicitia gratiosæ fiunt & fauorabiles apud principes: hanc uero signat Apuleius bonis artibus: atque sanctitate matronali iniisse gratiam a Cæsare: impetrasseque ab illo reditum coniugis ab exilio. Meretricum est malis artibus gratiam aucupari. Matronarum est bonis artibus colligere fauorem & gratia pollere apud summates. Matres familias non tam natalium claritudo commendat: q̄ bonitas: & sanctitudo. Namq; ut docet Vlpianus matrem familias: neq; nuptiæ neq; natales faciunt: sed boni mores. ¶ Aggressuræ. Sicut grassatura: pro grassatione: sic & aggressura pro aggressione dicitur: significat autem Plotinam impetrasse a Cæsare: ut ulcisceretur latrones pro aggressura: qua maritum aggressi inuaserant: despoliauerantq;.

Inobscurabit
inalpini
zacynthus
Insularis pœna
insulæ deportatio
Tēporariū
amicitiæ tēporariæ
Tēporaria ingenia
tēporius
Actium
Nicopolis
Appellere
Appulsus
Incubare
Incubina
Sanctum
Sagmina
Cerycia
Ceryx
Sancti
Sacrosanctum
Sanctuarium
boni mores faciunt matrem familias
Aggressura

latronis collegiū,& cōfestim interiit, tantum potest nutus etiam magni principis,tota deniq; factione militariū u exillationū indagatu confecta, atq; concisa, ipse me furatus ægre solus mediis orci faucibus ad hunc euasi modū. Sūpta ueste muliebri florida in sinus floccidos abundāte,mitellaq; textili cōtecto capite calceis fœmininis,albis illis & tenuibus idutus & insequiorē sexū incertus atq; absconditus, asello spicas ordeaceas gerenti residens,per medias acies infesti militis transabii,unā mulierē putantes asinariā cōcedebāt liberos abitus, quippe cū mihi ētūc depiles genæ,læui pueritia splēdicarēt, nec ab illa tñ paterna gloria uel mea uirtute desciui,q̄q̄ semitrepidus iuxta mucrones martios cōstitutus,sed hitus alieni fallatia tectus:uillas seu castella solus aggrediens,

¶LAtronis collegium.Collegia siqua fuerunt illicita mandatis principalibus & cōstitutionibus:& senatus consultis dissoluuntur:auctor Martianus iurisconsultus titulo de collegiis illicitis:ubi scribit collegiū fieri nō posses nisi ex senatus consulti auctoritate uel Cæsaris.Augustus ut refert Trāquillus collegia præter antiqua & legitima dissoluit.Quod uero magis ilicitū collegiū sit:quā latrocinale nō dispicio.cū factiones latronū ubiq; locoꝝ dissoluēdæ sint:ac exterminādæ:& si fieri pōt ad internectionē redigēdæ:& ut auctor est Vlpianus congruit bono,& graui præsidi curare ut pacata prouincia sit quā regit:ut latrōes furesq; cōquirat:& in eos animaduertat,receptatoresq; eoꝝ coherceat:sine q̄bus diutius latro eē nō pōt.¶ Interibit. Lego interiit: significat.n.cōfestim interiisse & extinctum esse collegiū latronū: ubi id iussit Cæsar:nā de principe illud psalmographi dici pōt: ipse dixit & facta sunt:& ut scriptū legimus i libro Esdræ. si rex dixerit exterminate extermināt:plantate plantāt &oēs uirtutes eū obaudiunt.¶ Nutus magni pricipis. Notissimus est ille uersiculus.An nescis lōgas regibus esse manus:& ut inquit Herodotus in urania regis uires supra hoiem sunt & manus prælōga:idē pollet potestq; in terris rex.quod i cœlo iuppiter. cuius nutus ꝑ lege obseruat.Veteres inter nutare,& annuere & nictare hoc interesse uoluerunt:ut nutare capitis dicatur:annuere narium uel labroꝝ:nictere oculoꝝ:quā differētiam signare uidet Plautus sic scribēs in Asinaria:neq; illa ulli homini nutet nictet annuat.¶ Militariū uexillationum. Tradunt uegetius & Modestus uexillationes dici alas equitū a uelo : quia.s.uelis uterent:uerba ut docet.M.T.in orone sæpe contrahunt:ut ex uexillo uelum cōtractū est:e maxillis mala:ex pauxillo paulū.Liuius refert ordines militares tribus ex uexillis cōstare:uexillū aūt centū octogita tres hoies erāt: primū uexillū triarios ducebat : secundū rorarios: tertiū accēsos.sunt autem rorarii.ut uerbum apud historicos frequens intelligas milites qui preciū añ cōmitebant iaculis quasi roratione quadā prçludentes.Vnde & a rore dicti sunt:nā ante rorat q̄ pluit. ¶ Indagatu.Inuestigatu & inquisitiōe.¶ Cōfecta.Cōtrucidata:extincta:cōficere.n.interdū est occidere: & exanimare:inde cōfectores bestiaꝝ dicti pro interfectores.M.T.gladiatorē cōfectū & sauciū catilinā appellat : trāslatione oppido q̄ decenti & uerbis gladiatori cōgruētibus.¶ Mediis orci faucibus.Ille dr̄ euadere ex faucibus orci.i.Plutōis qui præter spem euadit subduciturq; a morte ipendēte:sic Cicero ex flāma atq; ferro ac pene ex faucibus fati ereptā urbē & uobis cōseruatam ac restitutam uidetis:orci aūt fauces dixit ex Virgiliana imitatione:uestibulum ante ipsum primisq; in faucibus orci . ¶ Floccidos . A floccis qui eminent in panno dicti.Sinus floccidi.Corne.Celsus inter signa ægroti mortifera esse dicit si floccos colligit. & de floccis in hoc significatu crebra mentio apud Plinium & cæteros . Quidā corrigūt flaccidos quasi languentes:& fluxas:atq; laxas uestes intelligi uoluerit:flaccere enim est languere:inde in apologia scriptū est:oratio rebus flaccet strepitu uiget:inde & cognomina flaccoꝝ quoꝝ scilicet aures essent flaccidæ . ¶ Abundante. Quid si legas undante:dicimus enim eleganter uestes undantes:quæ instar undarum fluctuant:& undantur:alia nimiꝝ intelligitur uestis illa quam cymatilem ab undis:& fluctibus dicunt:quæ cymata nominantur:cuius meminit Plautus in epidico. Namq; symatilis uestis ex eo nomen accepit quod fluctuum similis sit & textura ipsa fluctus & undas imitetur: qualia hodieq; uestimenta symbalota uulgo nominitant:de hac cymatili ueste Ouidium intellexisse arbitror cum ait:hæc undas imitatur nomen quoq; traxit ab undis:quidam intellectum carminis Ouidiani ad ceruleum uestimentum referunt:qui color est undarum.¶ Mitela.A mitra quod muliebre tegumētum est:per diminutionem mitela deducitur: de qua Virgilius in ludicro poematio:copasyrisa caput graia redimita mitela. Sicut pilea uirorum sunt auctore Seruio ita mitræ fœminarum quas calanticas dicunt.hinc Virg.huiuscemodi ornatum in uiris quasi fœmineum ac probrosum criminatur cum ait & tunicæ manicas & habent redimicula mitræ:Arabes mitrati degunt:ut tradit Plinius.¶ Insequiorem sexum.Idest muliebrem.qui sequior est & alius a uirili.¶ Incertus.Qui ignorabar delitescens sub habitu cultuq; fœmineo:purior lectio est insertus:nam qui induit uestimenta muliebria.quasi inseritur:& transfiguratur in alterum sexum.Lex iudaica ut in deuteronomio scriptum legimus præcipit ne mulier induatur ueste uirili nec uir utatur ueste fœminea. ꝓbrosum enim id est nisi quis ea causa indueret qua euclides factitauit: qui ut scriptores annotauere sub noctem priusquam aduesperasceret tunica longa muliebri indutus & palio uersicolore amictus ad socratem e domo sua clam contra decretum atheniensiū commeabat:ut sermonum doctrinæq; socraticæ fieret uel tantillo tempusculo particeps:rursusq; sub lucem milia passuū paulo amplius uiginti eadem ueste illa intectus domum redibat. Sensus est indutus cultu uestituq; fœmineo : & ita hoc astu ignotus euasi:legimus apud historicos uolusium a triumuiris proscriptum.assumpto habitu sacerdotali per itinera uiasq; publicas stipem emendicantem:hac fallacia salutem quesiuisse. ¶ Par medias.Lego per medias acies.¶ Infesti militis.Infestorum infensorumq; militum numerus singularis pro plurali:q̄ locutio apud scriptores ois frequēs:& ꝓ æque decora est Liui.Romanus bello uictor in usu quoq; iuris frequenter ut nos caselius ait singulari appellatione cū plura generis & eiusdē significare uelimus:nā multū hoiem uenisse Romā piscē uilē eē dicimus.itē noie hęredis plures hęredes continentur.¶ Liberos aditus.Liberum accessum:potes legere abitus:ut sit sensus liberam abitionem hoc ē discessum sibi concessam fuisse a militibus opinantibus illum ex habitu fœminam esse. Virgi Amphitrioniades armenta abitumq; pararet. ¶ Depiles genæ.Genas depiles dicius leuigatas & sine pilis quales sunt hi quos inuestes uocāt. Talis añ uultus facile fœminā mentit quē Ora.decēter ambiguū appellat.¶ Læui.Prima lōga tracti legēdū & scribēdū est ut læuor ꝓ tersitudine & læuatus pro expolito.læuis optimo epitheto dr̄ puer & pueritia.q̄.s.nullo barbitio nullis pilis hirsuta est. Mar.læuior o chonchis galle citheriacis. Vir.læuis ocreas dixit.pro expolitas & læuigatas.¶ Desciui.Degeneraui:populi desciscere dñr q fidē fallūt & deficiūt ab eo quē colebāt:dicit se nō degenerasse a gloria patris:cū plerūq; teste mālio: degenerent nati patribus natisq; parentes.¶ Habitus alieni:uestimenti muliebris quo fallebat oculos mortaliū & nullo ꝑpiā suspicante impune grassabatur dum mulier esse creditur.Aggredientes.Quasi aggressoris quibusdam & grassationibus inuadēs.

Collegia illicita latronum
Manus regis ꝓlonga
Nutare
Nictare
Vexillationes
Vexillum
Rorarii
Cōfectores
Confectus
Fauces orci
Flocci
Flaccet
Flacci
Vndantes uestes
Cymatilis
Symbalota
Mitela
Mitra
Mitrati arabes
Ne uir induatur ueste muliebri
Exemplū euclidis
Salus ex uestis mutatione
Multus homo
Abitus
Depiles genæ
Læuor
Læuatus
Læuis

CVIAticulum

¶ VIAticulũ corrasi:græci ephodion dñt qđ nři uiaticũ & ꝑ diminutionẽ uiaticulũ:uerbũ plautinũ & uetus ẽ uiaticari qđ
sigñat uiaticũ parare iurisc͡osulti titulo de iudiciis futuꝝ sit ut ĩpune fraudẽ patiaŕ & egestate romæ laboret uiaticulo suo
nõ recepto:qđ ad sumptus př ei destiauerit. ¶ Corrasi. Cõfeci:corripui:& q̃si radẽdo abstuli:sic & illud Terẽtianũ abradi
põt exponit Donatus ꝑ ui auferri:iuriscõsultus titulo de bõis dãnatoꝝ plerũq̃ corrasas pecũias p̃sides ad fiscũ trãsmise-
rũt. ¶ Diloricatis. Discissis dissutisq̃. Egesippus ĩ quarto q̃cũq̃ repiebãt diloricabãt. ¶ Istã:sportulã. Qui coeũt collegiũ & ĩ
sodaliciis societatẽ cooptanŕ solẽt cõferre pecuniã ex cõstituto qđ Martianus notat q ait demittit tenuioribus stipẽ men-

uiaticulũ mihi corrasi. Et diloricatis statim pãnulis in mediũ ꝓfudit duo milia aureoꝝ, & en iqt istã sportulã imo uero dotẽ uřo collegio libẽs, meq̃ uobis ducẽ fidissimũ. Si tñ nõ recusatis offero breuis tpis spatio, lapideã istã domũ uřam factur⁹ aureã, nec mora nec cũtatio, sed calculis oĩb⁹ ducatũ latrões unanimes ei deferũt, uestẽq̃ lautiusculã ꝓferunt sumeret abiecto cẽtuculo diuite, sic reformat⁹ singulos exosculat⁹ & in sũmo puluinari locat⁹, cœna & poculis magnis inauguraŕ. Tũc sermonib⁹ mutuis de uirginis fuga, deq̃ mea uectura, & utiq̃ destinata mõstruosa morte cognoscit, & ubi ĩ locoꝝ eẽt illa ꝑcõtatus, deductusq̃ uisa ea ut erat uinculis onusta, cõtorta & uituperãti nare dicessit, & nõ sum qdem tam brutus, uel certe temerarius inquit, ut scitum uestrum inhibeam, sed malæ conscientiæ reatũ intra me sustinebo, si quod bonũ mihi uŕ dissimulauero, sed prius fiduciã uestri cã sollicito mihi tribuite, cũ p̃sertim uobis si sñia hæc mea displicuerit, liceat rursus ad asinum redire. Nã ego arbitror latrones, quiq̃ eoꝝ recte sapiunt, nihil

struã cõferre:& si qs in duobus collegiis fuerit eligere
eũ oportet ex rescripto pricipali in quo magis eẽ uelit
acceptuꝝ ex eo collegio a quo recedit id q̃ ei cõpetit
ex rõne q̃ comis fuerit id nũc noĩe sportulæ & dotis si
gnificaŕ:nã sicut uxor tradita dote recipiŕ a marito in
cõtuberniũ cõe sitq̃ pticeps rei maritalis, ita latro pecu
niã q̃si dotẽ cõfert in collegiũ latronũ. tanq̃ uadẽ & p̃dã
cõmilitii. Sportula ãt qđ nemo nõ nouit:nomẽ est ero
gationis. Sportulãtes Cyprian⁹ elegãter appellat spor
tulis accipiẽdis operãtes. Sportulã in nuptiali quoq̃ fe-
stiuitate dari solitã testis ẽ Apu. q in apologia ait ne ci-
ues denuo ad sportulas cõuolarẽt. De sportula q̃ cliẽti-
bus & affectatoribus dabaŕ:de qua frequẽs mẽtio:apđ
Iuuenalẽ:Martialẽ:cæteros copiosissime scripsimus in
Suetonii cõmẽtariis. ¶ Facturus aureã. Hypbole siue
suplatio est cõgruẽs ꝑsonæ latronis magnifici & iactã-
ticuli q plenus gloriaꝝ & gladiatoriæ firmitatis cõsci⁹
insolẽter polliceŕ se domũ latronũ q̃ lapidea erat & la-
tericia facturꝝ aureã:cõgestis. s. coaceruatisq̃ auri & di
uitiaꝝ gazis ex latrociatu & grassatura. ¶ Calculis om
nibus. Cũctoꝝ cõsensu & suffragiis dux latronũ desi-
gnaŕ. Calculos ãt ꝑ suffragiis dici supra scriptũ ẽ & Pli. ĩ
epl̃is iqt si mõ tu fortasse errori nřo albũ calculũ adie-
ceris. ¶ Ducatũ. Præfecturã latrocinalẽ: ĩter uocabula
ancipitia: & q̃ utroq̃ uersu dici pñt ducat⁹ quoq̃ est q
nõ solũ ꝑ bono pricipatu primatuq̃ sed ẽt ꝑ malo acci
piŕ. sic hoc ĩ loco ducatus latronũ in deteriorẽ ptẽ usur
paŕ:honorẽ quoq̃ ita ueteres dixerũt. ut ẽt mal⁹ honos
sigñareŕ. Metellus numidicus tãto iqt ille uobis q̃ mihi
peiorẽ honorẽ habuit qđ sigñat maiore uos affecit iniuria:& cõtumelia quã me. Ducatus millitares ꝑ p̃fecturis usurpãt
frequẽtissime scriptores idonei. Si mars solẽ ĩ horoscopo cõstitutũ aspexerit auctore Materno ducatus impia ptãtesq̃ de-
cernit. ¶ Lautiusculã. Splẽdidiorẽ & q̃ duci latronũ cõueniret. ¶ Centuculo. Vestimẽto pãnoso:sup cuius uerbi significatu
multiplici affatim scripsimus in. i. cõmẽtario. ¶ Diuite. Repugnãtia sunt centiculus & diues cũ cẽtuculus ꝓprie ĩpãnosoꝝ
sit & sordiduloꝝ. Sed nũc ex cã scitissime diuitẽ centuculũ cognominat:quasi diuitiis fartũ:ex quo. s. diloricatis pãnulis ꝓ-
funderat duo milia aureoꝝ. ¶ In sũmo puluinari. Plautus summi subselli uirũ decenter appellat eũ qui in summo hoc est
honoratiore loco honoris causa discũbit sicut ecõtrario imi subselli & imi lecti uir accipiŕ pro despectissimo uilissimoq̃:
legimus tñ apud Priscos mediũ in mẽsa locũ honoratiorẽ extitisse qđ & xenophon tradit ĩ pedia cyri:& nos suo loco nõ
intelligẽter annotauimus. ¶ Qui. Quãdo. ¶ Cœna inauguraŕ. Sermo ductus ex sacerdotũ uerbis: & ritu. Nã qñ flumen.
Aut augur. aut põtifex in collegiũ cooptubaŕ:soliti erant lautiore cœna esculentioreq̃ sacerdotalẽ dignitatẽ auspicari. Ma
crobius refert cœnã pontificis luxuriosissimã in tertio Saturnaliũ ubi ait lentulũ fluminẽ Martialẽ. quo die inauguratus ẽ
triclinia lectis eburneis strata habuisse percensetq̃. edulia non paꝝ multa ganeata:quibus cœna illa pontificum farta fuit
& instructa:hinc ab Ora. dictum pontificum potiora cœnis:hinc. M. V. in tertio de re rustica scribit quintũ hortensium au
gurali cœna primum pauones posuisse:cuius rei mentionem fecit & Pli. in. x. cuius uerba cum uarie legantur uariis inter
pretamẽtis torserũt plinianos enarratores. ¶ Monstruosa morte. Vt. s. uirgo Asino exẽterato:ꝑ mediã aluũ nuda ĩsuereŕ:
& ita faltilis Asinus sup saxũ expositus solis uaporibus tradereŕ. ¶ Cõtorta nare. Hic cui ducatus latronũ ultro delatus ẽ
erat maritus capticiæ puellæ:qua uisa. ne agnoscere eã uidereŕ irrisiõe quadã & subnasatione: quasi uituperans abscessit.
Nasum. n. ut inquit Pli. subdolæ irrisioni dicauerunt:unde narẽ contortam & uituperãtẽ decẽter dixit cũ uituperationem
derisoreq̃ signare uoluisset. naribus ut inqt Quin. derisus cõtẽptus fastidiũ significari solet. ¶ Tã brutus. Brutũ dicimus
stupidũ grauẽ tardũ hebetẽ insensatũ cui sapiẽs opponiŕ. Cyprianus in epistola de demetriano:nullus inqt effectus offerre
lumẽ cæco:sermonẽ surdo:sapiẽtiã bruto:cũ nec sentire brutus possit nec cæcus lumẽ admittere nec surdus audire. Verbũ
uetus est obrutescere qđ sigñat obstupescere. Afranius non possum uerbum facere obbrutui. Ora. dixit bruta tellus pro
graui & tarda: quod terræ perpetuũ est inde bruta aĩalia ꝑ tardis & irrationabilibus. Pli. bruta existimanŕ aĩaliũ qbus
cor duꝝ riget:ubi bruta accipiŕ ꝑ hebetioribus tardiorisq̃ intellectus. ¶ Scitũ. Decretũ & cõstitutionẽ. sic. n. plebiscitũ dictũ
est ab eo uerbo qđ est sciscere: hinc locus ille plautinus ex pseudolo plebiscitũ nõ æque scitũ est. ¶ Reatũ. Sicut dŕ reatus
homicidii & furti. ita reatũ malę cõsciẽtiæ elegãter uocaŕ ꝑ crimĩe & culpa. Messala prius reatũ dixisse tradiŕ. ¶ Intra me:
uetus uerbum est conscientia mille testes & inquit pacatus in panagirico habet occultos conscientia carnifices: qui ma-
gis lancinant & torquent uitalia q̃ cruces q̃ uerbera q̃ tormenta ut græci dicunt ϛυνειδὸς καισπληττει την ψυχην. conscientia ani
mam ferit. ¶ Vestri causa. Sum inqt sollicitus & anxius non mea causa sed uestra & sollicitudinem pro uobis patior quæ-
rit apud. Au. Gel. Apollinaris Sulpitius qua ratione dicaŕ habeo curam uestri aut misereor uestri:cũ uideaŕ nõ uestri opor
tere dici sed uřm:sicut græci dicunt. κηδεωμαιυμων. Nihil autem aliud rationis esse opinatur nisi auctoritatem quandam
uetustatis non nimis anxie nec superstitiose loquentis:sed ꝓcul dubio qui rectissime loqui uellet uestrum potius dixerit
q̃ uestri. Noster Lucius dicere maluit uestri q̃ uestrum sicut a Plinio dictum est de terra. Quin & uenena nostri misertain,
stituisse credi potest. ¶ Ad asinum. i. ad sententiam uestram qua decreuistis ut asino puella insuta perimatur.

Viaticum
Viaticari
Corrasi
Corrasæ pecuniæ
Diloricatus
Sportula
Sportulantes
Hypbole
Calculus suffragii
Ducatus
Malus honos
Summi subselli uir
Imi lecti uir
Cœna pontificalis
Nasus irrisioni dicatus
Brutus
Obbrutescere
Bruta tellus
Scitum
Plebiscitum
Reatus
Carnifex cõscientia
Habeo curam uestrum
Argumẽtũ
Nescio qui
Ita quid

aũferre lucro dẽre ſuo, ac ne ipſam qdẽ ſæpe, & aliis, dãnoſam ultionẽ. Ergo igit ſi pdideritis i aſino uirginẽ, nihil ãpli⁹ q̃ ſine ullo cõpẽdio idignationẽ uẽam exercueritis, qn ego cẽſeo deducẽdã eã ad q̃piã ciuitatẽ, ibiq; uenũdãdã. nec. n. leui p̃cio diſtrahi poterit talis ætatula, nã & ipſa quoſdã lenões pridẽ cogitos habeo. quoꝝ poterit unus magnis eqdẽ talẽtis, ut arbitror puellã iſtã pſtinare cõdigne natalibus ſuis fornicem proceſſurã, nec in ſimilẽ fugã diſcurſurã, non nihil etiã cũ lupanari ſeruierint uindictæ uobis depẽſurã hãc ex aio quidẽ meo ſniam conducibilẽ ptuli. Sed uos noſtroꝝ eſtis conſilioꝝ rerumq; dñi. Sic ille

¶ Anteferre. Latrocinãt & graſſaturis uias iſeſtãt ob ſolũ lucrũ id faciũt lucro cũcta poſtponẽtes. lucrũ pluris faciẽtes q̃ uitã q̃ deũ ut merito dicere poſſint lucri bõus ẽ odor ex re q̃libet: & illud uñ habeas q̃rit nemo ſ; oportet hr̃e. Sic ergo ſecta latronũ cẽſet ſũmũ bonũ eẽ lucrũ: nõne dẽt puella capticia magno poti⁹ uẽdi q̃ nullo facto cõpẽdio iterimi. ¶ Dãnoſã ul. Vidicta multis iucũdiſſima reꝝ oĩum ẽ: iuxta illud at uidicta bonũ uita iucũdius ipſa: & irã ueteres diffinierũt cupiditatẽ ultionis reponẽdæ: ſed latrõibus q lucrũ ſpectãt: q q̃ſticulo ĩhiant ultio dãnoſa & ſine cõpẽdio omittẽda ẽ: nec idignatio cũ iactura exaturãda. ¶ Ergo igit. Archaiſmos ẽ. Veteres. n. ut inq̃t Dona. pticulas haſce multiplicabãt. ¶ Perdideritis. Extinxeritis. ¶ Cõpẽdio. Lucro. ¶ Cẽſeo. Vtit uerbo illo quo utit ſenator q in ſenatu ſniam dicit: ut Ci. frequẽter ait cẽſeo p̃res cõſcripti. ¶ Diſtrahi. Vẽdi: uerbũ ẽ peculiare iuriſcõſultoꝝ: diſtractio quoq; p uẽditiõe accipit ut ſupra ſcripſi. ¶ Talis ætatula. Mãcipia q̃ adoleſcẽtiora ſit & recẽtiora lõge maiori p̃cio diſtrahũt q̃ ueterana: pp̃ea q; ut ſcribit Vlpia. ad edilitiũ edictũ p̃ſumptũ ẽ ea mãcipia q̃ rudia ſũt ſimpliciora eẽ & dociliora & ad oẽ miniſteriũ aptiora: tria uero mãcipia & ueterana difficile eſt reformare & ad ſuos mores formare: qa igit uenalicarii ſciũt facile decurri ad nouitioꝝ emptionẽ: idcirco iterpollãt ueteratores ſeruos & p nouitiis uẽdũt. An notãdũ ẽ uenali clarios dici a iuriſcõſulto eos q uẽdũt ſeruos: iterpollare uero ſignat imutare & in aliã quaſi fortunã reformare: ſic a Pli. medicia dicta ẽ ars iterpollis: qm̃ ſæpe imutata aliã atq; aliã formã accepit. ¶ Poterit unus. In edicto p̃toris cõtinet q lenociniũ facit iſamia notari: lenociniũ ãt facit is ut iterp̃tat Vlpianus q q̃ſtuaria mãcipia habuit: apd Plau. lenões graphice deſcribunt: q puellas ſcitulæ formæ magno p̃cio emũt: q̃s mox amatoribus pſtituãt: cõpẽdiũ uberius lucrũq; captãtes apud Sene. in cõtrouerſiis leno emit uirginẽa piratis: ut in lupanari pſtituat in pſa: leno ſexaginta argẽti minis puellã emit: decipiturq; dolis toxili. ¶ Præſtinare: emere. Verbũ i hoc ſignatu frequẽs. Plau. q̃nq; dixit deſtinare p p̃ſtinare & emere: ſic. n. ait in pſa. Di deæq; te agitãt irati & ſcelus q hãc nõ pperas deſtinare. lenonis diminutiua ſũt lenũculus & lenul⁹: q̃ uſurpat Plau. & annotauit Priſ. πορνοβοσκον græci uocãt lenonẽ ſcorta alentẽ. ¶ In fornicẽ. Fornices dñr curuaturæ: q̃ arcus aut cameras faciunt ſiue nãles ſiue h oĩum mãu pfectę auctor Dona. Virgiliani poematis cõmẽtator. De nãli fornice ait Vir. Aut ãnis ripis aut alti fornice ſaxi: de extructis fornicibus exẽpla affati ſuppetũt. Ci. fornicẽ fabiũ mẽorat: q fuit arcus iuxta regiã i ſacra uia fabio cẽſore cõſtructus: q deuictis allobrogibus noiatus ẽ allobrogic⁹. Q m̃ uero meretrices i hmõi locis & cellulis pſtat cõſueuẽrt: ſcm̃ ẽ ut fornix p lupanari & cella meretricia accipiat & fornicari p ſcortari. & fornicator p ſcortatore & fornicario: qbus uerbis ſcatẽt ſcriptores eccl'iaſtici: q̃ uix iuenias apud priſcos illos terſiores purioreſq; cõditores: ſcri. Pau. de fũdo iſtructo q; balneatorio iſtr̃o legato cõtinet: & fornicator ubi fornicator dici ur miſter fornicis i balneo calefactãdi: itẽ ad legẽ aq̃liã merito fit fornicari. Pli. palma igt e cõtrario fornicat .i. curuat ad fornicis ſilitudinẽ & ita oẽs pſci. q puriſſime loquuti ſũt uſurpãt h̃ uerba alio ſignatu q̃ faciãt eccl'iaſtici ſcriptores & idoctũ uulgus uſurpet. Nec ego fornicatorẽ dicere auſim p ſcortatore: nec fornicari p adulterari &c. q̃ i ore idiotaꝝ ſunt ſed ad ppoſitũ. Quidã a furuo. qd̃ nigꝝ ſignat fornicis nomẽ deriuare nitunt: an recte ipſi uiderit. Rufus declamator de puella i lupanari deducta dixit opido q̃ decẽter redoles adhuc fuliginẽ fornicis. Satyrographus fornicẽ optio epitheto olẽtẽ noiauit a ſetutinis. ſ. & graue olẽtia lupanariis: ſẽſus ẽ Apu. puella a lenõe empta pſtituet i lupanari q̃ ſidditas erit cõdigna natalibus & ex hac uirgis pſtitutiõe tã obſcœna ex h̃ meretricario puellæ q̃ſtu tã ipuro nõ nihil uindictæ latrõibus pſoluet: quã. n. maiorẽ ultionem poſſet hõ depoſcere ex fœmina inimiciſſima q̃ uidere illã i lupanari iter lupas iter lenõias puellas lenõis iuſſu pſtitutã: & corpus paſſiuo pudore pphanãtẽ: quã ẽt ſi nemo uiolaret locus ipſe uiolauit. Solet qm̃ de lupis & lupanari p̃mo icidit titulus ſupponi cellæ ſingulaꝝ meretricũ & nomẽ puellæ i liminari cellæ frõte pſcribit: ut ita naſcat i qua q̃q; cella pſtituat: qd̃ docet Sene. ſic ſcribẽs i .ii. ſuaſoriaꝝ. Deducta es in lupanar: accepiſti locũ p̃cũ cõſtitutũ titulus iſcriptus & mox paulo in cõi loco ſtetiſti ſuppoſitus ẽ cellæ tuæ titulus uenietẽ recepiſti: itẽ nomẽ tuũ pependit in fronte p̃cia ſtupri accepiſti: ex his Senecæ uerbis iã ſatis planũ ẽ cur duxerit Iuue. titulũ mentita lyciſe: cur Mart. ſcripſerit intraſti quotiẽs iſcriptæ limina cellæ. Annotãdũ obiter dici a Sene. cõem locũ p lupanari ſic uulgo hodieq; ligua uernacula nuncupat. Ceſtius declamator tradit uirginẽ q̃ ſteterit i lupanari ẽt ſi a nemine uiolet loco tñ ipſo uiolari: huic ſniæ ceſtii reclamãt eccl'iaſtici ſcriptores. & iprimis Ambroſius: q ita pclamat. Nõ lupanaria iſamant caſtitatẽ ſed caſtitas ẽt loci abolet iſamiã: & ſic radius ſolis i luto & cœno nõ inq̃natur: ita caſtitas fornicis fœditate nõ polluit i decretis canõicis. xxxiii. q. v. id latiſſime explicat. ¶ Talẽtis magnis. Teren. ſiqs daret talentũ magnũ. Priſcia. in li. de põderibus ſic ſcribit talẽtũ paruũ eſt minæ. lx. talentũ magnũ minæ. lxxxiii. & unciæ quatuor. talentũ atticũ ex cõputatiõe Romanis põderib⁹ pẽdit põdo. hoc eſt libras. lxxx. græce dr̃. ταλαντων. Annotauerũt ſcriptores multa fuiſſe gñ̃a talentoꝝ: ut rhodiũ qd̃ erat quatuor milliũ. d. denarioꝝ Alexãdrinũ qd̃ erat. xii. denariũ. Neapolitanũ ſex. Syracuſanũ triũ. Rheginũ uictoriati unius: ẽ ãt uictoriatus nummus a nota uictoriæ ſic noiatus: cuius frequens mentio apud Pli. celſum cæteros: fuit & talentum ægyptium qd̃ taxat ſextertiis. xvi. ¶ Cõducibilem. Vtilem & accõmodã. Plautus in epidico reperiamus aliquid calidi conducibilis conſilii. conducere enim unde cõducibile deriuatur ſignificat utile eſſe: conducenter aduerbium pro utiliter & congruenter.

¶ Latronum

Ergo igit
Archaiſmos
cenſeo
diſtractio
uenditio
Mãcipia
ueterana
deteriora
Venalicia-
rii
Interpollare
Medicina
Interpollis
Lenociniũ
facere
Præſtinare
Deſtinare
Lenũculus
Lenulus
Pornoboſcus
Fornices
Fornix
Fabianus
An fornicari ſit latinũ p ſcortari
Fornicator qui
Fornicat
curuatur
Fuligo fornicis
Inſcriptæ cellæ lupanarum
In cõi loco ſtetiſti
Locus Iuuenalis
locus uiolat
Radius in luto non inquinat
talentum paruum
magnum
Genera talentoꝝ
Victoriatus
Conducibilis

¶ Latronum fisci aduocatus. Allusio ad fisci principis aduocatũ. Fiscus aũt i cõmẽtariis Suetonii diligẽter annotauimus pprie ad principẽ ptinet: ærariũ uero ad rẽpublicã. De iure fisci titulus ẽ apud iuriscõsultos: & apud eosdẽ de aduocato fisci: scribit Vlpianus fiscus alicui status cõtrouersiã faciat. q fisci aduocatus adesse debet. qđ si sine fisci aduocato pronunciatũ sit Diuus Marcus rescripsit nihil eẽ actũ: sicut ergo fiscus principis & aduocatus fisci dr: ita nũc aduocatũ fisci latronũ festiuiter nec iscitẽter appellat illud Satyrographi. res fisci ẽ ubicũq; natat. intelligẽdũ plane ẽ de fisco principali tanq̃ ad principẽ ptineret captura piscis generosi. ¶ Nostrã cãm. Hoc Apu. pp se dixit q in Asinũ trãsmutatus iã ex snia latronum neci una cũ uirgie fuerat destinatus. Vtriusq; saluti consulebat nouitius latro q spõsus erat uirgis. ¶ Mora cõsilii. Cunctatione cõsultationis cõsiliiq; latrocinalis sua pcordia lãcinata discruciataq; eẽ signãt. ¶ Nouitii. Nouitiũ a nouo dictũ inclinatũq; est: nouitii ut indicat Varro dñr serui noui in familia empti: a Plinio nouitiũ inuentum dr p nouũ hodie nuper asciti in religionẽ nouitii uulgo noiant. ¶ Fornicis & lenonis. Dixerat eni nouitius latro fornici & lupanari uirginẽ debere tradi ac mancipari. ¶ Risu lętissimo. Lætitiam pręferentẽ: quia. s. illum recognouerat. nõ latronẽ esse sed spõsum q si legas latissimo expones pro cachinabili & lato & spacioso risu qualis interdũ latissime effundit: physici dicunt qđ & Lactãtius credit lætitiæ effectũ in splene esse intemperantiãq; ridẽdi cõstare ex lienis magnitudine: uerũ hæc uiderit Democritus. Me ut inqt Cæsar apud. M. T. non pudet nescire quo pacto risus concitetur: ubi sit quomodo existat atq; ita repente erumpat: ut eum cupientes tenere nequeamus: quæ ne ipsi quidem illi sciunt qui scire se policent. ¶ Gestire. Gaudere: & gestu quasi quodã corporis gaudiũ intimum lætitiãq; ai demõstrare. ¶ Subiret. Veniret in mentem Subire Pli. frequẽter ẽ scãdere q ait in quarto hemi excelsitas sex. M. Pas. subit. ¶ Totius sexus. Scilicet fœminei ex pcepto disciplinæ Rhetoricæ ob uitiũ unius. Tota natio minime infamãda ẽ. sic & Ouid. parcite paucaq; diffundere crimen in oẽs. ¶ Proci amore simulato: ita suspicabat Apu. ex re præsenti Virginẽ hãc simulasse se angi desiderio sponsi: qñ. s. uetulæ denarrauit se ex gremio matris raptã uiduatã eẽ amplexibus adolescentis qui iã maritus ipsius nuncupatus fuerat. ¶ Totarum mulierũ secta. Sicut philosophorũ sectas quoq; dogmata ac placita nõ pbamus insectari & incusare solemus: ita sectã fœminarũ tanq̃ iprobã & iprobis dogmatibus refertã uituperare cœpit atq; infamare mores fœminarũ cũ re uera crederet uirginem arrisisse quasi ex desiderio ad nomen lupanaris & fornicis. Totæ euripidis tragœdiæ: in mulieres maledicta sunt uersiculi græci fœminas insectanter criminantur. γυνὴ γυναικὸς πὸ̀ν οὐδὲν διαφέρει nihil fœmina differt a fœmina ἐν γὰρ γυναιξὶ πίστιν οὐκ ἐνεστὶ δεῖν. i. in fœminis fidem uidere nõ est. θάλασσα καὶ πῦρ καὶ γυνὴ κακὰ τρία. Mare: ignis: fœmĩa sunt mala tria. ¶ Marti comiti. Non secundũ latinitatis elegantiã sed ἀκύρως. i. improprie martem noiasse comitem uideret: cum proprie comes pro inferiore persona accipiat: dicaturq; is q digniorem assectaẽ comitaturq;: nam ut docet iurisconsultus titulo de iniuriis comitem accipere debemus eum q comitet & sequat siue liber sit siue seruus: iter comites utiq; & pędagogi sunt Dux & comes opponunt ut dux sit ille q præit comes q subsequit: hinc Plinianum illud eẽ tui cõsilii ducẽ me comitem decet. Priscianus tñ in phemio opis sui dixit. te comite te q̃si sole quodã dilucidius crescat: ubi comes honorifica appellatione sicut & hic usurpat: ptere a comites a recẽtioribus scriptoribus identidẽ cum laude dñt. Sic Amianus Marcellinus comes inqt oriẽtis ne bridius erat itẽ magõtianæ comitẽ ptis exulari morte mulctauit: itẽ iuncto ad audiẽdi societatẽ ursulo largitionum comite ubi sp comes nomẽ dignitatis ẽ: hic uero mars comes cognominat: magis uocabulo honoris q̃ dehoẽstamẽti: ut cõitẽ exponas p eo q comitet: sequat foueat in bellũ euntes & in expeditionẽ latrocinalẽ pgrediẽtes. Vñ & in alio consimili cognomine secutor dictus nimirũ a sequendo: alias secutor nomen est gladiatorium: de quo apud Suetonium. ¶ Vspiã. Vllo i loco: nuspiã nulibi nullo in loco. ¶ Sacrificatui. Ad sacrificãdum. ¶ Potaui. Corrigo potatui ut cõueniat cũ dictiõe illa sacrificatui: ẽ. n. sensus uinum nõ habẽus potatui hoc ẽ ad potãdum satis copiosũm ac sufficiẽs. iõq; id qrẽdũ ẽ assumptis comitibus. ¶ Legate. Tradite mecum mittite. Salustius tres adolescẽtes in africam legant. ¶ Quis. Quibus uetus eloquutio. ¶ Castellum. Præter notissimã significationẽ. Castellum quoq; dicimus receptaculum qđ aquã publicã suscipit. ut docet Vlpianus interptamẽto interdicti ptorii de aqua quotidiana & æstiua hoc significatu scripsit Pli. agrippã fecisse castella. c. xxx. fontes cẽtum. v. hinc illud quoq; frõtini ex eodẽ intellectu dictum est. auctor castellorũ operũ lacuum nerua: est corrigẽdus est obiter uulgi error castellanos uocãtis pfectos arcium eum castellani ab his q latine & pariter scribunt. dicant castelli habitatores sicut oppidani sicut urbani: præsto sunt exẽpla innumera sed unum aut alterũ qđ in præsentia suppetit retulisse: sufficiet Liuius ilotaurũ dein quidã hi sunt iam inde antiquitus castellani agreste genus itẽ stipem a castellanis colligens: & qm a Liuio mentio fit ilotarũ. scito ilotas dici ab historicis seruitia famulitiaq; lacedæmoniorum quales penestiæ thessalorum quorum meminit Aristoteles in polities. ¶ Aram cespite uirenti. Cespiticiam aram significat: sic enim appellatur ex cespitibus structa: quibus simplicitas rustica antiquitus mensas torosq; conficiebat: qđ & tibullus signat illo uersu. Cespitibus mensas cespitibusq; torũ. Pli. ait cespites castrorũ uallis accõmodos eẽ: de aris cespiticiis mentio fit a Iulio capitolino in descriptione hecatõbes. cuius uerba subieci: quæ sunt hæc. hecatombe tale sacrificiũ est cẽtum aræ uno in loco cespiticiæ extruuntur & ad eas centum sues. c. oues mactantur. Cespiticium quoq; tribunal antiqui dixere. quod erat militare atq; castrense. Quod ex cespitibus in castris milites factitabant: quod denotat Lucanus cum ait in. v. pharsaliæ stetit aggere fulti cespitis intrepidus uultu.

Cõducere
Cõducẽter
Fiscus principis
Aduocatus fisci
Nouitii serui
Risus ex splene
Mala tria
Mare
Ignis
Fœmina
Comes q
Comes largitionũ
Secutor
Mars
Nuspiam
Legantur
Castellum receptaculũ aquæ
Castellanus nõ dr præfectus arcis
Castellani
Ilotæ
Penestiæ
Cespiticia ara
Hecatõbe
Cespiticiũ tribunal

latronum fisci aduocatus, nostram causã pertulerat. uirginis & asini sospitator egregius. sed in diutina de liberatiõe cæteri cruciãtes, mora cõsilii, mea præcordia, immo miserũ spiritũ libenter tãdẽ nouitii latronis accedũt sniæ, & ptinus ac uiculis exoluunt uirginẽ, quæ quidem simul uiderat illũ iuuenem, fornicisq; & lenonis audierat mentionem, cœpit risu lætissimo gestire, ut mihi merito subiret uituperio totius sexus, cum uiderem puellam proci iuuenis amore, nuptiarumq; castarum desyderio simulato lupanaris spurci sordidiq; subito delectari nole, & tunc qdẽ totarum mulierum secta, moresq; de asini pendebant iuditio. Sed ille iuuenis sermone repetito. Quin igitur inquit, suplicatum Marti comiti pergimus, & puellam simul uendituri, & socios idagaturi, sed ut uideo nullum uspiã pecus sacrificatui. Ac ne uinũ qdẽ potatui affatim uel sufficiẽs habemus. decẽ itaq; mihi legate comites quis cõtentus, pximum castellũ petam inde uobis epulas, & alias res comparaturus sic eo pfecto, cæteri copiosum instruunt ignẽ, aram cespite uirenti Marti deo faciunt, nec multo post adueniũt illi

uinarios utres ferentes & gregatim pecua cōminantes, unum prælectum grandem hircum, annosum & horriconem Marti secutori comitiq; uictimāt, & illico prandium fabricatur opipare. Tunc hospes ille, non modo, inquit, expeditionum prædarumq;, uerū etiam uoluptatum uestrarum ducem me strenuum sentire debetis, & aggressus insigni facunditate gnauiter cuncta præministrat, uerrit, sternit, coquit, tuceta cōcinnat, apponit satule, sed præcipue poculis crebris, grandibusq; singulos īgurgitat. Interdū tñ in simulatione promēdi quæ poscebat usus, ad puellā cōmeabat assidue, partesq; subreptas clanculo, & pgustatas a se potiōes, offerebat hylaris. Ad illa sumebat appetenter & nōnunq̄ basiare uolenti, promptis sauiolis adlubescebat, q̄ res cupido mihi displicebat. En oblita es nuptiarum, tuique mutui cupitoris puella uirgo, & illi nescio cui recenti marito quem tibi parentes iunxerunt, hunc aduenā cruentumq; percussorē præponis? Nec te conscientia stimulat, sed affectione calcata inter lanceas & gladios istos scortari tibi libet, quid si quō cæteri latrones persenserint, nō rursū

¶ VElitatur. Depugnat: contendit: congreditur. a pugna uelitum uerbo deducto. sunt autem uelites leuis armaturæ milites: a quibus uelitatio dicitur leuis contentio. Plautus, nescio quid uelitati estis inter uos: idem uerbis uelitationem fieri compendio uolo: hastam uelitarem tyrrhenus primus inuenit: de qua intellexit Ouidius illo uersu. Nondum calefacti uelitis hasta solum. ¶ Remulsis auribus. Quidam codices manuscripti habent remissis. natura generosissimo cuiq; animalium notas animi peculiares tribuit. cauda leonum index est: in equis uero & omnium iumentorum genere indicia animi aures præferunt: fessis marcidæ nutantes: pauidis subrectæ furentibus: resolutæ ægris. ex hac pliniana sententia aures remulsas accipio: non tam resolutas & remissas quam subrectas: & quasi retro ac sursum reclinatas. Anti qui remilum dicunt quasi tepandum. quidam legunt remissis sensu manifestario. ¶ Cadentium. Lego candentium. hoc est albicantium dentium. nam decidui dentes signum sunt senectutis & inualentiæ. Dentes in cæteris senecta rubescunt. equo tantum candidiores fiunt. Senectus in equis intelligitur dentium brochitate siue brũcitate: hoc est p̃minẽtia. brochi enim dentes siue brunci dicuntur prominuli. hoc trãseunter dictum sit: ut intelligas dictiones quibus Plinius, Varro. Lucilius & cetæri utuntur. a dente quod annotatu dignum est & scitu fit uerbum edentare. quod significat dentibus priuare. & excussis dentibus edentulum efficere. hoc in transcursu commemini: ut restituerem Plauto suam elegantiam suamque dictionem & plane plautinissimam: quem correctores immo corruptores interpollauerunt: sic enim scriptum legitur in Rudente. Nimis uelim improbissimo homini mala se dentauerint. Tu ita corrigito & distincte legito malas edentauerint, idest uelim maxillas ita contundi pugnis improbo lenoni: ut edẽtib⁹ fieret: & ut malas: hoc est maxillas illi edentarent. hoc est edẽtibus spoliarent excussis, crebra pugnorũ icussiõe, hic est comicus intellectus: hæc plautina elegantia, hoc uerbũ plautinissimũ. edẽtare malas dentibus excussis maxillas edẽtatas relinquere. Nam & edẽtata belua dicit̃ carens dẽtib⁹: cui⁹ morsus est minime noxi⁹. iuuat me in hæc diuerticula idẽtidem diuertere: ut una opera iuuem latinitatis curiosos: & simul uitem ex uniformi narratione fastidium. ¶ Hastis. Exertis p̃ræparatisque dentibus instar hastarum metaphoricos intelligi uult acuminatos dentes prominẽtes exertos. ¶ De rege thracio. Diodorus & poetæ tradunt Diomedẽ thracẽ equos feritate notabiles habuisse: quos carnibus humanis pascere solebat: erãt equoꝶ p̃sepia ænea: ferreis ipsi cathenis uincabant̃. caro hospitalis erat pro pabulo. hos Hercules ex thracia argos p̃duxit: occiso Diomede: quẽ suo ipsius exẽplo equis mandẽdum apposuit. hos Euristheus ad se deductos Iunoni sacrauit. ex hoc equoꝶ gñe p̃genitus est equus Seianus ille famigeratus. Pli. & Solinus auctores sunt Tyridã oppidũ fuisse in thracia Diomedis equoꝶ stabulis dig: equorum qui feri sunt & nominãtur meminit Plini. ¶ Adeon. Pro adeone. ¶ Tyrannus. Diomedes thrax. ¶ Edacium. Manducorũ: ita enim ab edacitate dicuntur. ¶ Distractus. Discerptus: diuulsus: dilaceratus. ¶ Molares circuitus. Molarum pistrinensium gyratus ambagiosos & multiuios. ¶ Requirebam. Tanquã minus molestum foret molere: & molas circum agere q̃ subire calces & morsus equinos. ¶ Insatiabilis. Fortuna cum dicatur uaga: inconstans: instabilis. tamẽ in quibusdam uexandis nimiũ p̃tinax est & immobilis: ut uerũ illud plane sit. An miseros tristis fortuna tenacirer urget. Tali fortunæ obnoxium se fuisse testat̃ Lucius noster scribens eã insatiabilẽ: inexplebileq; fuisse cõtinẽtibus ipsius cruciatibus. ¶ Pestẽ. Exitiũ: calamitatẽ: infortuniũ. ¶ Delegor. Destinor: trador: assignor. ¶ Ligno. Lignis deportandis: qd est Asinorũ dossuariorum: sic enim nominãtur: q dosso baiulant onera. M. Var. in secundo de re rustica: asellis dossuariis comportant ad mare oleum: aut uinũ: itemq; frumentum: aut q̃cq̃d aliud. Nam qd nos dicimus dorsum: ueteres dossum nominabant. unde dossuarius dictus qui dorso cõportat. Dorsualia quoq; appellamus dorsi tegumenta: maximeque in bobus ac iumentis: Iulius capitolinus tradit boues dorsualibus sericis præfulgẽtes processisse in pompa galeni imperatoris. ¶ Omnibus deterrimus. Attende loquutionem inusitatam: neq; ex regula grammatices: q̃ præcipit superlatiua iũgi debere cũ genetiuo: ut dicatur oium deterrimus: oium pessimus. Archaismos figura ẽ: sic. n. ueteres loquebant̃. qbus mutatio casuũ erat frequens & quasi peculiaris: illud Ciceronis nõ absimile ur̃. Simili mũ deo iudico: qd tamẽ (ut docet Priscianus) significat ualde similẽ: hoc aũt totũ trãstulit ex Luciano: qui ait. εισ το οϱοσ ανω επεμπε μαν και ξυλα τοισ ωμοισ εκομιζον. i. in montem superiorem mittebat ad ligna humeris deferenda. De puero quoq; quẽ deterrimum pessimumq; mortalium Apuleius appellat: Lucianus græce inq̃t: ονυ λατην παιδάϱιον ακαταϱτον. i. Asinarium puerilum impurissimum. ¶ Saxeas sudes. Vt sudes ligneæ ustulatæ uicem telorum implent: & perforant. sic & saxa acuta quæ sudes saxeæ dicunt̃: ungulas Asini cõminuebãt cõterebãtq;: & id facilius cõtingebat: p̃pterea q̃ soleis ferreis minime erat calciat⁹. Lucia. ανυποδετ. οϱει εν λιθινω. i. in mõte saxeo erã sine calciatu: iumẽtoꝶ autẽ calciamẽta sunt soleæ ferreæ.

Cauda
Aures indices ai
Remilus
Brochitas
Brochi uel brũci
edentare
Locus Plauti Correctus
Edentare malas
Edẽtata belua
Equus seianus
Equi feri
Fortuna pertinax
Dossuarii asini
Dossum
Dorsualia
Omnibus deterrimus

CO Vturbam. Corrige conterebam. ℣ Dedolabar. Verbum est proprie fabrorum: cum materiarum complanatur aspe Dedolare
ritas. Verum ab alia quoq; translatione speciosa transfertur. Ennius dixit: unum ego libellum non edolē. Sicut ergo faber Dolatoriū
dedolando cōplanat aspredinem in materiis: ita Asini coriū fustuariis ictibus leuigabat: exollebaturq; quodam quasi do-
latorio: est enim dolatorium ferramenti genus: quo lapides & ligna dolant: quidā asciam appellant, auctor Hieronymus:
fustium autem, πλιθιντικωσ dixit, quoniam ut inquit Lucianus ουξυ λοαπλωσ παιεν αλλα τοοζουσ πυκνουσ εχοντι καὶ οξειο. idest
non simplici ligno percuciebat: sed ramos densos habente & acutos. ℣ Medullaris dolor. Signat ad medullas usq; plagas

conterebam ungulas, uerum fustium quoq; crebris ictibus persæpe dedolabar, ut usq; plagarū mihi medullaris insideret dolor, coxæq; dextræ semper ictus incutiens, & unum feriendo locum, dissipato corio, & ulceris latissimi facto foramine, immo fouea, uel etiam fenestra, nullus tamen desinebat identidem uulnus sanguine delibutum obtundere, lignorum uero tanto me premebat pondere, ut sarcinæ molem elephanto non asino paratam putares, ille uero quotiens in alterum latus præponderans declinarat sarcina, cum deberet potius grauantis ruinæ fustes demere: & leuata paulisper pressura sanare me, uel certe in alterum latus translatis præquare, cōtra, lapidibus additis insuper, sic iniquitati ponderis medebatur. Nec tamen post tantas meas clades immodico sarcinæ pondere contentus, cum fluuium transcenderemus (qui forte præter uiam defluebat) pedibus suis ab aquæ madore consulens, ipse quoque insuper lumbos meos insiliens residebat, exiguum scilicet & illud tantæ molis superpondium, at si quo casu limo cœnoso ripæ supercillio lubricante, oneris impatientia prolapsus deruissem, cum deberet egregius Agaso manum porrigere, capistro suspendere, cauda subleuare, certam partem tanti ponderis quoad resurgerem saltem detrahere, nullum quidem defesso mihi ferebat auxilium, sed occipiēs a capite immo uero & ipsis aurib⁹ totum me cōpilabat,

a puero infictas penetrasse. Medulla non nisi cauis ossi
bus inest. Nec cruribus iumētorū aut canū seuosa corni
geris a iuuēta rubēs & a senecta albescēs. ℣ Coxæ dex Hallucina
træ. Lucianus καὶ αεὶ παιειν ἐς τουτο. idest semper ferie- tio iterpre
bat in ipsa coxa siue femore, interpres Luciani parum tis
curans uerbum uerbo reddere interp̄tat̄ sp posteriora Luciani
dorsi purgebat. sed p̄fecto aliud ē τονωτον aliud ωμιρος
illud dorsū: hoc femur coxāue sign̄at. ℣ Immo fouea.
Hoc totum υπερβολικοσ dictū est: simul & festiuiter: nā
mentit̄ hyperbole: & est omnis ultra fidem, sed ut præ Hypbole
cipit Quintilianus. nō tamē debet eē ultra modū, & ut ultra fidē
ait Sene. incredibilia hypbole p̄mittitut credibilia ipe- Suplatio
tret. Nostri suplationē uocāt: igit̄ Apuleius emphaticos Nullus nō
& hypbolicos dixit non foramē: sed foueā: atq; adeo
fenestrā latissimā sibi ī femore dextro fuisse patefactā:
ut crederet lector coriū in asinina coxa ictib⁹ asinarii
pueri crebrioribus eodē ingestis fuisse foraminatū: ex-
ulceratum: dissipatum. ℣ Nullus: idest non, sic ueteres
frequenter posuerunt. ℣ Identidē. Persæpe: subinde, fre
quenter. ℣ Obtundere. Sæpius tondēdo repercutere.
Trāslatio a fabrorū maleo. ℣ Elephanto paratā. Lu-
cianus. ειτα μοι επετιθει φορτιον οσ ου χαλεπον ειναι καὶ ελε-
φαντι ενεγκειν. idest postea mihi imposuit onus: quātum
elephanto ferre molestum foret & graue. ℣ Præpon-
derans sarcina. Iumentis sarcinæ imponendæ sunt cō-
pares & quasi ad æquilibrium, ut commodius ferant.
ubi enim in alteram partem præponderant torquent̄
diro cruciatu laboriosoq; iumenta: ideoq; æquis portio
nibus æquandæ sunt sarcinæ. demendo scilicet non ad
dendo, sed ut puer qui nihil aliud meditabatur: nisi asi
ni cruciatus & exitium nō ligna demebat sarcinæ præ
ponderātis ad releuandū asinū: sed saxa insup addebat
ad cruciandū: hoc idē Lucianus. ℣ Pressura. Pressiōe: Præssura
nomē est. sic Lucianus: coricii pressura croci. ℣ Circa.
Lego cōtra. hoc ē ecōtrario. ℣ Immodico. Nimio: p̄-
gradi. una dictio est. ℣ Præter uiā. Iuxta: quo in signifi
catu pp quoq; accipit: sic Lucreti⁹. Propter aquæ riuū: Propter
sic Vir. pp aquā. apud Terētiū in phormione scriptū ē: præter ca-
ita fugias ne præter casam quod aiunt: ubi illud præter sam
casam exponit̄ a Donato p̄ añ casam. itē apud Gelliū. Fugitiu⁹ p̄ter oculos dñi iret, p̄ añ oculos & iuxta. ℣ Ab aquæ ma- Mador
dore. Aspgine: & ifusiōe: sic i prio urinæ madore me pluerēt. Mador. n. sign̄at ifusio & humectatio. Salu. igēs terror erat
ne ex latere noua monumēta madore ifirmēt. Madulsā ebriū dixerūt, qa madid⁹ uio eēt & madore liberi pfusi⁹. Lu. i hāc Madulsa
sniam καὶ ποταμοσ ην αεννασω τυ οδω. οδε ταυτωδε ημαιτων φειδομενοσ οπις ωστων ξυλων επεμοι καθεζομενοσ επερα τον ποταμον. i. fluui⁹
erat i uia perēnit fluēs: puer āt calciamētis pcēs post ligna mihi isidēs flumē trāsibat. ℣ Suppōdiū. Elegās scitūq; uocabulū: Superpon
quo sign̄at illud pōd⁹ & qddā q̄si auctariū qd sup sarcinā legitimā ipōit, dictio cōposita, copulata: q̄ ex itegro & corrupto: dium
eadē formula dixit Plau. cētū pōdiū: p pōdere cētū librarū: sic assipōdiū & dupōdiū ueteres dixerū. ℣ Ripç supcilio. Margie Cētū pon-
& sūmitate. Cōsilr Virg. Ecce supcilio diuosi tramitis undā elicit: ut. n. supcilia i nobis alta sunt & sublimia: sic metaphori pium
cos supciliū p altitudine ac sumitate aliarū quoq; rerū usurpat̄. Pli. in. xi. nihil alti⁹ supciliis: aruptiusq; supbia iuenit in cor- Assipōdiū
pore. Vbi solitaria eēt. Supciliū p fastu ipso & grauitate accipi satis notū ē: uel illo testimōio. Terrarū dñm pone supciliū: Supciliū
uū supciliū cēsoriū p grauitate maiestateq; accipit̄ a Valerio: & supciliosus dr̄ auster⁹ & grauis: ut supra dixim⁹. ℣ Deruis- Supercilio
sem. Corruissem: cecidissem. Lucia. καπνων καὶ αχθοφορων καταπεσοιμι. i. labore & pōdere p̄ssus cecidissem. ℣ Egregi⁹ agaso. sus
Ironicos. ℣ Suspēdere. Subleuare: sustollere. χαμοθεν επεγειρειν. i. ex hūo subrigite. iterpres Luciani, deceptus inqt camo eri Error inter
gebat: credidit. n. χαμοθεν a camo qd̄ genus freni ē deriuari: cū aduerbiū sit significās ex humo qd̄ sat liquet græca callēti- pretis
b⁹. ℣ Manū porrigere. χειρα μοι επιδιδουναι. ℣ Pōderis detrahere. του φορτιου αφελειν. ℣ Occipiēs. Incipiēs. ℣ Cōpilabat. Pilos Luciani
peruellebat: signat. n. ita se fustuario cęsum: ut nec pilus in toto corpe relinqueret̄. Nāq; cōpilare (ut auctor ē Asconius Pe- Compilare
dianus) est ita peruellere, & furari: ut ne pilos qdē i corpe cōpilatores relinquāt ex eodē fōte, illa quoq; uerba sūt suppilare
& expilare: hic cōpilare dr̄ scriptor q aliena furat̄, & in unū q̄si corpus redigit, cōpilare. n. auctore festo ē cogere. Ambrosi Ambrosi⁹
us dictus ē a Hieronymo cōpilasse hexameron Origenis. Q m̄ uidelicet: q̄ ob origene dicta fuerāt græca ligua, hic furtim cōpilauit
in librū suū trāstulit latine cōpositū: & qd ille fusi⁹ tradiderat & uberi⁹: hic sucictius retulit & astrictius. Vir. cōpilator Ho origenis
meri dictus ē ab æmulis, qm̄ uersus homericos ad uerbū pene trāsferebat: ex alienisq; racemis uindemiā sibi faciebat: q il hexamerō
le r̄ndit magnarū eē uiriū clauā Herculis extorq̄re de manu: auctores ueteris bibliotecç mutuo se cōpilauerūt, ut inqt Ma
crobi⁹. Lucia. in hac sniam. αλλα ανωθεν απο της κεφαλης καὶ των ωτων αρξαμενοσ συνεκοπτε με. τω ξυλω εωσ επεγειρωσι με αι πληγαὶ
idest superne incipiens a capite & auribus fuste me concidebat, eo usq; dum me plagæ ipsæ excitarent.

CEDENS fuste grauissimo, donec fométi uice, me pla. gæ suscitarent. Idem mihi talem excogitauit perniciẽ spinas accerrimas & punctu uenenato uiriosas torti li nodo in fascem constrictas, caudæ meæ pensilem delegauit cruciatum. ut incessu meæ commotæ incita tæque, funestis aculeis infeste me conuulnerarent. Ergo igitur ancipiti malo laborabam, nam cum me cursu proripueram, fugiens acerbissimos incursus uehementiore nisu spinarum feriebar. si dolori par. cens paululum restitissem, plagis cõpellebar ad cur. sum, nec qcq̃ uidebatur aliud excogitare puer ille ne quissimus, quam ut me quoquo modo pditum iret, idq; iurans, & nonnunq̃ cõminabat. & plane fuit qd̃ eius detestabilẽ maliciam ad peiores conatus stimu laret. nã quadam die, nimia eius insolentia expugna ta patientia mea, calces ualidos extuleram. Deniq; tale facinus in me comminiscit, stuppæ sarcina me satis onustum, properecq; funiculis constrictum, pro ducit in uiam. deque proxima uillula spirantem car. bunculũ furatus, oneris in ipso meditullio reponit. Iãq; fométo tenus calescẽs, & enutritus ignis, surge. bat in flãmas, & totum me funestus ardor inuaserat, nec ullum Pestis extremæ suffugiũ, nec salutis aliqd̃ apparet solatium, & ustrina alis moram non susti/ net, sed meliora consilia præuertitur, sed in rebus se uis adfulsit fortunæ nutus hylarior. Nescio an futu. ris periculis me reseruans, certe præsente statutaq; morte liberans. Nam forte pluuiæ Pridianæ recens

CEDIT. Purior lectio est cedens, hoc est feriens ac percutiens. ¶ Spinas acerrimas. Lucianus dixit. ακανθῶν ὀξυτάτων φορτίον, idest spinaq; acutissimaq; fascem uinculo strictissimo deligasse sub cauda. ¶ Viriosas. Virulẽtas: exitiales: pestiferas. inter uirosum & uiriosum hæc interest. Quod uirosus dr̃ uenenatus: uiriosus uero appetens uiri: inde fœmina uiriosa: & loci muliebres uiriosi dicti. s. coitũ appetẽtes: a uiro uiriosus prima correpta deducitur. Virosus uero ab eo qd̃ est uirus: quod uenenum significat prima producta inclinat, ideoq; hic legere malim uirosas q̃ uiriosas: sed quocunq; modo legat, dictio est a ueneno deducta inclinataq;. ¶ Tortili. Flexili, a torquendo tortilus dictus. Virgilius. Fit tortile collo aurum in gens coluber. ¶ Pensilem cruciatum. Significãtissimo epitheto cruciatus ille qui sub cauda infestat iumenta expressus est pensilem nuncupando. est enim suspensus sublatusq;: pensiles hortos: pensilia pauimenta, pẽsiles plumas: & uuas dicunt eruditi a pendendo omnia deriuata: in obscœno carmine haud indecenter dictum pulchre pensilibus peculiati. Lucianus ἀπεκρέμα ὄπισθεν ἐκ τῆς οὐρᾶς. postilena Plauto significare uĩ id tortile incuruũq; loramẽtũ: quod sub cauda iumentoq; poni solet, a post ut opinor nuncupata. in posteriore. n. parte subterponitur. Verba Plauti ex casina hæc sunt: ita te aggerunda curuum aqua faciam probe ut postilena possit ex te fieri: uocabulum hoc nusquam alibi quod equidem meminerim reperitur. ¶ Ancipiti. Duplici: spinaq; scilicet aculeis si pcurrissem: & plagis agasonis si substitissem. Lucilius ancipites cardines dixit p duplices: & M. Varro ancipiti inquit urgeretur bello pro duplici. Alias anceps dubium periculosumq; significat. Virgilius. Anceps belli fortuna fuisset. interdum anceps accipitur pro acuto ex utraq; parte. Lucilius: ucte atq; ancipiti ferro effringam cardines. ¶ Nixu: conatu. Impulsu spinarũ aculea rarum, græce προσβολή. ex Luciano totum ad uerbum sic scribente. εἰ μὲν ἀτρέμα προΐοιμι φυλαττόμενος τῶν ἀκανθῶν τὴν προσβολὴν ὑπὸ τῶν ξύλων ἀπωλλύμην· εἰ δὲ φεύγοιμι τὸ ξύλον, ἤδη τότε εἰς τοὔπισθεν τὸ ὀξὺ προσέπιπτεν. i. sine lente ire cauens spinaq; nisu fustibus male peribam. Si autem fugiens ictum fustiũ procurrerẽ, tunc me illud sub cauda aculeatũ lancinabat. ¶ Perditum iret. Vexaret: extingueret: morte mulctaret. Terentius: cur te is perditũ. Lucianus ait καὶ ὅλον ἐργον ἦν αὐτῷ ἡ κατὰ τῶ ἐμῶ ἀπώλεια. idest hoc unũ opus erat agasoni meo me conficere ac perdere. Marcus Cato dixit, contumelia factum itur. significans operam dari quo fiat contumelia. ¶ Expugnata. Cum inquit patientiam meam insolentia agasonis immodica expugnasset uicissetq;: expugnatur patientia in nobis: qñ amplius patientes tolerãtesq; iniuriarum esse non pos sumus. Ouid. Multa diuq; tuli: uitiis patientia uicta est. ¶ Calces extuleram. Lucianus ait. λὰξ ἐκίνησα calce percussi εἶχε δὲ καὶ τοῦτο τὸ λακτίζειν μνήμη. i. habuit semper in me moria illum calcis ictum: græci dicunt λάξ per aduerbium quod significat cum calce: annotat Caper grãmaticus dicendũ esse & scribendũ calces, per. c. quando significat glutinum parietum, cũ uero pedis dicitur calx, per. x. uerum obseruationes tales prærancidæ nimis sunt & superstitio sæ: calcem dicimus partem pedis: & ipsam quoq; percussionem. ¶ Stuppæ sarcina: græci στυππεῖον uocant stuppam: & a græco uocabulo (ut opinor) dictio latina defluxit: quis Seruius grammaticus stuppam a stipando dictam esse prodiderit. Plinius in. xix. quod proximum cortici fuit stuppa appellat. Deterioris lini lucernarum fere luminibus aptior: ab eodem stupparius malleus dictus quo lina tunduntur curanturq;. ¶ Spirantem carbunculum: prunã uiuentem ardentẽq;: quæcunq; spirant uiuunt: & quæcunq; uiuunt spirant. inde carbo spirans elegãter dictus scintillans: ardens: lucens. Illa. n. carbonis uita ẽ, sicut econtrario extinctus. q sine spiritu ẽ. carbo cũ in foco perlucet tempestatẽ præsagit. Lucianus nõ carbũculũ sed titionẽ ignitũ raptũ eẽ de foco tradit his uerbis. ἐκ τῆς ἑστίας κλέψας δαλὸν ἔτι θερμὸν. i. ex foco furatus Torrẽ etiã nũc ardentẽ. ¶ Meditullio. in medio ipsius sarcinæ stupparię: meditulliũ. n. dr̃ mediũ: super qua dictione in superioribus plura. Lucianus ἐνέκρυψε μέσον τοῦ φορτίου. Torrẽ intra stuppã clanculũ recõdidit. ¶ Fomẽto. Quis ignorat stuppã potentissimũ esse flãmæ suscitabulũ: & ignis alimentũ. Virgilius quoq; in Troianæ classis incẽdio posuit stuppam. Velut fomitẽ flammã corripuisse: extitisseq; uaporis incentiuũ. Fomenta a fouendo. i. calefaciendo dicta sunt, uocamus aũt generali uocabulo oĩa quæcunq; ad fouendũ sunt accõmodata, apud Pliniũ & Celsum frequens mẽtio est de fomentis: ægritudinũ fomites quoq; flammæ nutrimenta dñr: grãmatici assulas ex arboribus excussas fomites appellant: alii scintillas quæ ex ferro candenti malleis excutiunt. ¶ Suffugiũ. Sic silius Suffugiũ infœlix miseris & inhospita quercus. ¶ Vstrina. Crematio, exustioq;. ¶ Præuertitur. Præuenit: anticipat: prærterit: exustio enim ac flamma nõ sinit hominem meliora excogitare consilia: sed remedio præsentissimo sese quocunq; modo liberare compellit, præuertire significat Plautus anteponere: in captiuis inquit sequere te ut amittam ei rei primum præuerti uolo. ¶ Fortunæ nutus. Sicut dei & principis nutus pollens potensq; est: ita & fortuna nutu hylariore blandiri, interdum solet his quos mox grauius allidit & cernulat. ¶ Statuta morte. Quam mihi statuerat decreueratq; nequissimus agaso. ¶ Pridianæ. Prioris diei. pridianum enim a pridie: idest priori die denominatum est: pridiana obsonia dixit Suetonius in Tiberio: quæ supersunt die pristino, itẽ in Caligula, marcescẽte inqt stomacho pridiãi cibi onere. Pli. pridiana balnea appellat: qbus pridie hõ usus sit.

Virosus
Viriosus
Tortilis
Pensiles
cruciatus
Postilena
Ancipites
Anceps
p acuto
Cõtumelia factũ itur
Expurgata patientia
Calx
Stuppa
Stuppari9 malleus
Carbo
Spirans
Meditulliũ
Stuppa
fomes
flammæ
Fométa
Fomites
Vstrina
Præuertere

CON ceptaculũ.

conceptaculum aquæ lutulentæ proximum conspiciatus ibi memet improuido saltu totū abiicio. flammaque prorsus extinta, tandem & pondere leuatus, & exitio liberatus euado. Sed ille deterrimus se temerarius puer, hic quoque suum nequissimum factum in me retorsit, gregariisque omnibus affirmauit me sponte uicinorum foculos transeuntem, titubanti gradu prolapsum, ignem ultroneum accessisse, mihi etiam arridens addidit, quousque ergo frustra pascemus ignigenum istum, nec multis interiectis diebus, longe peioribus me dolis petiuit, ligno enim quod gerebam, in proximam casu iam uendito, uacuum me ducens, iam se nequitiæ meæ proclamans imparem, miserrimumque istud magisterium renuens querelas huiusmodi concinat. Videtis istū pigrum tardissimumque & nimis asinum, me præceteris flagitiis nunc nouis periculis etiam

¶ CONceptaculum. Lacunam signare uidetur. quæ (ut grammatici tradunt proprie) fossa est: qua stare cōsueuit aqua col lecta: alio nomine lamæ uocantur: de quibus Oratius, Viribus ureris per cliuos flumina lamas. Frontinus conceptelas ap pellat aquarum conceptacula: quas ipsemet piscinas interpretatur: sic scribens libro primo de aquæ ductibus. Nec uirgo nec appia nec alsietina conceptelas. i. piscinas habent. Lucianus græco uocabulo τελμα dixit: quod hic noster conceptacu lum. græci τελμα uocant locū cœnosum & lacunā: uerba Luciani hæc sunt. ριπτω εμαυτον του τελματοσ εστευγροτατον. proii cio memet in humectissimam lacunæ partem. ¶ Retorsit. Reflexit: conuertit, perinde ac ego huiusce noxæ auctor extitis sem. Lucianus. καὶ τουτογε ο τολμηροσ παισ προσελθων εμου κατεψευσατο idest audax puer domum reueniens in me hoc totum crimen coniecit: dicens meapte sponte in fo cum prosiliisse. ¶ Gregariis. A grege gregarii dicti: est autem gregarius uilior homo: qui in grege sit. Grega rios milites uocant uilliores, abiectoresq́, sicut econ trario egregios dicimus præcellentes & eximios: qua si exēptos ex grege, possunt quoq́ gregarii accipi pro pastoribus: qui gregibus pecuinis præsunt, ut exponas hoc in loco gregarios pro pastoribus siue mancipiis: quæ in eiusdem familiæ grege haberentur: supra dixit gregarius ille perduxerat: ubi exposuimus gregarium dici gregis armenticii nutritorem & præfectum. ¶ Ti tubanti. Vacillanti: & lapsabundo. Titubantia apud antiquos dicta est uacillatio. Suetonius refert Clau dium linguæ titubantia laborasse. Talipedare uerbū est priscum, quod significat titubare: uacillare & quasi talis insistere. ¶ Vltroneum. Me scilicet sponte & ultro in ignem accessisse. Hieronymus. Vltroneas aiunt pu tere merces. ¶ Ignigenum, Quasi ignis & flammæ pro genitorem auctoremq́: ignigenus quasi ignē gignens: contra ignigena ex igne genitus, sic poetæ Bacchum ignigenam uocant: ꝓpterea ꝙ igne Iouiali ex semeleꝑ genitus esse memoratur. ¶ Petiuit, Insidiose inuasit & agressus est, petere enim īterdū percutere est, inuadere: aggredi, idē petitiōes gladiatorꝝ agressiōes dictæ. Mar cus Tullius in catilinam, quot ego tuas petitiones. Ita coniectas ut uitari posse non uiderentur: parua quadam declinatio ne: & (ut aiunt) corpore effugi. Bouem cornupetam appellant: quasi cornibus percutientem, de quo iurisconsultus. si bos inquit cornu petere solitus petierit: aut mula propter nimiam ferocitatem. ¶ Ligno uendito. Lignis uenditis: singularis numerus pro plurali, ligni appellatio (ut scribit Vlpianus) nomen generale est: & proprie lignum dicimus, quicquid com burendi causa paratum est. Ideoq́ si cui ligna legata sint, quod comburendi causa paratum est continetur: siue ad balnei calefactionem, siue dietarum hypotaustrum: hæc uerba passim leguntur libro de legatis tertio. ubi acursius tanquam ali quid præclarum interpretaretur hypotaustras exposuit loca esse ubi stant ægroti, quod latinitatis seruantissimi ualitudi narium appellant. Sed nil mirum si in dictione mendosa mendosissimum dedit interpretamentum: cum in sinceris cecu tiens subinde hallucinetur: ego emendandum censeo hypocaustum siue hypocausin: siue hypocaustarium: tot enim mo dis dici potest: qđ uoluptariū interpretaṫ: ēst enim locus in quo ignis succendiṫ & erumpit. calefaciendis uaporādisq́ bal neis: cubiculisq́ præparatus. Vnde απο του υποκαίεσθαι. idest subter calefacere ac succendere est nominatus. Victruuius in qn to in describenda balnearum dispositione eleganter docet: quemadmodum supra hypocaustum, siue hypocausin ahena tria sunt componenda. unum caldarium: alterum tepidarium: tertium frigidarium: & ita collocanda: ut ex frigidario in tepidarium: ex tepidario in calidarium aqua influat: de his Papinius in primo siluarum. Tenuem uoluunt hypocausta uaporem. Plinius quoq́ in epistolis meminit hypocaustorum. Latini uaporarium interpretantur. Marcus Cicero in epi stola ad quintum fratrem. Ita erant posita: ut eorum uaporarium ex quo ignis erumpit esset subiectum cubiculo: erit ita q̃sensus hic iurisconsulti: legatis lignis contineri illud quod paratum est ad balneas calefaciendas, & ad hypocaustum die tarum, idest ad uaporariū cubiculorum: ut planius explicem: quod paratur ad calefacienda uaporandaq́ cubicula: qualia apud transmontanos sunt frequentissima: ipsi stuffas uocant. interdum enim uocabulis barbaricis utendum est: ut res eru ditior liquidius illustretur: nam illud ignis conceptaculum ad calefaciendam dietam non absurde hypocaustum dici pos set: dietæ autem: quarum crebra est mentio in libris iurisconsultorum historicorum poetarumq́ sunt cubicula siue cœna cula in quibus uiuimus: uersamurq́. Vnde a conuersatione uictuq́ uerbo græco dicta sunt διαιτῶμαι: enim significat ui uo & conuersor. Quidam nostro sæculo clarissimi: quos a me nominari in ea parte qua reprenduntur inhumanum est: dietas appellatas esse autumant ꝙ in eis die edatur: idq́ etymon fulciunt auctoritate Varroniana: nusquam hoc a Varro ne traditum lego, & quia non lego minime credo hæc esse Varroniana. A dieta dietarii uocantur: qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo, qui (ut scribit Vlpianus titulo de extraordinariis criminibus) plusquam fures sunt puniendi: in ibi perperam & corrupte legitur detractarii pro dietari. Non inuitus diuerto nonunquam, in extraordinaria hoc ge nus annotamenta, propterea ꝙ scio talia non minus esse iucunda & grata studiosis, q̃ ordinaria interpretamenta, in com mentariis Suetonii: Propertii: Tusculanarum secutus sum morem hunc: ut flosculos doctrinarum per interuella insere rem: & nodos scriptorum aliorum saluatim in transcursuq́ enodarem: quæ lectores (nisi mihi amici blandiuntur) ualde delectant, & ex illa commentatione continenti quasi lassescentes reficiunt: recreant, recentant. Sed iam domum repedan dum est: & institutum opus peragendum. ¶ Vacuum. Sarcina lignaria exoneratum. Lucianus dixit γυμνον καὶ αξυλον κο μιζων. ¶ Magisteriū renuens. Recusans officiū muniaq́ Asinarii & in beluas præfecturā: magistrare est moderari, & mon strare. unde magister: magisterium: magistratus deriuantur. ¶ Concinnat. Apte confingit & concinniter facit. ¶ Videtis. Apud Lucianum sic inquit τουτον δεσποτα τον ονον ουκ ιδεσ οτι βοσκομεν αεργὸν καὶ βραδειν, idest o domine nō uides ꝙ pascimus hunc asinum cessatorem & tardum. ¶ Nimis asinum. Allusit ad asinorum naturam. qui fere tardigradi sunt & pigri. hinc optimo epitheto dixit poeta. Tardi costas agitator aselli. ¶ Præ cæteris. Præter cætera flagitia.

Lacuna
Lama
Cōceptelæ
Gregarius
Titubātia
Talipedare
Ignigenus
Ignigena
Petere
Petitiones gladiatorię
cornupeta
Ligni appellatio
Hallucinatio
acursii
Valitudinarium
Hypocaustum
Vaporariū
Caldariū
tepidariū
Frigidariū
Stuffæ uocabulū barbarꝝ
Dietæ
Dietarii
Magistrare

angit,ut quemq;.n.uiatorẽ proſpexerit,ſiue illa ſit uetula mulier,ſiue uiro nubilis,ſeu tener puellus ſeſe illico diſturbato geſtamine,nõnunq̃ etiã ipſis ſtramentis abiectis furens incurrit,& homines amator talis appetit,& humi proſtratis illis inhians,illicitas atq; incognitas temptat libidines & ferinas uoluptates, auerſam uenerem inuitat ad nuptias.nã imaginẽ, at ſauii mentiendo ore improbo cõpulſat ac morſicat, quæ res nobis nõ mediocris lites atq; iurgia, immo forſitã & crimina pariet.nũc etiã uiſa quadã honeſta iuuene ligno (quod deuehebat)abiecto:diſperſoq;,in eam furioſos dixerit impetus, & feſtiuus hic amaſio humo ſordida proſtratã mulierem,ibidẽ in corã omnium geſtiebat inſcendere,quod niſi ploratu geſtuq; fœmineo cõclamatũ uiatorũ præſidium accurriſſet, ac de mediis ungulis ipſius eſſet erepta,liberataque. miſera illa compauida atque dirupta ipſa quidẽ cruciabilem cladem ſuſtinuiſſet,nobis uero pœnale reliquiſſet exitium. Talibus mendaciis admiſcendo ſermones alios,qui mecum uerecundum ſilentium uehementius premerent, animos paſtorum in meam perniciem atrociter ſuſcitauit. Deniq; unus ex illis, quin igitur publicũ iſtũ maritum inquit,imo cõem omniũ adulrerum,illis ſuis monſtruoſis nuptiis condignã uictimamus hoſtiã,& Heus tu puer ait,obtruncato protinus eo,inteſtina quidem canibus noſtris

ANGIT.Cruciat:torquet.angor animi eſt & corporis cruciatus:ab angendo angina dicta:quę morbus angit fauces & ſtrangulat:græce ſynãche appellatur:uulgo ſquinãtia:& ita apud Hippocratem paſſim legitur.Morbus eſt acutus mortiferuſq; ſtatim necans niſi citiſſime ſuccurratur:hinc angerona quoq; dea nominatur : cui a Romanis ſacra inſtituta ſunt ad anginam propulſandam arcendamq;.cũ omne genus aĩaliũ:quodã tpe angina conſumeretur:cuius feſta angeronalia dicebantur:hæc diua præſul ſilentii habebat.Ideoq; eius ſimulachrũ fit pnexo obſignatoq; ore.tradunt tutelarem deum urbis Romæ fuiſſe angeronã:quæ digito ad os admoto ſilentium denunciat:quaſi monens ſilendum eſſe alterum urbis Romæ nomen quod in arcanis cerimoniaꝝ habebat: quod in uulgare nefas erat:auctores Pli.Solinus.Macrobius.Feſtus.cæteri.illud adde qđ anginã uinariam habere dicuntur:qui uino ſuffocantur.℣ Viatorẽ.Generali uocabulo uiantem:alias uiatores nominati ſunt miniſtri,qui ex uillis Senatores accerſebant in curiam (auctores.M.Tullius.Plini⁹.& Columella) ℣ Siue ſit uetula . Lucianus. επαν γυναῖκα η παρθενον καλην καὶ ωραιαν ιδεν η παιδα απολακτισας επεταιδε δρομω επ αυτους.i.ſi mulierem uel uirginẽ formoſam ac uiro maturam:ſiue puerum uiderit calcitrando furens eos curſu inſectatur. ℣ Viro nubilis.Iam matura uiro:iam plenis nubilis annis : quartodecimo ætatis anno hoies pubeſcunt. Tũc enim moueri icipit uis generationis in maſculis:& purgatio fœminaꝝ.Tũc puellæ maturæ uiro ſunt & nubiles,tunc maſculi aliena tutela eximuntur,quaſi uirili iam robore muniti:fœminæ uero pp uotorum feſtinationem maturius biennio legibus a tutela liberant. Iuſtinianus Imperator libro primo inſtitutionum conſtitutione imperatoria pubertatẽ in maſculo terminat (ut diximus)poſt decimũquartũ annum:fœminas uero poſt duodecim annos completos uiri potẽtes nubileſq; eſſe ſancit.℣ Puellus.Antiqui puellos dixerũt pueros:ut.M.Varro.Lucilius.Trãquillus:& cæteri.græce.παιδίον καὶ παιδάριον noiatur. ℣ Geſtamine. ſarcina. ℣ Amator talis.Aſinus aſinas appetere debet inſtinctu naturali,hoc uero monſtrum eſt ſi hoies appetit: & cum hoibus concubere geſtit.℣ Inhians.ſitiẽter deſyderãs,& cupiẽter appetẽs.℣ Dicimus inhio huic rei: & hanc rem,cũ datiuo & accuſatiuo.Martialis:inhians Gazæ:ut magnus draco:quem canunt poetæ. Statius: fraternos inhiantẽ obitus: qui appetenter quippiã & immodice cõcupiſcit ore patulo & hianti imminet incumbitq; rei expetitæ.Inde ihiare dictũ pro cõcupiſcere.℣ Inuitat ad nuptias.Symbolicos:& uelamẽto uerboꝝ uerecundo concubitũ ſignificat.Lucianus quoq; cõſimiliter græce dixit γαμειν εβουλετο. uxorem ducere uoluit.℣ Auerſa Venere.Cõcubitũ puerilem:& obſcœnum atq; præpoſterum:eleganter auerſam Venerem appellat.Iulius Capitolinus in uita Albini imperatoris,mulierarius inquit fuit inter primos amatores auerſę Veneris ſemper ignarus.Marcus Cato in hoiem muliebria patientẽ aduerſus inqt:& auerſus ipudicus es:præpoſtera quoq; & poſtica libido nũcupat auerſa Venus: de qua dixit Plinius ſeueriter & ſancte:in hoium genere maribus diuerticula Veneris excogitata omnia ſcelera naturæ,fœminis uero abortus, quantum in hac parte multo nocentiores q̃ feræ ſumus: quicunque horoſcopum habuerit ĩ quarta parte Capricorni præpoſteris libidinum amoribus mulieres perſequetur:ut docet maternus in ſeptimo.item ille cum uxore ſua impuro coitu miſcetur,in cuius horoſcopo Iuppiter:& Mercurius poſiti fuerint in occaſu:& eos Saturnus diametra raditione percutiat.Coitum auerſum eſſe elephantis:camelis:tigribus:leoni: cuniculis tradunt,qbus auerſa ſunt genitalia.℣ Sauii.Baſii,oſculi. ℣ Morſicat.Lucianus.δακνει εν φιληματος σχηματι:ideſt mordet ſub oſculi prætextu:morſicatim aduerbium eſt quod ſignificat cum morſu,quod alio quoq; aduerbio mordicus dicitur. ℣ Lites pariet. Lucianus.ἐκ τουτου σοι δικας καὶ πραγματα παρεξει.i. ex hac re lites tibi & negocia faceſſet. ℣ Quadam iuuene.De fœmina dictum,ſic Ouidius. Siue petis iuuenem:iuuenes tibi mille placebunt.Plinius in ſeptimo.Cornelia iuuenis eſt & parere adhuc poteſt.℣ Amaſio.Amator:declinatur amaſio amaſionis pro amatore uſurpamus, ut adagium & adagionẽ dicimus ꝓ prouerbio.ſic amaſionem & amaſium apud Plautũ ὑποκοριστικως amatorculus pro humili puſillo minuto amatore ponitur.℣ In coram omnium,archaiſmos pro coram omnibus. Terentius : uereor te in coram laudare.Sic & infra in.x.dixit. iuniorem in coram ſui funerari uidebat.℣ Inſcendere.Suagitare. ℣ Compauida. Paueſcens: tremiſcenſq;.Romani codices habent compauita:quod non diſplicet,ut compauita ſignificetur complanata, compreſſa, conculcata:ab aſino.ſicut pauimenta pauiendo coæquantur & piſtatione ſolidantur.℣ Dirupta.Enormitate ſcilicet genitalis Aſinini.℣ Pœnale.Noxium:peſtiferumq;.a pœna pœnale deducitur. ℣ Publicum maritum.Feſtiuiter nec minus decenter Aſinum appellat publicum maritum:tanq̃ fœminas omnes inire ac ſubagitare cupiẽtem. De Cæſare dixit Curio: eum eſſe oium uiroꝝ mulierem: oium mulierũ uirũ : a Iuuenale quoq; dictum eſt. fiet amator publicus . ℣ Monſtruoſis nuptiis,illæ nimirꝝ monſtruoſæ portentoſæq; ſunt nuptiæ,quæ inter diſpares fiunt,quibus iumenta & hoies copulantur. quæ inter Aſinũ fiunt:& fœminam.Naturalis.n.cõiunctio & coitus ille eſt:ut Aſinus Aſinæ.Equus equæ.Hõ homini cõiungat.Nãq;(ut docet Ariſto.in pblematis) ĩ totũ cognata cognatis & ſui generis cõcumbunt.℣ Victimamus.Imolãus. ſacrificamus,uictimarii dicti q pſunt hoſtiis imolãdis.℣ Hemus tu.Lego heus tu.ut uox ſit uocãtis inclamantiſq; puerũ.

Angor
Angina
Synanche
Angerona
Angeronalia
Angina uinaria
Anno bis ſeptio pubertas
Fœmina uiripotens xii.anno
Puellus
inhians
Auerſa uenus
Auerſus & aduerſus ipudic⁹
coitus auerſus elephanto
Morſicati
Mordicus
Iuuenis Fœmina
Amaſiões
Amaſii
Amatorculi
In coram omnium
Cõpauita
Pœnale
Publicus maritus

ℂ IActa.

¶ Acta,iactato:pijcito.iperãtis est uerbũ.Lucianus ἀπόσφαξατε αυτον καὶ τα μεν εγκατατοῖς τυσι δότε,καὶ τα κρεατο:ο εργα τοις φιλαξατε.i.ipsum iugulate:& intestina qdẽ canibus date:carnes ãt operariis reseruate.¶ Affirmatum,cineris insperium.Sic emẽdo offernatũ cineris insp̃su,ut sit sensus Dominis reportabimus Asini coriũ offernatũ,hoc est purgatũ,induratũ,concinnatũ.inspersum.i.inspergine cinerulẽta.¶ De lupo.Lucia.λυκουτοι τον καταφευσασθε.i.a lupo interẽptũ mẽtiamini.¶ Pastoralis sñia.Quã unus ex pastoꝝ grege dixerat.¶ Calcis admonitus.Ictus ille calcis residebat in mẽoria pueri agasonis: nã ut igt Lu.ει χωσαι τουτοτο λεξειν μνημη:sñia catholica ẽ.cui dolet mẽinit:cui placet obliuiscit.mẽoria iniuriaꝝ imortalis est: beneficioꝝ obliuiscimur.Attamẽ(ut inqt uerissime Seca)magni ai ẽ iniurias dispicere.hic laudatur.M.Cato: qui p iprudentiã a quodã percussus:eidẽ postea satisfacienti nõ memini inqt pcussum me:in laudẽ Cæsaris dixit.M.T.q nihil obliuisci soles nisi iniurias.¶ Inefficacem.Quæ uidelicet agasonẽ nõ peremerit.¶ Bellum.Elegantẽ:scitũ:uenustũ.¶ Seruitio necessario.Columella i.viii.plurima inqt Asini & necessaria opa supra portionẽ rñdent:cũ & facilẽ terrã aratris pscindat: & non minima põdere uehicula trahat.Iã uero molaꝝ & cõficiẽdi frumẽti pene solẽnis est huius pecoris labor.oẽ rus tã maxie necessariũ instr̃m desyderat asellũ: q plera q utẽsilia & uehere in urbem & reportare collo uel dorso cõmode põt.¶ Cotis atritu.Inter oparios lapides sunt cotes ferro acuẽdo pstantissimæ.Multa eoꝝ genera creticæ diu maximã laudẽ habuere:ex cotibus aliæ sunt aquariæ:aliæ oleariæ:qles in tonstrinarũ officinis hr̃i solẽt: inter aquarias laus maxima fuit maxiis mox armeniacis:ex oleo & aqua ciliciæ pollẽt: sunt.n. oleariæ simul & aquariæ.Sunt qdã quoq saliua hois pficiẽtes.Cos ut inqt decẽter Ora.ferrũ acuere põt cũ ipsa exors secãdi fit.Aristo.irã dixit cotẽ eẽ uirtutis.Silius & Cor.Ta.ferꝝ saxo exasperari scribũt.itelligi uolentes cote acutũ fieri.Diminutiuũ cotis ẽ coticula.Verũ coticulæ alius usus:alia significatio ẽq̃ cotis.Nã coticulæ(ut docet Pli.in.xxxiii.)sunt lapides:nõ ad ferrũ acuẽdũ:sed repti in expimẽtũ auri argẽtiq:his coticulis utunt aurifices periti cũ e uena rapuerint lima experimẽtũ ptinus dñt q̃tũ auri sit in ea:q̃tũ argenti uel æris scrupulari dr̃ia:mirabili rõne nõ fallẽte.hũc lapidẽ alii heracliũ:alii lidiũ uocãt.illud adde cotarios dici fodinas cotis loca.i.igb⁹ cotes fodiunt.Vlpia.titulo de publicanis sic refert,Cæsar cũ isulæ cretæ cotorias locaret legẽ:ita dixerat.Antiq deco tes togas dixerũt detritas a cotis attritu.¶ Exectis geni.amputata uirilitate.Luci.λαβων αυτον εκτεμε.Cape ipm & castrato ¶ Nullo mõ.Legẽdũ ẽ ullo mõ:aut duæ negatiuę pticulę uni⁹ significãtiã hẽbũt ex ritu.i.& cõsuetudie priscæ loquutionis.M.V.nõ mõ ignorasse me clamat:sed oino ois heroas negat nescisse.¶ Corpulẽtior.Nulla res ita exhaurit corp⁹ & attenuat sic frequẽs i cũctis fere aiantib⁹:ecõtrario nihil magis firmat uires & corpulentiã facit q̃ Veneris abstinẽtia:hic illud Maronianũ.Sed nõ ulla magis uires idustria firmat.Quã uenerẽ & cęci stimulos auertere amoris:sic galli gallinacei macrescũt iguine exhausto.castrati pinguescũt.capones.n.ut i qt ille coacti nõ amare pinguedie glisciũt:sic eq:sic asini:sic cætera iterdicto p castrationẽ coitu fiunt corpulẽtiora hebitioraq.Lucia.in hũc sensum.ως γαρ εστ ταφος δε τουτ αυτης ορμης αφεστεις ημερος τε ευθυς και πιων εσται.i.subductus ab hoc impetu libidinis mãsuet⁹ stati erit & pinguis.¶ Ob id truces.Scilicet añ oẽs:furor ẽ isignis equoꝝ.ut scribit Columella libidinis extimulet furiis:psæpe admissarii eq furẽtes i libidinẽ afferũt gregi pniciẽ:& ferocia isanientes abruptis uinculis grauidas inqetant,ceruicib⁹ dorsisq fœminaꝝ morsus iprimẽtes.Qd̃ ne faciãt paulisp ad molã uincti amoris seuitiã labore tẽperãt.q ergo truces ferocesq libidine uisunt.iidẽ castrati fiũt mitiores mãsuetiores q.¶ Detestatiõe.qdã corrigũt desecatione:p exectione genitaliũ amputationeq uirilitatis: mihi oppido q̃ placet ut legas detestatiõe:qd̃ uocabulũ nouũ mire cõgruit nouatori:opificiq uerboꝝ Apuleio:itaq elegãter detestatio signat testiũ abscessio:emasculatioq a testib⁹ uidelicet:hoc ẽ testiculis formata dictiõe.Als detestatio dr̃ denũciatio scã cõtestatione(ut docet Vlpianus) Alias ponit p execratione.Apocopi eleganti uocabulo dñr a Iulio mr̃no castrati q̃si abscissi amputata uirilitate.Castratoꝝ quoq illa noĩa sũt eunuchi:spadones,thlibiæ & thlasiæ,priora uocabula oib⁹ nota: posteriora pluribus ignota a me expliceant in cõmẽtariis trãqlli,& corrigunt in libris iuris cõsultoꝝ.¶ Mãsues exide factos.Aristo.auctor est spadões ex castratione effœminatos fieri trãsmutari in nãm muliebrẽ.Ideoq sicut mulieres,ita & spadones eẽ cruribus ulcerosis nec uaricosos fieri:cõsimiliter eq asini cæteriq aiantes abscissis testib⁹ effœminãt:fiũtq redistincta p emasculationẽ ferocia mãsuetiores tractabilioresq:mãsuetũ dñt q̃si manu assuetũ:q oĩa quę sunt natura fera manuũ pmulsiõe mitesc̃ãt,Mãsues,p mãsuet⁹ usurpat apud antiquos.Acti⁹.Nũc sine mr̃e misericordia mãsues fit.¶ Nisi uolẽtib⁹.Per anastrophẽ expone.i.si uobis uolẽtib⁹ psuadeo.¶ Mercatũ.Emporiũ signat.forũq reꝝ uenaliũ.¶ Obiisse.adisse,accessisse.hæc.n.ppositio ob iterdũ signat ad ut ob os:& obire adire.¶ Ferramẽtis.ferramẽta itelligit,q̃ castratori noiat.Palladi⁹ in prio.Itẽ cauteres castratoria ferramẽta,atq tonsoria:uel q̃ ad aialiũ solẽt ptinere medicinã.Quod cauteres dixit Palladius,scito sic appellari istrumẽta chirurgi.siue ferramẽta,qbus ignitis & cãdẽtibus urunt putridæ carnes:& ulcera:qñ.n.lenia medicamẽta nil psunt,Austeriore hac & mordaciore medicina uti solemus.Eadẽ cauteria quoq dñr.Caustica uero medicamẽta sunt habẽtia uim causticã.i.uentrẽ.Hinc illud,puerbiale apud Hieronymũ:putridæ carnes.ferro curant & cauterio.ide cauteriata cõscia a Paulo Apostolo in Epľa ad Timotheũ dr̃ quasi cauterio notata,q̃lis in Hippocratis est.illud adde dignũ annotatu.Cauteria dici quoq instrumẽta pictoꝝ qbus utunt peculiariter in ea pictura.quę encaustice appellat.quæ fit coloribus inustis:& resolutis igni ceris,de qua Pli.in.xxxv. de qua intellexit Oui.illo hemistichio.Tabulasq coloribusq uris.De cauteriis in hoc significatu.Martianus iurisconsultus Titulo de fundo instructo sic refert,pictoris instrumẽto legato ceræ colores similiaq hoꝝ legato cedunt.Item puniculi & cauteria & conchæ.

iacta,cæterã uero carnẽ oẽm opariorꝝ cœnæ reserua. Nã coriũ affirmatũ cineris insp̃sũ dominis referem⁹ eiusq mortẽ de lupo facile mẽtiemur.Sublata cõtatione accusator ille meus noxius, ipse etiã pastoralis executor sentẽtiæ lætus,& meis isultãs malis,calcisq illius admõitus quã inefficacẽ fuisse me hercules doleo,ptinus gladiũ cotis attritu parabat.Sed qdã de cœtu illo rusticoꝝ nefas ait tã bellũ asinũ sic enecare, & pp luxuriã lasciuiãq amatoriã criminatũ, opera seruitioq tã necessario carere.cũ alioquin exectis genitalib⁹,possit neq in Venerẽ ullo mõ surgere,nosq oi metu periculi liberare.insup ẽt lõge grassior,atq corpulẽtior effici.Multos ego scio nõ mõ asinos iertes ueꝝ ẽt ferocissimos equos nimio libidis calore laborãtes,atq ob id truces uesãosq adhibita tali detestatione:mãsuetos ac mãsues exinde factos,& oneri ferẽdo nõ ihabiles,& cæteri misterii patiẽtes.deniq nisi uobis suadeo uolẽtibus, possum spacio modico interiecto,quo mercatũ proximũ obire statui,petitis e domo ferramentis,huic curæ pparatis,ad uos

Cui dolet meminit
Nõ memini me pcussum
Aselli utilitas
Cotes aquariæ oleariæ
Ira cos uirtutis
Coticula
Cotoriæ cotifodinæ
Decotes togę
Duæ negatiuæ negãt
Negat nescisse
Rara uen⁹ ad pinguitudinem
Equi in uenerẽ ruunt
detestatio emasculatio
Apocopi
Spadones similes fœminæ
Mãsuetus
Mansues
Castratoria ferramẽta
Cauteres
Cauteria
Caustica
Cauteriata cõscientia
encaustice
cauteria pictorum

Actutum
Dissitum
Adsitum
Agretii
incuria
Locus
Oratii

CACTVtum. Confestim: euestigio: sine dilatione: aduerbium est temporis. Ouidius quos equidem actutum: sed quid prædicere pœnam attinet. Virgilius. Actutum pius Aeneas atq; integer æui Ascanius. ¶ Dissitis femoribus. Disclusis diuaricatis diductis: dissitum media corepta dicimus distās remotum disclusum. Et contrario adsitum adiunctum ac propinquum. Dissitum quasi procul situm. Adsitum iuxta situm. In floridis: hæc duo ueluti inter se contraria opposuit atq; disparauit sic scribens: homines neq; longule dissita: neq; proxime adsita possumus cernere. Agretius grammaticus adsitum dicit esse cui aliquid ut sustineat adiungitur: citatq; Oratii testimonium ex epistolis: qua populus adsita certis limitibus tanquam populus arbor: ab Oratio adsita nuncupetur, quia uitibus maritatur. Ego uero ab agretio dissentiens ita interpretor, ut populus adsita dicatur ab Oratio: arbor sita positaq; iuxta certos limites: ad iurgia inter conterminos dirimenda. Quales hodieq; in limitibus agrorum conspiciuntur: & ita adsita simpliciter accipietur pro opposita ad limites agrorum: & fines siue maritata sit uitibus siue celebs: immo fere semper in collimitio agrorum: sunt arbores incultæ minimeq; frugiferæ. Qui sumpserit in manum nouissimam Oratii epistolam: eamq; accurate perlegerit: is haud dubie cognoscet interpretamentum hoc nostrū cum oratiana sententia adamussim conuenire: illud autem agretii affectatum esse nimis & præstigiosum: igitur ut ad rem redeamus femora discluduntur dissepantur disiunguntur: & ut dixit Apuleius dissita fiunt in Asino: quem ferramentis castratoriis uelis ex-

Emascula-re
Emascula-tores
Euitare
Euitati

castrare: & abscidere uirilitatem. ¶ Emasculare. Excastrare & mascula uirilitate uiduare: emasculatores elegantī scitoq; uocabulo dicti pedicones: & puerorum subactores atq; libidine præpostera abutentes: quos græci ορσενοῖται uocant: nam tales quasi emasculant pueros concubinos & catamitos: qui uicem implent præstantq; fœminarum: prorsus effœminati: & in sexū muliebrem pene reformati: consimile est uerbum illud euitare: quod significat uiro uirilitateq; spoliare: inde euirati molles dicuntur: & fluxi. quos pœnitet ꝙ uiri nati sunt. Martialis: cum sis cinedo euiratior fluxo. Veruece. Lucianus. καὶ σοι τουτον σωφρονεστερον προβατιου παρεξω τῃ τομῃ. idest hunc tibi modestiorem ouicula reddam ex sectione. ¶ Veruecem uocant arietem castratum: & cui dempti sunt testiculi: a uersa natura dictus ueruex: ut interpretatur Marcus Varro. Mitigari autem ferociam arietis quando transfiguratur in ueruecem exectis genitalibus: opiliones: & ouiarii pastores optime norunt, probroso ignauiæ maledicto Plautinus Seruus ueru ecea statua inclamitatur a domino ferocia arietis cohibetur cornu iuxta autem terrebrato. Aries mutilus mitior est, nam cornutus frequenter in pugnam procurrit & fit in fœminas quoq; procatior: nec non riualem uiolentissime persequitur, ubi fit ueruex mitigatur & mansuescit. Mansuetarii ab antiquis dicti magistri mansuetudinis, qui feras docent mansuescere, quicunq; nati fuerint oriente signo septētrionis erunt mansuetarii ferarum: idest qui ursos uel tauros: uel leones deposita feritate humanis conuersationibus socient, auctor maternus. Cicurare uerbum uetus est, quod signat mansuefacere, ut docet Marcus Varro. Vnde cicur ingenium pro mansuetum: & cicures animantes quæ sunt placidæ mansuefactæ, exarmatæ: hoc enim quoq; nomine appellantur feræ exuta feritate. Lampridius in heliogabalo habuit leones & leopardos exarmatos in deliciis: quos edoctos per mansuetarios, subito ad secundam: & tertiam mensam iubebat accumbere. ¶ Extunc. Ex illa hora, & temporis momento, sicut exnunc dicitur, pro ex hoc tempore & hora, quidam codices habent extremæ, extrema autem pœna mortis est: & ut inquit Celsus iurisconsultus ultimum supplitium solam mortem interpretamur. ¶ Mœrebam. Lugebam: lamentabar. Lucianus ἐγὼ δὲ ἤδη καὶ δὲ ἀκρυον ὡσ ἀπολέσων αὐτίκα τὸν ἐν τῷ ὄνῳ ἄνδρα. idest ego flebam perinde ac perditurus statim in asino uirum. ¶ Nouissima parte. Idest genitalium abscissione. ¶ Pariturum. Lego periturum hoc est moriturum. ¶ Inedia continua. Quibus inedia mori & abstinentia cibi consilium est: hi septimo die mortem oppetunt. Plini. in. xi. homini non ante diem septimum letalis inedia durasse, & ultra undecimum plerosq; certum est, inedia nostri cibi abstinentiam dicunt, græci νηστείαν. Hippocrates in Aphorismis γέροντες εὐφορώτατα τὴν νηστείην φέρουσι. idest inediam facillime sustinent senes. ¶ Moriturus. Tanquam non integer sed mutilus moriatur: qui moritur præcisis genitalibus quæ numerantur inter membra principalia. Namq; Auicena & Galieno auctoribus. membra pricipalia sunt quatuor. Cor. Celebrum. Iecur. & genitalia. ¶ Deconctor. Demoror, & contabundus insisto. ¶ Peremptor. A uoluntate non ab effectu peremptorem appellat agasonē, qui perimere ipsum quoquo mō destinauerat, sic poeta maritos dixit, nō q eēnt sed q eē cuperent, illo uersu. Quos ego sum totiens iam dedignata maritos. ¶ Me destinato. Deligato: peculiaris in hoc significatu. dictio Apuleiana. ¶ Vastissimę illicis. Inter glandiferas arbores est ilex: cuius glans breuis est: & gracilis. quam Homerus acylon appellat. Iligna glans suem facit: angustam nitidam stringosam ponderosam. Pli. auctor glandiferi generis arbores fere oēs uastitate: & enormitate immodica luxuriant. Ciuica corona, quę seruatori ciuis in bello dabatur iligna primo fuit: ab ilice ilicetum dictum, locus ilicibus plenus: sicut a quercu quercetum, ab esculo esculetum. ¶ Ecce de proximo specu. Hæc particula ecce: ut Pedianus Asconius & Donatus annotauerunt inopinatum improuisumq; denunciat malum. Quod apud Vir. & M. Tullium curiosus lector aspiciet. hæc autem omnia Apuleiana sunt: indicta omissaq; a Luciano. Noster. n. latius fusus copiosius Asinum suum opimat farcitq; q̄ græcus Lucianus. ¶ Proserpit ursa. Mares in omni genere fortiores sunt. præterquā in pantheris: & ursis, auctores Aristoteles & Plinius: itaq; scitissime ursam dixit potius q̄ ursum: ut pote fortiorem truculentioremq;: sic & Oui. scena truculentior ursa. ἄρκτος græce dicitur ursa. Vnde arctomys dr̄ aīal habens similitudinē muris & ursi, a Hieronymo interpretatur ursus mus fideliter magis q̄ fœliciter, prouerbium est apud græcos ἄρκτου παρούσης ἴχνη μὴ ζήτει, ursa præsente ne quęre uestigia: dicit̄ autem de timidis uenatoribus. ¶ In poplites recello, retraho & cessim reduco: poplites sunt sub genibus. Elephas poplites intus flectit hominis modo. Cætera animalia in diuersum.

Veruex
Aries mutilus mitior
Mansuetarii
Cicurare
Cicur ingenium
Cicures
Exarmata fera
Ex tunc
Vltimum supplicium mors
Inedia lætalis die septīo
mēbra pricipalia quatuor
Ilex acylos
Iligna glans
Ilicetum
Ecce
Vrsa fortior urso
arctomys
ursus mus
Prouerbiū de timidis
Poplites

Nulli peiores inimici profecto sunt q̄ personati: q̄ occulti: q̄ simulato amicitiæ tegumēto inuoluti: quos cuncti detestant: de qbus Cecilius uere ac diserte scripsit: hi sunt inimici pessimi fronte hilaro: corde tristi. quos neq́ ut apprendas: neq́ ut mittas scias: ad hanc sniam nō absurde referri potest Plautinū illud. Lupus est homo homini: cum qualis sit nō nouit. grāmatici annotant fidos in maximis dici fideles in minoribus negociis. itē fidos esse amicos: fideles seruos: sed hæc indiscrimina tim apud idoneos auctores usurpant: neq́. n. decet friuolis grāmaticoꝝ obseruationibus: astringi classicos sū matesq́ scriptores. ¶ Cœna pôculoq́ cōi. Mensam ueteres amicitiæ cōciliatriculā eē dixerūt: sæpeq́ i cōuiuio iuēt⁹ ē amic⁹ fidelior: crescitq́ beniuolētia ex cōsuetudine cōtubernalitatis: puerbiū græcū ē dignū scitu: nec indignū mēoratu αυτοματοι δε αγαθοι αγαθων επι δαιτας ιενται. i. boni ad cōuiuiū bonoꝝ ultronei erūt & inuocati: tāq̄ fas sit bono uiro ire ad cœnā p̄bi amici sine uocatione: q̄ ex re cariores iter se fiūt & cōiūctiores: auget. n. beniuolētiā cōsuetudo: hoc ego ꝑpe peculiariter facio cū meo Roscio: ut illi⁹ cōuictor sim frequēs: citra uocatione: ut Roscioꝝ domo pinde utar ac mea: in q̄ mihi oēs libēter ac dominis obsecunt: & cū ego ex meis morib⁹ cœnē foris nō libēter: tñ libētissime cœnito & prāsito apd̄ Roscios: ubi nō extrarius eē uideor: sed domestic⁹: ubi semp de lris lratis cōfabulationes iucūdissimę iterserunt: ubi uita degitur hilarior & amœnior. Oipotens deus faxit: ut in hoc contubernio dulcissimo diu pmanere: & florentes beatam uitam uiuere possimus. ¶ Romam. Dictio hoc in loco futilis: & nihil ualēs: ac intempestiua: pro qua substituto uel rotā uel foueam: utrūq́ enim amori congruit. De rota cupidinis auctorem habes Plautum sic scribētem in castellaria: iactor: crucior: agitor: stimulor: uer sor in amoris rota miser. Foueam ait & pedicas & casses dici quis ignorat. Trāslatione decētissima a feris facta: q̄ foueis: & cassibus capiunt. Irretiūturq́ itidē amātes irretiti lapsiq́ tenentur. ¶ Quid ni? Quare nō? Comica locutio. Horati⁹: militia est potior qd ni? Cōcurrit horæ momēto: sæpe annotauimus hāc pticulā comicis poetis eē familiarē. ¶ Flāma sæui amoris: p catholicā sniam docet amorē ab initio eē modicū: & modico uapore calēte: q mox exæstuet gliscatq́ i icēdiū imodicū: & cūcta cōburēs. Xenophon scri. amorē igne ac flāma eē flagrātiorē: qppe cū ignis urat tāgētes: & pxia tm cremet: amor ex lōgīquo spectātes torret: iflāmat: icēdit. Seneca i tragœdia: cui titulus ē octauia: tradit amorē eē blādū aī calorē: q iuenta genitus luxu & ocio nutritur inter læta fortunæ bona: quē si fouere aut alere desistas cadit. ¶ Fomento cōsuetudinis. Consuetudo magnum est amoris incendium: unde merito & scite dicta cōsuetudo Veneris ancilla: & ut ait Lucretius: consuetudo cōcinnat amorem. ¶ Clandestinis colloquiis. Mysteria Veneris in arcano habēda sunt: minimeq́ inuulganda. Amor furtiuus esse debet occultus clandestinus: & ut inqt Amasi. poeta: celari uult sua furta Venus. Militaris disciplinæ pceptu3 est. Quod facturus sis tractato cum paucissimis ac fidelissimis: uel potius ipse tecum: hoc idem optime præcipi potest: militiæ cupidine sectatoriæ: ut ipse sibi dux comes signifer sit: ut clā latenter furtim ipsemet amicam alloquatur: si potest si minus p fidum internuncium. Furtiuū opertūq́ alloquium amātium apud priscos fuit iscribere corpus lacte herbæ quā tithymallū uocant: alii lactucam caprinā: & ita amicas clandestino alloquebantur. ¶ Copia custodientium. Custos est castitatis necessitas: sed plerunq́ infida. nam ut inquit uerissime diuus Hieronymus. Quid prodest etiam diligens custodia cum uxor seruari impudica non possit: pudica non debeat. ¶ Gliscentis affectionis. Amorem coniugalem signat: qui ex nouitate iucundior in dies magis magisq́ gliscebat: hoc est crescebat: & augebatur inter neogamos: idest nouos maritos: uera est Medius fidius illa Propertiana sententia: omnis amor magnus: sed aperto in cōiuge maior. Seneca quoq́ in laudem amoris maritalis sic scripsit: perhennis amor coniugis castæ manet. inter affectiones potentissima & firmissima affectio amoris coniugalis: ubi adest illud Catullianum. Mutuis animis amant amantur. ¶ Gliscentis. Crescentis: ut sæpe annotauim⁹. ¶ Incōmodaret rudimētū. Tyrociniū: primitias: palæstrā Veneris: primitiuā icōmodaret hoc i loco positū uī nō tāp ipediret q̄ p cōmodaret p̄beretq́. ¶ Furatrinæ cōiugalis. Furtiui cōcubit⁹. Mart. furatrina elegāti uocabulo p furtu & re furtiua dicit codē idicatu: quo futrina: moletrina: feratrina: ueteres moletrinā: ut id trāseūter explanē: dixerūt ꝑ pistrino a molēdo. s. ¶ Impellit. Iuxta illā sniam notissimā. Nitimur in uetitū semp cupimusq́ negata. ¶ Spe ætate. Spes quā græci ελπιδα uocāt: q sola i terris remāsit: ut cecinit Hesiodus: cūctos ferme mortales fouet: ac pascit: cū i pmis uero amatores spe alunt: q melt⁹ cras fore semp ait: (ut inqt Tibullus) a Seneca quoq́ dictū est: o spes amātū credula. Itaq́ spes & ætas iuuenilis: q maxima sunt in amore psidia: Thrasillo psuaserant facile effectu fore quod concupiscebat.

Fidus Fidelis Prouerbiū Boni ultronei in cōuiuio Cōuictor peculiaris Minii Roscii Rota cupidinis Quid ni Amor igne flagrantior Mysteria Veneris nō inuulgāda Impudica seruari nō potest Perhennis amor cōiugis castæ in cōmodaret Furatrina Moletrina Spes alit mortales

in capreis feritatis est,nec.n.Charite maritum suũ quærere patiebatur bestias armatas dente uel cornu. Iamq; apud frondosum tumulũ ramosumq; densis tegminibus,umbroso prospectu uestigatorꝝ,obseptis capreiis.canes uenationis indagini generosæ, mandato,cubili residentes inuaderent bestias,imittuntur,statimq; solertis disciplinæ memores, partiti totos præcingunt aditus, tacitaq; prius seruata mussitatione signo sibi repentino reddito,latratibus feruidis, dissonisque miscent omnia, nec ulla capra, nec pauens dammula, nec præ cæteris feris mitior cerua, sed aper immanis, atq; inusitatus exurgit,toris callo secutis obesus, pilis inhorrentibus, corio squalidus, setis insurgentibus spinæ hispidus

Genera ca- ¶In capreis ueritatis est.Verba nullo ĩtellectu consistentia sunt:dignaq; obeli iugulatione.Itaq; illis confossis expũctisq;
prearum ista substitue in capreis feritatis:ut sit sensus purus & lucidus.Lepolemum iussit uenatum indagaturum quidē feras sed
mitiores:quales sunt capreæ:in quibus feritatis minus est minusq; periculi:& hoc faciebat ut uxori amorabundę sollicitęq; de coniugis salute obsequeretur:consimile consilium dat Venus Adonidi suo delicioso apud Ouidium monens: ut
Lepores:Ceruos:Capreas tutæq; animalia prædæ Securus exagitet:abstineat Apris:Leonibus:Vrsibus.Neue feras quibus arma dedit natura lacessat:usitata locutio est:& perinde elegans si dicas.Quod in capreis feritatis est:pro quę feritas
est in capreis:capreas autem fugaces esse exarmatæq;
feritatis nemo nõ nouit:quarꝝ multa genera percēsent
Pygargus rupicapreas: ibices:oryges:damas:pygargos:strepsice
Strepsice- rotes:orygis & pygargi iunctim meminit Iuuenalis.
rotes alias pygargus aquilæ est genus cauda albicante: unde
& nomen utriq;:est enim uidere inter caprearꝝ genera
quasdam habentes nares albicantes. strepsicerotes sũt
capræ:habentes cornua rugarꝝ ambitu contorta:unde
& illis nomen inditum. nam στρεπτο significat uerto:
torqueo καιτακεραται cornua:non probo correctionē
illorꝝ qui apud Plinium non strepsicerotes legunt:sed
terpsicerotes.¶ Armatas dente.In hanc sentētiam epi
grāmatarius inqt:Dente timetur aper:defendunt cornua ceruum.¶ Obseptis campis. Circumuallatis saltibus.Tale est illud:saltusq; indagine cingunt:potes legere obseptis capreis.uestigatores enim in uenatu capreas reliquasq; feras obsepiunt:& indaginibus in arctum
Canum tri uallant.¶ Canes indagini.Canum triplex est genus:uil
plex gñs laticum:pastorale:& uenaticum:uillaticus canis uillam
Villaticus & quæ iuncta sunt custodit.Pastoralis obseruat foris
Pastoralis pecora pascentia:uenaticus uenādi causa comparatur:
Venaticus sunt & catelli mellitei ad delicias solas ptinentes.græci μελιταικὰ κυνίδια uocãt.Porro uenatici canes bifariam dispartiunt:
Sagaces ca in eos qui feras sectantur & capiunt:& eos qui odoratu uestigant.qui indagini ferarꝝ sũt accōmodati canes:id genus uo
nes cant odorisequos.M.Tullius sagaces appellat:quasi acute sentientes.Sagare enim sentire est:poeta nominauit odoros.
illo uersu.Massyliq; ruunt equites:& odora canũ uis:sagaci cani in uenatu:ut inqt Pli.solertia & sagacitas præcipua est.
scrutatur uestigia:atq; persequitur comitantem ad feram.inquisitorem loro retrahens:senecta fessos cæcosq; ac debiles
sinu ferũt uētos & odorem captantes pdentesq; cubilia.Sagaces siue odorisequos canes signat Lucianus in quarto cũ ait.
Non credit ulli sylua cani:nisi qui presso uestigia rostro Colligit:& præda nescit latrare reperta:Contentus tremulo mõstrasse cubilia loro:de his hoc in loco intelligendũ est:& est sensus canes sagaces ex seminio generoso ad indaginem uenaticam cõparatæ ĩmittunt ad feras ex cubilibus latibulisq; exagitādas:nolito aũt iunctim legere. Mandato cubili recidentes:sed illud mandato per se seiunctim legas.Namq; denotat ĩmissos esse canes sagaces ex mādato.s.uestigatorꝝ:ut.s.inuaderent bestias stabulantes in cubili atq; latibulo. ¶ Solertē disciplinæ.Solertē disciplinā uocat illā:qua canes sagaces insti
Mussare tuuntur formanturq;:qbus solertia:& sagacitas inest prope peculiaris.¶ Tacita mussitatione.Sagacis canis propriũ est:
ut sine latratu tacitus uel pressa uoce mussans feram demonstret.nam cauda primum:deinde rostro demonstratio fit significans ferã delitescentem.Mussare cuius frequentatiuum est mussitare:proprie est(ut docet Dona.)dissimulādi cã tacere dictũ:uel a muto:uel ab hac litera M:quæ nimiũ pressæ uocis est ac pene nullius.itaq; ut Mutus nõ plane loquitur: sed
murmurat.Ita mussare hoies dicunt occulte qd pressa uoce loquentes quod celatũ uelint.Seruius enarrans illud Virgi-
Mussitato- lianum ex.xi.æneidos.Quid fortuna ferat populi sed dicere mussant.exponit mussare proprie est obmurmurare:& mu
res to esse uicini:in prohemio naturalis hystoriæ.Dum ista mussitamus pluribus horis uiuimus:hoc est secreti loquimur: &
Mussitabo pressa uoce soli cõmentamur:inde mussitatores dicti:qd uerbũ in Isaia scriptũ legimus:mussitatores discent legē. Plau-
Mussitatio tus in rudente:tu taceto ego mussitabo:qd idē ualet:qd tacebo.ide mussitatio dicta.non tam pro silentio pleno : ꝗ pro
murmure presso:& ut expressius dicã pro murmurillo.Sic.n.Plautus linguæ latinę decus murmurationē modicam ap-
Murmuril pellat:cũ ait.Nolo ego murmurillũ neq; susurrũ fieri.Canibus aũt sagacibus propriũ hoc est:ut inuenta præda minime la
lum trent:sed murmurillo mussitantes & cauda ac rostro indicium facientes demonstrent feram uenatoribus:a quibus cum
signum redditum est:latratu mox concitato cuncta permiscent:& tunc uenatici canes illi præferoces inuadunt feras ostē
sas. Illud latrantibus ferundis:ita emendo latratibus feruidis:feruido enim & uehementi latratu utitur canis sagax post
Dāma pa- inuentam feram.¶ Nec pauens dãmula.Epitheton est ꝓpriũ dāmarꝝ:ut pauidæ dicantur:& timidæ.sic Oratius.sic Vir.
uens appellant:a Martiale dicunt imbecilles illo uersu.Imbelles dāmæ quid nisi præda sumus. Pli.in.viii.autumat dāmas iure
Nec placi- dici feras non posse:quis raro mãsuescant:cõplura nãq; sunt nec placida nec fera:sed mediæ inter utrunq; naturæ:ut hirũ
da nec fera dines:delphini:apes:& dammæ:quod Pli.ait:apes feras dici non posse.dissentit a iuriscõsultis:qui titulo de aquirendo re-
An apes rum dominio:& libro secundo institutionum prodiderunt apium naturam feram esse:ideoq; fieri occupantium. Itaq; si
sint feræ in arbore nostra consederint:anteꝗ in alueo a nobis concludantur.nõ magis nostræ esse intelliguntur:ꝗ uolucres quę in
arbore nostra nidum fecerint:adeo ut si alius eas incluserit dominus earum erit.Cæterum Plinius non tam iureconsultorum obseruationem spectans ꝗ mores apium & ciuilitatem:quæ hominum causa genitæ sunt:quarum mel & cera usibus humanis seruiunt.Scite & elegãter dixit apes neq; placidas haberi:neq; feras:sed ĩtermedias atq; in meditullio placidatis & feritatis collocatas. ¶ Aper immanis.Magna uirtus est res de quibus loquimur clare : atq; ut cerni uideantur
enunciare : hoc cum pluribus locis : tum in hac descriptione decenter facit Lucius noster : qui describit : immo depingit
aprum tam graphice : tam scite : tam eleganter : ut eum oculis representet : per illam exornationem Rhetoricam:
quam græci enargiam : nostri representationem atq; euidentiam appellant.¶ Toris obesus.Torosa pulpa & crassa : de
Euidentia toris & obeso ante dictum est.dicitur autem obesus:quasi ob edendum pinguis factus & crassus. ¶ Pilis inhorrentibus.
Obesus Ouidi.consimiliter describens aprum illum Calydonium uastum & formidandum hyperbolicos inquit. Riget horrida
ceruix.Et setæ densis similes hastilibus horrent.Stantq; uelut uallum:uelut alta hastilia setæ.

¶Dentibus

DENtibus spumeus. Oui. Spuma fluit: dētes æquanť dentibus indis. Exerti dentes sunt apro hipotamio: Elephāto. Ra ro fœmina sus hēt exertos & tñ sine usu: itaqꝫ cū apri ꝑcutiant: fœminæ sues mordent. Dentes oēs suibus cōcaui: nec unꝗ decidunt. In India (ut utar uerbis. Pli.) cubitales dentiū flexus gemini. Ex rostro totidē a fronte. Ceu uituli cornua exeunt: pilus æreo colori similis est in aggrestibus apris: cæteris niger: ex mixtura apri feri & placidi gignunť semiferi: qͥs natos antiq hibridas uocabant. Quod nomen ad hoies quoqꝫ trāslatū est: ut uidelicet hibridę cū probo appellenť: sup ꝗ dictiōe plura in Suetonii cōmentariis. ¶ Sonaci. Sonoro & stridulo. Oui. cōchaqꝫ sonaci inspirare iubet: ut recto casu dr̄ Edax: pugnax: sic & sonax: quod tñ raro usu ē.

Marginal notes: Exerti dentes apro / hibride q / Sonax

dentibus attritu sonaci spumeus, oculis flammeꝰ aspectu minaci, impetu sæuo fermentis oris totus fulmineus. & primū quidem canū procaciores, q cominus contulerant uestigiū, genis hac illac iactatis, confectas interficit, deinde calcata retiola qua primos impetus reduxerat, transabiit. & nos quidem cuncti pauore deterriti & alioquin innoxiis uenationibus cōsueti, tunc etiam inermes, atqꝫ immuniti, tegumentis frondis, uel arboribus latenter abscondimus.



Thrasillus uero nactus fraudiū oportunū decipulū, sic Lepolemū captiose compellat, qd̄ stupore cōfusi uel ēt cassa formidine similes hūilitati seruoꝝ istorū, uel in modū pauoris fœminei deiecti, tā opimā prædam mediis manibus amittimus? Quin equos inscēdimus, qn otius indipiscimur, & cape uenabulū, & ego sumo lāceā, nec tātillū morati, ꝓtinus insiliunt equos ex sūmo studio bestiam insequētes. nec tñ illa

Plin. refert apros in coitu aspiores esse: indurātes attritu arboꝝ costas: luto qꝫ se tergorātes: qd̄ ante Pliniū: numeris poeticis complexus est Maro, sic scribens Ipse ruit: dentesqꝫ sabellicꝰ exacuit sus. Et pede ꝓsubigit terrā fricat arbore costas: Atqꝫ hinc: atqꝫ illinc: humerosqꝫ ad uulnera durat: græce Κάπρος dr̄ aper. ¶ Oculis flāmeus. ex Ouidii archetipo scribētis: sāguine & igne micāt oculi. ¶ Totus fulmi. nihil fulmie uehemētiꝰ: nulla uis ipetu fulmieo cōcitatior. Nullus fremor terribilior. Igiť ut ēphaticoteros & euidētiꝰ demōstraret uulnificū: terribile: ipetuosū apꝝ: dixit illū totū fuisse fulmieū: quo uerbo breuiter expssit apꝝ formidādū: q instar fulminis cūcta cōcuteret: & solo afflatu pureret: simul allusit ad dētes aprugnos quos fulmia ab ipetu ꝗsi fulmieo appellare uident poetæ. Oui. Nec uires fulminis apro. Itē Fulmē ab ore uenit frōdes afflatibꝰ ardēt. itē i. x. fulm̄ hn̄t acres i aduūcis dētibꝰ apri. ¶ Canū ꝓca. uēaticos canes: acriores: appetētioresqꝫ cōfligēdi cū apro: elegāter ꝓcaciores appellat a ꝓcacitate illa notissima. i. appetētia & postulatiōe: ꝓcare. n. posceř ē: & ꝓcaces meretrices dictæ: qa sp aliqd petūt. ¶ Gēis iacta. ad apꝝ referēdū: q dētibꝰ extra genas exertis ꝑcutiebat: dissecabatqꝫ canes ꝓpus accedētes: genas acyros dixit: cū genæ de hoie tm̄ ꝓpe dicanť: ut memorat Plin. ¶ Trāsabiit. Virg. trāsabiit costas. ¶ Innoxiis uena. Capreaꝝ. s. & leporꝝ: & id genus feraꝝ: q minie noxiæ sūt: & (ut inqt Oui.) tutæqꝫ aialia ꝑdæ. Pla. ꝓbat uenationē feraꝝ: q eqs: canibusqꝫ & corpis uiribꝰ agiť. Nā lib. de legibꝰ. vii. qbuscūqꝫ inqt curæ est fortitudo: hi ꝗdrupedes oēs cursu uulneribꝰ: telisqꝫ manu ꝓpria uenādo uincere dēnt: uitupat aūt aucupiū: & piscatū: & uenatū aialiuꝫ: q retibꝰ & laqis capiūť. Ecclīastici cōditores clericū dānāt uēatorē: & illi iprobāť ātistites: qbꝰ ꝓ psalterio ē uēabulū. ꝓ libris retia: q uēatores fouēt: uestigatores āplexāť: scio te ātistitū clarissime eē extra hāc noxā: cui literæ oifariē sť ꝓ pabl̄o: q horas ptiꝫ īter studia sāctiora: & musas hūaniores: q plūs facis hoieꝫ lr̄atū ꝗ uēaticū istrꝫ: quo cōtineť (ut scribūt iuriscō.) canes & uestigatores: qcunqꝫ hūerit horoscopū i ꝗrta leonis pte erit uēator. Idē horoscopꝰ i canicula fač uēatorē: græce. Κυνηγός καὶ Κυνηγέτης dr̄ uēator: iñ cynegetica dn̄r uolumia de uenatiōe: uenatoribusqꝫ cōscripta. Flauius uopiscꝰ refert olympiū Nemesianū scripsisse cynegetica & halieitica: ut obiť emaculē uopisci dictionē: scito ñ halieibꝰ scripti græca iscriptiōe. Oui. nr̄ uolum̄ cōdidit qđ halieuticō iscribiť: i quo mira pisciū igēia ꝓdidit. scripsit āt id uolum̄ i pōto supmis suis tpibꝰ. Cuiꝰ testimōio utiť Pli. i quo noia pisciū pōticoꝝ pcēsuit: apđ scriptorē neminē aliū repta. ¶ Immuniti. nō muniti: iprotectiqꝫ. ¶ Decipulū. A decipiēdo decipulū: & dcipula idinať. Idē utrūqꝫ sigñat: sola elegātia distāt: nā puriꝰ: tersiꝰ: speciosiꝰ uř ꝓlatū neutro gn̄e decipulū: ꝗ fœminio dcipula. quis i usu freqntioř sit h postremū: ē āt dcipľa siue dcipulū istr̄m ad decipiēdas aues: & feras frauduleter cōpatū. In Hyerēia scriptū ē. Sič decipľa plēa auibꝰ: sic domꝰ eoꝝ plenæ dolo. Hiero. ħ ē illoꝝ pma dcipľa. Sič a dcipiēdo dcipula: sic ab excipiēdo excipľa dn̄r: ꝗ sūt foueæ: & qdā ꝗsi loculamēta: qlia ad excipiēdos frauduleter pisces in fluminibꝰ fabricāť. Pli. i nono auc. ē. Anguillas i lacu benaco fluctibꝰ glomeratas uolui: in tm̄ mirabili mltitudie: ut i excipuľ eiꝰ flumis ob hĩpm fabricatꝫ: singloꝝ miliū globi reꝑiant. ¶ Captio. Frauduleter: dolose: ꝑmōe ad capiēdū accōmodato. Cassa. Inās: irrita: ꝓpostera: dixit poeta cassū lūine ꝑ mortuum: ꝗsi uacuū: uiduatūqꝫ lumine ętherio: itē alibi: nullū cū uictis certamen: & ęthere cassis. i. uita ꝑuatis: ac uacuis: casses retia dn̄r: & cassiculi ꝑ dimiutionem reticula: cassus labor inanis: & uanus sigñať. Plau. in Aulularia filiam hēo grādem dote cassā: atqꝫ illocabilē: inde aduerbiū est incassam frustra & in uanū sigñans: cassabūdū dn̄t crebro cadētem. Cassus ānulus dr̄ nō solidus: legimꝰ inter cerimōias flamini diali ipositas. ꝗ fas nō est eū annulo uti: nisi ꝑuio: cassoqꝫ. i. nō solido: qdam exponūt sine gēma: ꝗsi cassus annulus dicať gemma carēs: & uacuus. ¶ Quin. Mō exhortātis est: alias ꝑut nō: alias alr̄ accipitur: sup ꝗ pticula caput extat Gellianū. ¶ Indipiscimur. Petimus: usurpamus: assequmur. Aulus Gel. amœnitates & copias: ubertatēqꝫ uerboꝝ latina ois facūdia uix qdem indipisci potuerit: mea neqꝗ. ¶ Venabulū. telū ē uenatoriū: cuius iuentor fuit piseus. ¶ Pauoris fœmi. Fœminę: ut inqt Arist. in nono de animalibus: molliores sūt: mēdatiores: insiciores: & pauidiores. Xenophon & post Xenophōtem Columella ꝓdiderunt naturam custodię & diligentiæ assignasse sexum muliebrē: & idcirco timidiorem reddidisse ꝗ uirilem. ¶ Tantillum. Punctū tpis: minimumqꝫ momentum.

Marginal notes: Fulmineꝰ aper / Fulmē dēs / Procacior / Genæ / Venatio ferāꝝ ꝓbata a platone / in clericos uenatores / Laus archiepiscopi / Cynegetica / Emaculatus / Locus i uopisco / Halieutica / Decipuluꝫ / Decipula / Excipula / Cassus / Casses / Cassiculi / Cassabundus / Cassus annulus / Quin / Indipisci

Tortores
¶ GENVINI. Natiui: proprii: ingeniti. ¶ Dentiū cōpulsu. Pli. siccas dentiū in apris uocat: qs ait limare saxo: pparareq; ad nocendū: exerti sunt dentes apro & cōcaui: cūq; apri mares percutiant: fœminæ sues mordēt. ¶ Contabunda. Cōstans. iu sistens: remorans. ¶ Iaculū. Etolus prim⁹ inuenit iaculum cum amento. ¶ Contorsit. Vibrauit: immisit. Tortores tormen toq; pro uibratores: iaculatoresq; usurpat Marcellinus. ¶ Feræ. Apro. ¶ Postremos poplites. Succisis poplitib⁹: posterio rū pedū equus resupinat⁹: ad terrā quoq; lepolemū deuoluit: cōsimile est illud Virgilianum de Mezentio. Tollat se arre ctum quadrupes: & calcib⁹ auras Verberat: effusumq; equitem sup ipse secutus Implicat: eiectoq; incūbit cernuus armo.

genuini uigoris oblita, retorquet impetum, & incē dio feritatis ardescens, dentium compulsu, quem primum insiliat contabunda rimatur. Sed prior le polemus iaculum quod gerebat, insuper dorsum bestiæ contorsit. At Thrasillus feræ quidē pepercit, sed equi quo uehebatur lepolemus, postremos po plites lancea feriens amputat. Quadrupes recidēs qua sanguis effluxerat, toto tergo supinatus inuitus dominum suum deuoluit ad terram. nec diu, sed cū aper furens inuadit iacentem, ac primo lacinias eius mox ipsum resurgentem, multo dente laniauit, nec cœpti nefarii bonum piguit amicum, uel suæ sæ uitiæ litatum saltem tanto periculo cernens potuit expleri. sed percito, atque plagosa crura contegen ti, suumque auxilium miseriter roganti, per femur dextrum dimisit lanceam. tanto ille quidem fiden tius, quāto crederet ferri uulnera similia futura pro sectu dentium. necnon tamen ipsam quoque besti am facili manu transadiit. Ad hunc modum defun cto iuuene, exciti latibulo suo, quisq; familia mœ sta concurrimus. At ille quamquam perfecto uoto prostrato inimico, lætus ageret, uultu tamen gaudi um tegit, & frontem asseuerat, & dolorem simulat, & cadauer quod ipse fecerat, auide circumplexus, omnia quidem lugentium officia solerter affinxit, sed solæ lachrymæ procedere noluerūt. sic ad nostri similitudinem, qui uere lamentabamur, conforma tus manus suæ culpam, bestiæ dabat. ne dum satis scelere transacto, fama dilabitur, & cursus primos ad domum Lepolemi detorquet, & aures infœlicis nuptæ percutit, quæ quidē simul pcepit talem nūciū qlē nō audiet aliū, amens, & uecordia pcita, cursuq;

Lancea
Lācearii
Lāceati
¶ Lancea. Vocabulū est hispanicū: a lancea lancearii di cti qui lanceam ferūt. Lanceati uero q ictu lanceæ peri munt. Firmic⁹ Matern⁹: qcūq; hūerint horoscopū i. xxi. Tauri pte lanceati moriens. ¶ Recidēs. Retro cadēs: &
Pigere
Pudere
in tergū. ¶ Primo lacinias. Pri⁹ uestes lepolemi lacerant
Litare sæ uitiæ
ab apro: mox ipse dū resurgere conat ictibus dentium laniatus discerpit. ¶ Bonū. Irronicos. ¶ Piguit. Piget ad damnū & dolorem: pudere ad dedecus refert: pudet qđ turpe est: piget qđ dolet: ut Donat⁹ refert: & Plaut⁹ do cet: sic scribēs in trinūmo pol pudere q̄ piget pstat totī dem literis. ¶ Sæuitiæ litatū. Litamus sæuitiæ: dū illi sa tisfacimus: dū exaturamus crudelitatem: dum tm̄ faci mus: q̄tum sæuitia sanguinaria exposcere in nobis uide bat. Translatio sumpta a uerbo sacrificali: nam litant diis: qui deos propitiant: placitantq;. ¶ Parcito. Videl le gi posse percito pro cōmoto: & se mouenti: qđ ad Le polemū est referendū: si legas percit⁹. De thrasyllo erit intelligendū. ¶ Plagosa crura. Plena plagarum: & uul
Plagosus
nerum. Aliter plagosum hominem dixit Oratius: sæpe plagas inferentem a sæuitia uidelicet & plagis: quibus discipulos male mulctabat: sic enim inquit in secundo epistolarum. Memini plagosum mihi paruo orbilium dictare. Suetonius in libello de grammaticis scribēs de orbilio grammatico: meminit huiusce carminis Ora tiani his uerbis: fuit naturæ acerbæ: nō modo in antiso phistas: quos omni sermone lacerauit: sed etiam in disci pulos: ut & Oratius significat plagosum eū appellans. ¶ Profecta dentium. Corrigo profectu: ut sit casus dā di: pro profectui: idest laniatui & profectioni. hæc eniz
Plagosus orbilius
nomina quarti ordinis Casum datiuum litera i finiunt:
Victu p uictui
ut Lucilius dixit. Anu & uictu pro anui & uictui. Virgi li⁹: Teq; aspectu ne subtrahe nr̄o: p aspectui: & i geor
Dominatu
gicis. Quod neq; cōcubitu indulgēt. Cæsar quoq; in anti catone: posuit dominatu pro dominatui. Sēius est Fidē tius pcussit Lepolemū lancea: cuius uulnera credebat fu tura simillima profectionib⁹: & laniationib⁹ dētis apru gni. ¶ Transadiit. Trāsfodit: trāsuerberauit. ¶ Defuni to. Elegantius est defūcto. ¶ Exciti latibulo. Paulo su pra scripsit: imuniti tegumētis frondis: uel arborib⁹ la tenter abscondim⁹: latibulat & latibulaī usurpant Pri
Latibulat
Latibulaī
sci pro latet. Vñ & latibulū dcm̄. Neuius: ne qs latibulet pspice. ¶ Perfecto uoto. cū desyderiū suū expleuisset: & uoto necādi Lepolemi fecisset satis. ¶ Vultu gaudiū te git. Econtrario: Virgilius Spem uultu simulat pmit altū corde dolorē: itē Cōsilium uultu tegit: & spē frōte sere nat: frōs: oculi: uult⁹: ut iqt uerissime M. Tul. sæpe men tiunī. Oratio uero sæpissime interioris ani psona est: & iuolucrū: ideoq; uultui: & fronti fides nulla: sæpe sub tristi uultu itrin secus omnia lætantur: sæpe sub fronte hylari animus mœrore conficiī. ¶ Frontem asseuerat. Sęueritudine corrugat: tristi tia contrahit: & ut ueteres dicebant caperat. ¶ Solerter affinxit. Scitum est illud archidami. πρόβατον ἀεὶ τὴν αὐτὴν φθέγγεται
Scitum archidami
φωνήν· ἄνθρωπος δὲ πολλὰς καὶ ποικίλας ἕως ἂν τὸ δέον ἐξανύσῃ i. ouis semper eandem uocem facit: homo autem plures & ua
Homo protheus est
rias: donec optata perfecerit: homo est uere protheus: qui formas in omnes sese uertit: qui se efficiat qđ cupit omnia trās format sese in miracula rerum: homo chameleon est qui colores multifaria qualitate cōmutat: ut modo Venerei: modo
Homo chameleon
prasini: modo cyanei coloris aspiciaī: sic & homo prout cōducit: uari⁹ fit: fingere mœrorem: tristitiamq; gaudenti magis facile est: q̄ simulare gaudium: læticiamq; mœrenti. ¶ Lachrymæ noluerunt. Quorum oculi ad lachrymandum pduri: ac
Oculi pumicei
difficiles sunt: hos oppido q̄ decentes pumiceos uocāt: & ita infit pseudolus plautinus: pumiceos oculos hēo: non queo la chrymā exorare: ut expuant unam mō. Demiraī Plin. quis humor ille sit lachrymaꝝ in dolore tā fœcūdus & paratus: aut ubi reliquo tempore. ¶ Cōformatus. Cōpositus, & infecto mœrore formā talem: habitūq; idūēs: quales nos eramus q ue ris lachrymis & uero dolore lamentabamur. ¶ Bestiæ dabat. Quod ipse parricidium manu sua fecerat id apro assigna bat: & a bestia factum simulabili tristitia ementiebatur. ¶ Fama dilabitur. Fama qua nil uelocius: repente dilapsa est: & pernici uolatura peruenit ad domum interfecti lepolemi. ¶ Nuptæ. Charites. ¶ Aures percutit. Sic Virgilius Gra uior ne nuncius aures uulneret. ¶ Talem nuncium. Tam atrocem: tam dirum: tam lachrymabilem de obitu: scī licet mariti Lepolemi. ¶ Vecordia percita. Commota: exstimulataque præ dolore quadam quasi uesania: & furore.

¶ Bacchata.

BAcchata.Bacchari est furere:ide bacchata dr̃ fures:& cõmota.Virg.in.x.medias italũ bacchata p urbes : qnetiã loca quoq; in qb⁹ fit de bacchatũ bacchata dixerũt.Vt uirginib⁹ bacchata lacenis Taygeta.Sãtra ab oĩ pte bacchat nem⁹dixit p cõmouet:& furore uehemẽtiori agitat.⁋Rurestria:antiqtas deũ rusticũ & rurestrẽ coluit noĩe Rusorẽ ex eo dictũ:qd rursus cũcta eodẽ reuoluũt:huic Rusori põtifices rẽ diuinã faciebãt.⁋Queritãs:sæpe cõquerẽs lamẽtabili uoce & qribũda a qrẽdo.i.lamẽtãdo idinatũ freqũetatiuũ fit qritãs.Quidã legũt qritãs:qſi uociferãtiõe clamãs.Quiritare.n.clamare ẽ tractũ ab his q qrites iuocãt cõclamãtq;:qd ueteres qritari dicebãt.Lucili⁹ clare qritãs.Nigid.us clamat qritatũ apd Pliñ

Baccharl
Bacchata loca
Rusos de⁹
Quiritari

bacchata furibundo per plateas populosas, & arua rurestria fertur insana uoce, casum mariti queritãs. Confluunt ciuium mœstæ cateruæ, sequuntur obuii dolore sociato, ciuitas cuncta uacuatur studio uisionis,& ecce mariti cadauer accurrit, labentique spiritu totam se super corpus effudit, ac plenissime ibidẽ q̃ deuorauerat ei reddidisset animã, sed ægre manibus erepta suorum, remansit in uita, fun⁹ uero toto feralem pompam prosequenter populo deducitur ad sepulturam. Sed Thrasillus nimiũ clamare plãgere,& quas in primo mœrore lachrymas nõ habeat, iam.s.crescente gaudio reddere. & multis charitatis nominibus ueritatem ipsam fallare, illũ amicum coætaneum contubernalem fratrem denique addito nomine lugubri ciere, necnon interdum manus Charites a pulsandis uberibus amouere, luctum sedare, heiulatum cohercere, uerbis palpantibus stimulum doloris obtundere uariis exemplis

epl'is anceps scriptura ẽ:pattim.n.legũt ĩfantiũ qritãs: ptim ĩfantiũ qritatus:utraq; lectio satis pba est. Queritat⁹ dr̃ qrela & uociferatio.Quiritat⁹uero iclamatio: & q̃ſi quiritũ imploratio.⁋Confluunt.Per dialiton.i. dissolutum : siue asintheton hæc membra decurrunt. ⁋Studio uisionis.Virgi.undiq; uisendi studio troiana iuuentus circũfusa ruit:uisionis dixit pro inspectionis: & ut dr̃ studio uisendi.alias uisio appellatur qd græci ὅραμα uocant:est aũt uisio ut Macrobii uerbis utar : cũ id quis uidet in somnis quod eodem modo quo apparuerat eueniet.Cassiodorus theatrum latine uisorium interpretatur.⁋Labẽte spiritu:anima deficiente:quasi moritura & ex dolore uiribus defecta:effuditur super coniugis cadauer.⁋Quam deuouerat : consecrauerat dedicauerat more equoꝝ : quos galli soldorios:nostri deuotos appellant:quoꝝ hæc est conditio:ut omnibus in uita cõmodis:una cum his fruantur:quoꝝ se amicitiæ dediderint siquid his p uim accidat:ut eundem casum una ferant ac sibi mortem consciscant:neq; adhuc eoꝝ memoria:repertus est quisquam:qui eo ĩterfecto cuius se amicitię deuouisset mori recusaret:auctor Cæsar in cõmentariis:alias deuouere est detestari maledicere execrari:sic Oui.hunc ego deuoueo quem mẽs intelligit ibim:& deuotus pro execrato detestabili abominato accipit:ut docet Porphyrio Oratiãus ĩterpres: in quo significatu est illud uiuite deuoto fœmina uirq; thoro:inde carmen deuotoriũ quo dira imprecamur: & deuotiones pro execrationibus ponunt.⁋Inuita:non libens:coacta & ingratis:qdam seiunctim legunt:ut duæ dictiones sint in uita hoc est uiuere pseuerauit.⁋Feralem pompã:exequialem:pompa q̃ cadauer referẽdo:& defuncto funerando exhibet feralis dr̃:ueteres quoq; feralia dixerunt diis manibus sacratam diem:a ferendis.s.epulis ad tumulum in cœnam quam & ipsam feralem nuncupant.Oui.an quia iusta ferunt dixere feralia lucẽ. Vltima placandis manibus illa dies.idem ferales uittas dixit funeri accommodatas.Deniq; feralis generali uocabulo dr̃ res oĩs lugubris pertinens ad funus & defunctos.⁋Prosequente.Ordo pompæ funebris hic est:ut funus præcedat nos sequamur:quasi post ipsum defunctum morituri. Teren.funus interim præcedit sequimur. Ad sepulchrum uenimus. Supremũ uerbũ in funere dicebatur:uale nos te sequemur:nunc apud nos ordine ꝑpostero ꝓcedit põpa lugentium:& in funus eũtium funere ipso subsequente.Quod tñ & ipsum apud priscos factitatum est:& inuit diuus Hieronymus super dormitione blesillæ ad paulã sic scribens)ex more parantur exequiæ:& nobilium ordine ꝓeunte aureum feretro uelamen obtendit.⁋Plãgere:plangebat.⁋Clamare:clamabat.⁋Reddere:reddebat:eloquutio usitatissima elegantissimaq;.⁋Illum amicũ.Hæc sunt charitatis nomina multiiuga:qbus thrasillus ueritatem dissimulabat:qbus re uera amicus extincti credi poterat. ⁋Coętaneũ: flagrantissimus amor ille est:ut inquit Pli.in.vi.epistolaꝝ quo se adolescentuli coętaneiq; inuicem amare cœperunt. Aristo.in.viii.ethicoꝝ auctor est adolescentulos repente amicos fieri & repente desistere:cum sæpe eadem die propositum mutent græci coętaneos appellant συγχρόνους.qua dictione & nostri usitati sunt:Hieronymus in prologo Osees prophetæ:illũ inquit synchronon Isaię fuisse:idem græci συγχρόνους uocant ab eadem ætate:quam dictionem nostri latinitate donare uolentes fideliter magis q̃ fœliciter interpretantur contemporationes.⁋Fratrem deniq;.Singula incrementũ habent per se:& tamen per amplificationem decenter crescit oratio:ut semper aliquid priore maius insequatur: nam magnum est amici nomen.⁋Maius coętanei:maximum contubernalis:& enim ut scitissime refert Aristoteles : nihil est tam amicorum quam contubernalitas & cœnobium. Qui se mutuo diligũt:nec simul uiuunt hi beniuoli magis sunt q̃ amici nominandi:igitur cum amicum coętaneum contubernalem per incrementa dixisset nouissime fratrem dixit: quo uocabulo omnis affectu: omnis beniuolentia:omnia charitatis nomina ferme minora sunt:nam quod nomen amantius q̃ fraternum:quæ potest amicitia esse tam fœlix quæ imitetur fraternitatem:certe quotiens blandiri uolumus : ut Quintilianus declamator tradit:his qui esse amici uidentur nulla adulatio procedere ultra hoc nomen potest:quam ut fratres uocemus:quid est aliud fraternitas q̃ diuisus spiritus:frater inquit Nigidius est dictus quasi fere alter:fraternus appellat auctore Hieronymo fratris filius bina nomina homines habent unum proprium alternum naturæ & sanguinis:quo se debet appellare coniunctæ personę:ut est nomen patris matris fratris sororis:cum igitur aliquam personam necessitudine coniunctam uocamus nomine naturali eam appellare debemus:ipso docente Virgilio:qui ait:o pater.item nate meæ uires.item hoc illud germana fuit.⁋Nomine ciere.Nominatim ciebat inclamabatq; lepolemum tanquam nominis proprii appellatio præ se ferret:nescio quid ardentioris affectionis. ⁋Amouere : amouebat. ⁋Pulsandis uberibus. Fœminarum hoc proprium est:ut in luctu faciem unguibus. Vbera & pectus pugnis pulsent:iuxta illud : unguibus ora soror fœdans nũc pectora pugnis. ⁋Sedare.Sedabat.⁋Obtundere:obtundebat:& hoc modo exponere reliqua quæ sequuntur : signat autem thrasillum obtudisse:idest hebetasse retudisse stimulum aculeumq; doloris quo minus fodicaret lãcinaretq; præcordia lugentis charites:hoc autem faciebat uerbis palpantibus:hoc est blandientibus mulcentibus & mitigatoriis:palpare enim est blandiri:& proprie ut interpretatur Porphyrio manu mulcere : palpatur pro palpat dixit Lucilius:hic ubi me uidet sublantur palpat.Plau.frequenter ait:palpo pcutit pro palpatione & adulatione.

Quiritatus
Visio
Visorium theatrum
Soldurii
Deuoti
Deuouere
Deuotus
Deuotiões
Pompa feralis
Feralia
Funus antecedit nos sequimur
Ritus bonomensiũ
Coętanei
Sychroni
Contubernalitas
Affectio fratris maxima
Fraternus quin
Bina noĩa hoĩbus
Nomen naturale
Palpare
Palpo percutit

Erũnatio exemploꝝ efficax — ¶MVLtiuagi casus. Erumnatio exemplorum magnopere luctum leuat: consolaturq; mœrentem: ut censeat sibi æquo animo ferendum id ꝙ uideat multos moderate & tranquille tulisse: omnibus eni modis: ut inquit uerissime Cicero, fulciendi sunt qui ruunt: optima autem fultura est percensere exempla eorum: qui casibus & infortuniis: uel consimilibus uel grauioribus affecti sunt.
Non tibi hoc soli — Consolatio illa in luctu sedando usitate sæpe prodest: nõ tibi hoc soli: sed refert quomodo adhibeatur: ut enim tulerit quisq; eorum qui sapienter tulerint: non quo quisq; incommodo affectus sit prædicãdum est magnum est profecto fomentum homini egritudine tabescenti: audire fuisse alios cõplusculos qui talia fortiter ꝑpessi sint: & ut inquit Seneca: dulce mœrenti populus dolentũ. Casus autem multiuagus bono epitheto dicitur: propterea ꝙ per multos uagatur atq; discurrit ꝙ multiformis est ꝙ infortunia multos affigunt. ¶ Contrectandæ. Vt manibus contrectare posset membra charites quam deperibat: & facere quod Pamphilus Terentianus factitauit: qui mediam mulierem complexus mea glycerium inquit: quid agis? cur te is peditum? Tum illa reiecit se in eum flens quam familiariter. ¶ Odiosum: scilicet puellæ.
Inferalib⁹ — ¶ Inferalibus: funebribus exequialibus & ad inferias sepulti pertinentibus dictio una est. ¶ Ereptis: quidam legunt expletis quod placet: ut sit sensus peractis officiis inferiarum decreuisse charitem mori ne marito superstes uiueret. ¶ Demeare: descendere tanquam ad inferos. ¶ Illa lenem: sensus est destinauerat charite mori inedia tanquam ea mortis uia lenis esset: & placidæ quieti consimilis: nec telis ullis indigens: inedia autem est septimus casus. Attende genus mortis
Inedia mori — lene & ociosum & placidum uideri apuleio inedia mori cum alio: qui camenæ græce canant. ο Κτιστον λιμωσ θανειν miserrimum esse fame mori: & ut scribit Hieremias in threnis. Melius est occidi gladio q̃ fame extabescere. In Ezechiele quoq; legimus: sagittæ famis mor
Sagittæ famis mortiferę — tiferæ sunt. Plautinus parasitus: miserrimum esse hominem autumat: qui cum esse cupit: quod edat nõ habet. Cæterum hæc omnia referuntur ad homines: qui cupiunt uiuere: quibus esuritio uidetur malum accerrimum. Sed in hoĩe: qui mori omnino decreuerit mors per inediam pedetentim recepta in corpus minus truculenta sentitur: cum ui nulla adhibita moriatur hoc
Mors sisigambis — genere mortis periit sisigambis. Darii mater quæ audita Alexandri magni morte succumbens dolori cibo pariter abstinuit. & Luce quinto: postq̃ mori statuerat die excticta. ¶ Incuria: negligẽtia & illuuie septimus est
Trãsigere — casus. ¶ Cum luce transegerat: transigere uerbum est
Torquere — forense ad creditores & debitores maxime pertinens: quod idem ualet: quod componere atq; decidere. Debitor trãsigit cum creditore per decisionem: & ita lis negociumq; finitur ex hac translatione conceptus sensus elegantissimus a nostro Lucio: qui ait: quod charite cum luce transegerat: idest cum uita: & luce etheria deciderat: tanquam debitor cum creditore: ut nihil sibi amplius forte cum luce: ut luci resolueret totum quod debebat: & ita per decisionem transactionemq; cũ luce factam transiret ad tenebras. Qui pro sociis trãsigit satisdat neminem: postea eorum petiturum: ut auctor est M. T.
Extorq̃re — in oratione pro Roscio comedo. ¶ Extorquet: quasi tormentis adiectis ab inuita: & reluctante impetrat & exorat torquemus: ut inquit Donatus: hominem extorquemus ueritatẽ. ¶ Lurore: pallore buxeo. ¶ Illuuie: sordibus. Lucilius: hic
Illuuies — cruciatur fame frigore illuuie incuria. ¶ Lauacro cõfoueret: lauacrũ ad abluẽdas sordes ꝑtinet cibus ad roborãdũ corpus
Cibus lauacrũ fomẽta — & ꝑfecto utroq; cõfouemur: & recreamur cibus: & lauacrũ fomẽta sunt salutaria capit̃ cibus: ut suffulciat artus: & recreat uires: ut refert Lucre. lauacrũ ut abluat sordes: & mẽbra delassata cõfoueat. ¶ Parentũ reuerens: q̃dã noĩa forma participioꝝ posita genitiuo casu iungunt̃: ut grãmatici cõmeminere sic dr̃ patiẽs laboris negligẽs amicoꝝ appetẽs pecuniæ fugi
Reuerens parentum — tans litiũ amãs uirtutis consimiliter reuerẽs parentũ. Quod si per participium uelis enunciare: dices reuerens parẽtes appetens pecuniam fugitãs lites. ¶ Obiens munia: peragens officia: quæ a uiuentibus: & his qui uiuere cupiunt obiri solent
Munia — & peragi. Munia. n. dicimus officia. Oratius munia dixit: ueteres mœnia dixerunt: quasi munia hoc est officia. ¶ Insume
Mœnia — bat: impendebat. Aul. gel. in. ii. lex fania in singulos dies centenos æris: insumi concessit. Sumere est impendere & con
Sumere ĩpendere — sumere: unde & sumptum dicimus: auctore Donato: pecuniam quæ insumenda est. ¶ Imagines defuncti: imitabat̃ Laodomiam: quæ & ipsa imaginem defuncti Prothesilai in larario domestico colebat: polla quoq; Lucani cõiunx imaginem
Sumptus — mariti habebat in toro pro solatio & fomẽto: de quo Papinius in epicedio Lucani: at solacia uana subministrat uultus q simili notatus auro stratis prænitet incubatq; somno. ¶ Dei liberi. Bacchi qui liber dicit̃: uel ꝙ libertate donauerit ciuitates: uel ꝙ seruitio curarum Bacchus liberat animos mortalium: de quo plura: alias sensus est charite sub effigie bacchi co
Latria — lebat imaginẽ mariti honores illi diuinos ĩpẽdens. ¶ Affixo seruitio: appositis mãcipiis ad hoc ministeriũ: uel affixo serui
Idolatria — tio accipe pro cultura diligenti ipsius charites in colendo marito: ut seruitium pro latria posuerit. i. seruitute est aũt latria
Trasillus — ut docet Augu. in. x ca. ꝓprie seruitus: q̃ ꝑtinet ad colendũ deum: unꝫ idolatriã uocant idoloꝝ seruitutem. ¶ De ipso noĩe:
temerarius — θρασοσ græce significat̃ audacia & temeritas: & thrasillus temerarius interꝑtant̃: erat ergo nomen conueniens moribus:
Polynices — & sicut uocabulo græco dicebatur temerarius: ita re ipsa temerarius existebat. Rhetorici doctores argumenta ducũt ex
Verres ꝙ oĩs uerreret — attributis personæ: inter quæ est ipsum cuiusq; nomen: ex quo argumentum aliquando sumimus: sicut apud Euripidem nomen polynicis: ut argumentum morum frater incessit: nam polynices interpretari potest contentiosus siue litigiosus. Cicero quoq; in uerrem ex ipso nomine ludens inuehitur tanquam omnia uerreret.

multiuagi casus solatia nectere cunctis, tamen mentitæ pietatis officiis, studium contrectandæ mulieris adhibere odiosumq; amorem suum perperam delectando nutrire, sed officiis inferialibus statim ereptis puella protinus festinat, ad maritum suum demeare, cunctasq; prorsus pertemptat uias. Certe illam lenem, ociosamq;, nec telis ullis indigentem, sed placidæ quieti consimilem inedia, deniq; misera, & incuria squalida, tenebris imis abscondita, cũ luce iam transegerat, sed Thrasillus instantia peruicaci partim per semetipsum, partim per cæteros familiares, ac necessarios, ipsos deniq; puellæ parentes extorquet, tandem iam lurore & illuuie pene colapsa membra lauacro cibo, deniq; confoueret. Ad illa parentum suorum alioquin reuerens, inuita quidem uerum religiosæ necessitati succũbẽs, uultu non quidẽ hylari, uerũ paulo sereniore obiẽs ut iubebat̃ uiuentiũ munia, prorsus in pectore, imo uero penitus imedullis, luctu ac mœrore carpebat animũ diesq; totos totasq; noctes, insumebat luctuoso desiderio & imaginẽ defũcti quã ad habitũ dei liberi formauerat, affixo seruitio diuinis ꝓcolẽs honorib⁹, ipso se solatio cruciabat. Sed Thrasillus ꝓceps alioquin, & de ipso nomine temerarius, priusq̃ dolorem

¶ Lachrymæ

¶ Lachrymæ satiarent. Vt dolor inclusus strangulat. ita p querelas effusus releuatᷓ. namq(ut scite scribit Seneca)oīs ad-
uersa fortuna hēt in querelis leuamētū:cui subscribit illud Nasonis. Fleq meos casus:est quædam flere uoluptas. nimirum
in recenti dolore sunt habenæ querelis & uela lachrymis danda:ut hoc ueluti publico exaturatus dolor mox resistat ac Recens
lassescat. itaq intempestiuus est ille & temerarius qui fœminam in funere mariti recentissimo dolore conflictam : non so dolor fo-
lum nō finit lachrymare:sed & de nuptiis digamiaq compellat. Quis matrem nisi mentis inops in funere nati Flere ue- menta refu
tet:non hoc illa monenda loco est:dixit sapienter Sulmonensis poeta & uere. ut. n. adhuc crudum uulnus medētium ma git

lachrymæ satiarēt, & pcitæ mentis resideret furor, & in sese nimietatis senio lassesceret luctus, adhuc flentem maritū, adhuc uestes lacerātem, adhuc cappillos distrahētē, nō dubitauit de nuptiis cōueīre, & impudente labe tacita pectoris sui secreta, fraudesq ineffabiles detegere, sed Charite uocem nefandam, & horruit & detesteta est. & uelut graui tonitu, procellaq sideris, uel etiam ipso diali fulmine percussa corruit corpus, & obnubilauit animā. sed interuallo reualescenre paulatim spiritu ferinos rugitus iterās etiam scænam pessimi Thrasilli prospiciēs ad limam consilii, desyderium petitoris distulit. Tunc inter moras umbra illa misere trucidati Lepolemi, sane cruentam, & pallore deformem attolens faciem, quietem pudicam interpellat uxoris. Mi coniunx, quod tibi prorsus ab alio dici non licebit: si pectori tuo iam permanet nostri memoria, uel acerbæ mortis meæ casu fœdus charitatis intercidit quouis alio fœlicius maritare, modo ne in Thrasilli manum sacrilegam conuennias, neue sermone conferas,

nus reformidat:deīde patiᷓ atq utro requirit:sic recēs
animi dolor cōsolatiōes reiicit ac refugit:mox desyde
rat & uehementer admotis acquiescit. ¶ Percitæ. Cō-
motæ:ptubatæ:insaniētis p̄ dolore:& ad charitē refer-
tur. ¶ Senio lassesceret. Vt annositate & ætatis senio
lassescit ac fatigaᷓ senile corpus. ita luctus elegāter dici
tur relentescere senio nimietatis. Vbi. s. qspiā diu mul-
tūq fuit in luctu:& indulsit dolori:lassescere est lassum
fieri & fatigari. Pli. metus inqt est ne fortuna lassescat.
Hieronymus ait militem lassescere sub lorica. Senium Lassescere
uero dici ætatē annosam & senectutē nullus est q nesci Senium
at. usurpaᷓ quoq p tristitia. Turpilius. odio ac senio mi tristitia
hi nuptiæ:poniᷓ & senium a. M. T. in eodem signatu.
¶ Capillos distrahentē. Maxima dolētis indicia uestem
in luctu lacerare:capillos diuellere. lex mosaica(ut in Lex mosai
deuteronomio scriptum est)ad cohercēdū luctū immo ca
dicum immoderatūq uetat faciē unguibus lacerari:&
caluicīū fieri super mortuo: uellendo. s. capillos. Bion
philosophus:stulti esse dixit in luctu capillū sibi euelle
re:quasi caluitio mœror leuaretᷓ. legimus quoq in in-
strumēto ueteri multos scindisse lacerasseq in dolore
uestimenta. ¶ Diali fulmine. Iouialis:sup qua dictione Diale
añ dictū est. ¶ Corruit. Lapides loq dicitᷓ ille, cuius uer- fulmen
ba tristia excutiūt audiēti cerebrū. hic uero nō lapides Lapides
loq sed fulmina iaculari uidebaᷓ:cuius dicta nefanda in loqui
star pcellæ & fulminis miserā charitē cōsternarūt:exa- Attoniti q
nimarūt:attonitā fecerunt. illos. n. uocamus attonitos,
quorum mentes sonus ille cœlestis loco repluit: q fra-
gore cœli edito concidunt, & stupentes in totū sibi ex-
cidunt, auctor Seneca li. ii. quæstionum. Cor. Celsus quoq annitos inquit raro uidemus, quoꝝ mens & corpus stupet:fit in
terdum ictu fulminis:interdum morbo consimiliter:& mens & corpus charites obstupuerāt ictu thrasilli uerboꝝ: tanq̄
iouiali fulmine percussa foret. corruit corpus dixit figurata locutione. pro eo quod est corruit corpore:& corpus ruēdo p-
strauit. ¶ Obnubilauit. Caligine quasi quadā & nubilo obtenebrauit, quod accidere solet inter moriētibus:innubilare uer Innubilare
bum est a Firmico materno usitatus. ¶ Reualescente spiritu. Idest ubi resipiuit, & spiritum quasi deficientem reuocauit.
¶ Ferinos. Quales a feris edi solent. ¶ Cœnam thrasilli. Lego scænam pro apparatu:& actione inuoluta. qua dictione in
hoc significatu prope peculiariter utitur Apuleius. ¶ Procella sideris. Afflati sidere:eleganti uocabulo siderati nuncupan- Siderati
tur:& uerbum sideratur significat sidere afflatur & sideratione torpescit, dictiones hæ sunt Plinio peculiares:qui de side- Sideraᷓ
ratione frugum morbo scribit subtiliter & scite in. xvii. quod totum transposuisse uidetur ex theophrasti libris περιφυτων Sideratio
idest de plantis:procella autē nomen est tempestatis:quæ fit ex repentinis flabris:maiore ui contortis:ut docent physicarū
disciplinarum conditores. ¶ Ad limam consilii. Sicut scriptores ad limam emendationis libros conditos referunt:ut ea ex
poliantur. sic ad limam cōsilii distulit charite desyderiū petitoris thrasilli:ut scilicet i totum consulatione ppenderet:libra
ret:elimaret. ex præcepto Quintiliani. opus poliat lima non exterat. ¶ Vmbra lepolemi. Ex imitatione Maronis transcri
ptum hoc uᷓ:apud quem(ut iat notū est)imago sichei inhumati attolens ora palentia dormienti didoni occursans crude-
les aras traiectaq pectora ferro nudauit:cæcūq domus scelus omne retexit:inter somni filios est morpheus. a forma quā Morphe
in somnis exprimit noiatus:quē Oui. artificem simulatorēq figuræ cōgruēter appellat. hic exprimit incessus uultumq so us
nūq loquēdi:& uestes & cōsuetissima quæq uerba:& hic solos hoīes imitaᷓ. hic ergo morpheus humanæ figuræ perit⁹
simulator in faciem lepolemi trāsfigurat⁹:sumptaq illius figura cruentus:luridus:exanimi similis ante toꝝ miseræ cha-
rites stetit, & qetē dormiētis fœmiæ iterpellās fari uidebaᷓ. ¶ Mi cōiunx. Mea uxor: blādimēti uox est:mi Eustochiū dixit Mi cōiunx
Hierony. & mi soror pro mea. ¶ Non licebit. Nullus inqt alius te coniugē appellabit:nulli deinceps licebit uxorē te suam
noiare:si memoria pristini amoris nostri ifixa medullit⁹ est pectori tuo:atq præcordiis. nā fœmia pudica:quæ casto amo
re primū maritū prosequtur:post illius obitū de secundis nuptiis nō cogitat:& digamiā reprobās alterius coniunx dici asp
natur:& merito. illi eni uiuit adhuc prior coiūx:eiusq memoria peride ac uiuentis refoueᷓ. Magis se(ut inqt Diuus Hie
rony.)unicis applicant fœmiæ:& nihil aliud nosce magnū arctioris indulgētiæ uinculū est. Memoratissimū est illud por-
tiæ dictum. quæ cum laudaretur quædā bene morata:quæ secundū habeat maritū:sapientissime respondit. fœlix & pu- Dictum
dica matrona nunquā præter semel nupsit. Marcella maior rogata a matre sua an gauderet se nupsisse:respondit ita ual- portiæ
de ut amplius nolim. Valeria messalanarum soror amisso Seruio uiro nulli uolebat nubere:quæ interrogata cur hoc fa- Pudica se
ceret:ait sibi semper maritum Seruium uiuere. ¶ Casus fœdus. Infortuniū crudele ac deforme: & ita non parum multi mel nubit
exponunt:sed falso & perperam. namq legendum est casu. ut sit ordo & sensus. si charitatis coniugalis fœdus interuptum Scitum
est casu mortis meæ nubito cuicunq uoles alteri. modo ne thrasillo nubas percussori meo:& parricidæ nefario, quod si le ualeriæ
gas casus fœdus pro cruenta calamitate:futilis & leuis erit sensus minimeq consistens:inclinatur aūt hoc in loco fœdus
fœderis:nō fœdus fœda fœdum. ¶ Maritare. Nube:imperatiui modi est:sic Oui. Cinge re littorea flauentia tempore myr
to. Pli. de uitibus scribens sic inqt:alternis putantur annis:sexto anno maritantur. ¶ In manū cōuenias. Idest ne fias thrasil
li uxor ac mater familias. De in manū cōuētione:& hac tota solemnitate uxoria supra affatim diligenterq annotauimus.

nec mensam accumbas, nec thoro aquiescas. fuge mei percussoris cruẽtam dexteram, noli parricidio nuptias auspicari, uulnera illa quorum sanguinem tuæ lachrymæ proluere, non sunt tota dentium uulnera, lancea mali Thrasilli me tibi fecit alienum, & addit cætera, omnemq; scænam sceleris illuminat. at illa ut primum mœsta quieuerat, thoro faciem impressa, etiam nunc dormiens lachrymis emanantibus genas cohumitat, & uelut quodam tormẽto inquieta quiete excussa, luctu redintegrato prolyxum heiulat, discissaq; interula, decora brachia sæuientibus palmulis conuerberat, nec tñ cũ quoquã ꝑticipatis nocturnis imaginibꝰ, sed indicio facinoris prorsus dissimulato, & neqssimũ ꝑcussorẽ punire, & erũnabili uitæ sese subtrahere tacita decernit. Ecce rursus improuidæ uoluptatis detestabilis petitor aures obseratas de nuptiis obtundens, aderat. sed illa clemẽter aspernata sermonẽ Thrasilli, astuq; miro ꝑsonata, istãter garriẽti, summisseq; deꝑcãti, adhuc inqt tui fratris, meiq; carissimi mariti facies pulchra illa i meis diuersaẽ oculis. Adhuc odor cinameꝰ Ambrosii corpis ꝑ nares meas ꝑcurrit. Adhuc formosus Lepolemꝰ i meo uiuit pectorẽ, bõi ergo & optimi cõsules, si

¶NEC mẽsam accũbas. Petit Iepolemus a charite, ut Thrasillũ fugiat: ꝑinde ac iperiũ sceleratũ: detestabilem: & (ut nunc uulgo dicimus) excõmunicatũ. scribit Cæsar in sexto belli gallici commẽtario: quod apud gallos hi quibus sacrificiis interdictũ est a Dryudis sacerdotibus numero impiorũ: ac sceleratorum habentur his omnes decedunt: aditũ sermonemq; defugiunt. ne qd ex contagione incõmodi accipiant: in Decretis Canonicis tertia. qu. quarta distinguitur excõmunicatio ab anathemate: tanq̃ excommunicatio sit minor: anathema uero maior excommunicatio. unde & anathematizati ab ecclesia omnino separantur. Cũ talibus hodieq; neq; sermo: neq; congressus: neq; cibus cõicatur. Diuus Cyprianus eleganti uocabulo abstentos appellat quos uulgus excõicatos uocat. Accũbere mensam est simul uesci: & in eadem mẽsa discumbere. M. T. uatinium criminaẽ quod mẽsam accũbebat atratus: idest toga nigra uestitus. ¶ Nuptias auspicari. Inter cætera quæ hoies fœliciter auspicari solent est cõiugiũ: hinc est ꝙ a multis eligiẽ dies ut ducaẽ uxor: credo ꝓpterea (ut diui Augustini uerbis utar) q̃ a pôt in diẽ non bonũ nisi eligant incurri: & infœliciter duci. ¶ Proluere. Lauerũt: apud Virgiliũ ait Anna. date uulnera lymphis: abluã. ¶ Dẽtiũ. Nõ aper dentibus suis fulmineis hæc tota uulnera cõfecit. ¶ Fecit alienũ. Interemit: qui. n. perimuntur alieni fiunt a uiuentibus. ¶ Scænã. Apparatum, tegumentumq; rei gestæ: ut sæpius supra. ¶ Illuminat. Illustrat: patefacit: & (ut inquit Virgilius) Scelus omne retexit. ¶ Thoro faciem impressa. Applicito ore ad lectulum, figurata locutio & poetica est. sic Virgilius. Et os impressa thoro moriemur inultæ. ¶ Cohumitat. Humore lachrymarũ madefacit: implet, humectat. ab humore deflectũ uerbũ. Genas intelligit sinus oculorum & palpebras: de quibus poeta. Sic effata sinus lachrymis impleuit obortis: alias genæ infra oculos sigñantur malæ. in quibus pudoris est sedes. ibiq; maxime ostendiẽ rubor. ¶ Inqeta quiete. Elegãtissime diciẽ qes inquieta: qñ tumultuosus est somnus: & qes uisionibus diris turbulenta. Nec placidam mẽbris dat cura qetẽ. qñ hõ secũdũ quietẽ terrificis imaginibus excutitur: & qñ fit illud Pli. furiales somni & inqes nocturna: sicut qes quietis: ita e contrario inqes inqetis diciẽ ꝓ inqetudine. ¶ Excussa. Excuti somno: terroris est, sic Vir. excutior somno. ¶ Prolyxũ. Multũ diu ꝓlyxa heiulatione lamentaẽ. nomen pro aduerbio: quod frequẽtissimum est. ¶ Interula. Tunica interiore: quæ uulgo camisia nominatur. Valerius in epistola ad Ruffinum de deianira loquens inqt: quẽ uestire debuit interula uestiuit interitus. eadem ĩtima tunica nominaẽ flamen Dialis: auctore Gellio. Tunicam intimam non exuit nisi in locis tectis. ne sub cœlo tanquã sub oculis iouis nudus sit. Aurelianus august. in epistola quadam præcipit dari bonoso interulas bicolores duas, apud Lãpridium mentio fit tunicarum quas asenas uocat: quasi dicas uiles: uulgarias: ignobiles. idem tradit. Tunicas macrocheras ex purpura reuocatas esse ab Alexandro. sunt autem macrocheræ Tunicæ manicatæ habentes manicas longiores: quas Romæ atq; oĩ in latio antiquitus iduere fuit decorũ. quas q̃ probrosas atq; fœmineas Virgilius criminatur illo uersu: Et tunicæ manicas: & habent redimicula mitræ. Consimiliter Augustinus in tertio de doctrina christiana. Talares inquit ac manicatas tunicas habere apud ueteres Romanos flagitiũ erat. alio quoq; uocabulo græco cheridotæ appellantur: quo & nostri utunẽ. Scipio antiquitatis obseruantissimus: gallo homini delicato obiectat. ꝙ cũ cheridota tunica: idest manicata accubuerit. Trãseunter uerbum diui Hieronymi explicandũ: in quo sacerdotes male literati hallucinantur: in uita Hilarionis scribit ependyten illum habuisse a beato Antonio datum scito επευδευτην. i. ependyten græco uocabulo dici tunicam: siue indumentũ quod superne iniicitur, siue id sit lineum: siue laneum: siue pelliceum. ¶ Palmulis. Manibus puellaribus: manciolis. ita eñi Ennius manus appellat forma diminutiua: manciolis inquit tenellis pro manibus. ¶ Cũ quoquam. Cum aliquo. ¶ Nocturnis imaginibus. Quibus scilicet uiderat mariti umbram sanguinolentã, & pallentem omne scelus thrasilli retegentẽ. ¶ Erumnabili. Erumnarum plenæ: calamitosæ: infœlici. ¶ Tacita. Nullo ꝑticipe consiliorum. ¶ Decernit. Deliberat: constituit: destinat. ¶ Obseratas. Obturatas: occlusas. quæ petitiões Thrasilli minime admittebãt. ¶ Obtundens. Sæpe & moleste interpellans: nam obtundere (ut docet Donatus) est aliquid sæpe odiose repetere. Translatio a fabrorum malleo. ¶ Personata. Velamẽto quasi quodam astutiæ uafritiæq; cooperta: adumbrata: & ueluti persona induta delitescens, atq; arcana animi celans: personata fœlicitas dicitur a Seneca non uera sed simulata, quæ forinsecus est decora, intus uero deformata. personatus pater diciẽ ab Oratio Comicus pater inductus in comœdia sub persona histrionica. Scribit. M. Tulli. ꝙ Roscium ꝑsonatũ non magnope laudabant. personatæ quoq; fabulæ hinc nomen mutuantur: deniq; generali uocabulo. personatus dici pôt quisquis palam & foris aliud ostendit. clam uero & intra pectoris penetralia aliud sentit & machinatur. sic personata charite decenter dicta: quæ uultu quasi arridebat assentiebaturq; Thrasillo: cum altum corde dolorem cõprimeret, agitaretque mẽte uindictã. ¶ Tui fratris. quẽ. i. tu fratrẽ appellas: quem amore fraterno complecti uis uideri: quasi tacite dicat: o sceleratissime tu fratrem illum palam uocas: quem clam fraudulenter interemisti. ¶ Diuersatur oculis. Cõsimile est illud. Hærẽt infixi pectore uultus: Verbaq;: nec placidã mẽbris dat cura quietẽ. ¶ Ambrosii corporis. Vnguẽtis delibuti: immortalis: diuini: laus lepolemi: græce Ambrosios dicitur immortalis. ¶ In meo uiuit pectore. Fœminæ pudicæ memoria defuncti coniugis semp est recens: & illi semper maritus uiuit: sic & olim Valeria: cũ post obitum mariti amplius nubere nollet: dixit sibi semper maritum Seruium uiuere. ¶ Boni & optimi. Promiscua usitataq; locutio est boni consules. i. in bonam partem accipies, hic fastum est incrementum superlatiuum: ut ita maius quippiam significareẽ.

Excõmunicatio
Anathema
Abstenti
Genæ oculorum
Quies inquieta
Interula
Intimam tunicam non exuit
Dialis
Asenæ tunicæ
Macrocheræ
Manicatæ
Cheridotæ
Ependyte apud Hieronymum
Manciolæ
Obtũdere
Personata fœlicitas
Personata fabula
Ambrosios imortalis

¶Luctu

¶ LVctu legitimo. Quasi lege præscripto. Maiores nostri (ut inquit Seneca libro. vii. epistolaꝝ) Annū fœminis ad lugē-dum cōstituere: non ut tam diu lugerent: sed ne diutius: ex Ouidii lectiōe sat notum est decem mēses esse spacium luctus coniugalis. sic enim ait in primo fastoꝝ. Per totidē mēses a funere cōiugis uxor Sustinet in uidua tristia signa domo. Annus autē priscoꝝ decem tantū mēsibus cōficiebatur. scribūt iurisconsulti Titulo de his qui notanť infamia. Solere a principe īpetrari: ut intra legitimū tp̄us mulieri nubere liceret. Quæ uiꝝ luget intra id tp̄s sp̄ōsam fuisse nō nocet. Tp̄s quoq; legitimū lugēdi Annū esse demonstrāt: qđ & libro codicis qnto de secūdis nuptiis relatū est: ubi sic scriptum legimus. Si qua

Annus ad lugendum fœminis

luctu legitio miserrimæ fœmiæ necessariū cōcesseris tēpus, quoad residuis mēsibꝰ spatiū reliquū cōpleat anni, q̄ res cū meū pudorē, tū ēt tuū salutare cōmodū respicit, ne forte imaturitate nuptiaꝝ idignatiōe iusta manes acerbos mariti ad exitiū salutis tuæ suscitemꝰ. Nec isto sermōe Thrasillus sobriefactꝰ uł saltē tēpestiua pollicitatiōe recreatꝰ idētidē ꝑgit linguæ sauciantis sulfurros iprobos igerere, quoad simulāter reuicta charite suscipit istud eqdē certe magnope deꝑcanti cōcedas necesse est mihi Thrasille, ut interdū taciti clādestino coitꝰ obeamꝰ nec quisq̄ ꝑsentiscat familiariū, quoad dies reliquos metiať annꝰ. ꝓmissiōi fallaciosæ mulieris opp̄ssus, succubuit Thrasillus, & ꝑlyxe cōsentit de furtiuo cōcubitu, nocteq; & opertas exoptat ultro tenebras. uno potiūdi studio, postpones omnia. Sed heus tu iquit Charite, q̄ ꝓbe ueste cōtectus, omniq; comite uiduatꝰ prima uigilia fores meas tacitus accedas, unoq; sibilo cōtētus, nutricē istā meā operiare, quæ claustris adhærens excubabit aduentui tuo. nec secius patefactis ædibus acceptū te nullo lumie cōsciō, ad meū ꝑducet cubiculū, placuit Thrasillo scæna feraliū nuptiaꝝ. nec sequius aliquid suspicatus, sed expectatiōe turbidus, de diei tātum spatio, & uesperæ mora querebatur. Sed ubi sol nocti tandē decessit, & experio Charites adornatus, & nutricis capitiosa uigilia deceptꝰ irrepit cubiculū ꝓnus spei, tunc anus de iussu domiæ blādiens ei, furti deprōptis calcibus: & œnophoro. q; imixtū uino soporiferꝝ gerebat uenenū, crebris potiōibus, auide ac secure hauriētē, mētita dñæ tarditatē, q̄si parētē

mulier nequaq̄ luctus religionē priori uiro nuptiaꝝ festinatione ꝓstiterit: ex iure qdē notissimo sit infamis. Itē si q̄ ex fœminis ꝑdito marito intra anni spaciū alteri festinauerit nubere: ꝓbro noteť. Ex istituto Numæ pompilii (ut auctor est Plutarchus) Quæ nubit ante decē mēses ab obitu mariti uaccā ꝓgnantē imolat. Apud iudęos luctus Triginta diebꝰ finiebať. In luctu fœminæ purpurā atq; auꝝ deponūt. Mox eadem cū eluxerūt sumūt: auctor Liuius. Quādiu luget Vxor defunctū maritū: nefas eam alteri denubere. ¶ Immaturitate nuptiaꝝ: imaturæ sūt nuptiæ q̄do peractū luctus legitimi tēpus uidua digamiam decātans secundo marito copulať. Tūc merito anima prioris cōiugis iusta indignatione suscitari potest: & extimulari in exitium ꝑniciēq; succedanei atq; uicarii, hoc est eius qui sibi successerit ad colēdū uxoris fundū: cui cōiunx nupserit. ¶ Sobriefactus. ad sobrietatē moderatiōemq; reuocatus. sobriosos Cyprianus appellat moderatos & abstinentes. Sobrietas enī uirtutis & prudentiæ comes est. ¶ Identidē: sæpe: frequenter. ¶ Sauciantis. Cuius uerba instar iaculorū sauciabāt: cōuulnerabātque aures charites & mentē. ¶ Inurgere. emenda ingerere. ¶ Simulāter reuicta. Simulauit charite se tandem uictā manus dare ꝓcacitati Thrasilli: & id facturā: quod ille tantopere flagitabat. ¶ Clandestinos coitꝰ. Interea inquit charite dū annus luctui legitimo assignatꝰ peragatur: poterimus furtiuos cōcubitus inire qnq;: & palæstræ ueneree clā furtimq; opam dare: ita ut nullus ꝑsentiscat. nā qđ nemo nouit: pene nō fit. ¶ Promissioni succubuit. Cessit: locū dedit: obsequutus est ꝓmissiōi charites: q̄ dolo bono fallaciisq; referta erat cōcinnatis ad ꝑniciē Thrasilli. Silius: succubuit medicina malis. ¶ Optas tenebras. Nox accōmodata est fraudi & furtis: tenebræ nocturnæ uota sunt amantiū. nocturni cōcubitus & clādestina adulteria ꝑcolunť: quæ iterdiu fieri nō licet. ¶ Veste cōtectus: charite cuius mens & animus nihil aliud q̄ ultionē mariti meditabať admonet Thrasillū: ut solus obtecto capite cucullione: lōga ueste & seruili celatus: hora cōstituta ad se clanculo ueniat. auctor est Sueto. C. Caligu. adulteria noctibꝰ obire solitū capillamēto & ueste longa celatū. Ora. in scđo sermonū hitū adulteris nocturni ita describit. Tu cū ꝓiectis insignibꝰ annulo eq̄stri Romanoq; habitu ꝓdis ex iudice dāma Turpis

Infamis quæ festinat iteꝝ nubere institutū Numæ

Sobriosus

odoratū caput obscurāte lucerna. Non es qđ simulas. ¶ Viduatꝰ: priuatꝰ. solū & solitariū uenire ad se noctu hortať. ¶ Prima uigi.: primis tribꝰ horis nocturnis. de q̄tuor uigiliis noctis militaribꝰ āndictū est. ¶ Sibilo contē. amator uadēs ad amicā subinde solet sibilo aduentum suū indicare. ¶ Opiare: expectes. ¶ Istā: dicticos est: ostendit enim præsentē uetulam: tanq̄ uelit eā esse consciam amoris huiusce furtiui. ¶ Claustris adhærēs: claustritimū dixerūt ueteres: eū q claustris ianuæ ꝓesset. ¶ Scæna. Apparatus, & uelamentū. ¶ Feraliū nuptiaꝝ. ab euentu feralium dixit: ꝓpterea quod hæc res futura pestifera est & exitialis Thrasillo. ¶ Nec sequus. deterius: peius: nec aliter q̄ audiebat: prout loquebať charite ita credens. Aliubi segoitem sexū posuit pro deteriorē & mulrebrem. ¶ Querebatur: exptus loquor: amatorem maxime torquet expectatio illius horæ: quā amica cōdixit. dies una uidetur annus esse longissimus. conqueritur de mora & tarditate crepusculi uespertini: optat, expetit: precať: ut noctescat: ut tempus illud aduentet, quod sperat futurum mellitissimum omnisq; ueneriæ dulcedinis refertissimū. in hanc ferme sententiam est illud Oratii. Vt nox longa quibus mentiť amica. ¶ Adornatus. Veste contectus. Cucullione celatus: comite uiduatus. ¶ Captiosa. Dolosa & captionum plena: ad capiendum. s. Thrasillum & laqueis feralibus illaqueādum. ¶ Irrepit. sensim: clam: latenter: quasi repens ingreditur. ¶ Pronus spei. pronus in spē: archaismos. sic enim ueteres loqui solebant: ut O præstans animi iuuenis: ut infœlix animi: & alia prope infinita, quod & in supioribus annotauimus. ¶ Oenophoro. Vas uinarium significatur, cuius & supra facta est mentio. in templo liberi patris œnophoꝝ sistebatur, quod significabat uinū. per id quod cōtinet id quod contineť: auctor diuus Augusti. in. vii. de ciuitate dei. Martialis Reddidit œnophori pondera plena sui. ¶ Soporiferum uenenum. Notat medicamen: quo sopor conciliatur. Cuiq; uis somnifica inest immixtum fuisse copulis illis: quibus ingurgitatus Thrasillus facile sepultus est ad somnum: inter uenena soporifera est opium: & pleraq; alia: quorum Plinius & medici meminerunt, De his & Ouidius: Sunt quoq; quæ faciunt altos medicamina somnos Vinctaq; lethea lumina morte premunt. ¶ Haurientem. ebibentem: uerbū est polysemum: hoc est multa significans: cuius multiplices significationes grammatici percensent.

Claustritimus

sequior sexus

Pronꝰ spei

Oenophorū in tēplo liberi

Opiū somnificum

Polysemū

adsideret ægrotum, facile sepeliuit ad somnum. Iamque eo ad omnes iniurias exposito, ac supinato, intro uocata Charite, masculis animis impetuque diro ferme inuadit, ac superstitit siccarium, & inquit. Fidus coniugis mei comes, en uenator egregius, en carus maritus: hæc est illa dextra, quæ meum sanguinem fudit. hoc pectus, quod fraudulentas ambages in meum concinnauit exitium. oculi isti, quibus male placui. qui quodāmodo tū tā futuras tenebras auspicātes uenientes pœnas antecedunt. quiesce securus, beate somniare, nō ego gladio, nō ferro petā. absit, ut simili mortis genere cū marito meo coæqueris. uiuo tibi morient oculi, nec qcq̃ uidebis nisi dormiens, saxo fœliciorem necem inimici tui: quam uitam tuam sentias. lumē certe non uidebis, manu comitis indigebis, Charitem non tenebis, nuptiis non frueris, nec mortis qete recreaberis, nec uitæ uoluptate lætaberis, sed icertum simulachrū errabis iter orcū & solem, & diu quæres dexterā, quæ tuas expugnauit pupulas. quodq̧ est in erūna miserrimum, nescies de quo q̃raris. At ego sepulchrum mei Lepolemi tuo luminum cruore libabo, & sanctis manibus eius, istis oculis parentabo. sed quid mora temporis dignum cruciatum lucrarius, & meos forsitan tibi pestiferos imaginaris amplexus, relictis somnolentis tenebris, ad aliam pœnalem euigila caliginem. attolle uacuam faciem, uindictam recognosce, infortunium intellige, erumnas computa, sic pudicæ mulieri tui placuere oculi, sic faces nuptiales tuos

Adsidere ægroto ¶ ADsideret. significāter locutus. nā qui curāt ægrotos illisque semp præsto sūt adsidere dicunt. Oratius in sermōib⁹. Aut alius casus lecto te affixit, hēs qui adsideat: fomēta paret: medicū roget. uetula mendacio eludens fingit iccirco dominam diutius remorari: ppterea q̧ ægroto patri adsideret ministraret etq̧. ¶ Supinato. Vino sepulti dū proflāt ex pectore somnū sæpenumero supiati stertunt iacētq̧. ¶ Masculis animis. aiositate uirili septa. ¶ Superstitit siccariū: stetit supra siccariū. Ita enim appellat Thrasillū mariti charites parricidā. ¶ Fidus cōiugis. uerba charites cū ironica idignatiōe plata ad Thrasillū, soporifera potione pstratū. ¶ En uenator. q. d. maritū meū cōfodit: dū ferā debet inuadere. ¶ Illa uestra. demonstrātis & tangētis uerba sūt. ¶ Meū sanguinē. maritalem: sanguis. n. mariti sanguis uxoris est. & ut ecclesiasticū dogma pdidit: duo sunt in carne una. ¶ Ambages. Inuolucra & circuitus. ¶ Male placui. in perniciē. s. atq̧ exoculationem. ¶ Pœnas antecedūt: pœna Thrasilli futura est cæcitas & luminis excæcatio. hanc pœnā oculi dormientes: & ob somnū nihil prorsus uidentes antecedere eleganter dicunt: &. n. talis erit post cæcitatē inflictā qualis tunc erat dormiens. & sicut tunc nihil uidebant oculi Thrasilli somno cōuenientes: ita mox nihil uidebunt a charite confossi & lumine orbati. ¶ Auspicantes, inchoantes: & quodā quasi auspicio psagātes. tenebræ. n. dormientium oculoꝝ auspicium faciūt tenebrarū cæcitatis.
Petere ferire ¶ Petam. feriam: pcutiam: hinc cornupeta bos dictus: qui cornu ferit. Virg. Iā cornu petat: & pedibus q spargat harenā: petitiones quoq̧ proprie dicuntur impetus gladiatoꝝ: ut suo loco docuimus.
Cornupeta
Petitiones ¶ Coæqueris. ut sicut ille ferro pemptus iacet. ita tu quoq̧ ferro obtrūcatus oppetas. ¶ Dormiēs. homo dormiēs nihil uidet nisi in somnis: & per nocturnas uisiones. qui exoculatus est nihil uidere pōt: nisi in somnis & dormiens. Talē uidēdi usum Thrasillo denunciat. ¶ Inimici tui. Lepolemi. ¶ Fœliciorem necē. Vita exoculati excæcatiq̧ dirior atq̧ infœlicior est oi nece. quod & statius sensit scribēs in Thebaide. Eiectusq̧ die sors leto durior omni. Pli. in. xi. oculos dicit partē esse corporis pciosissimam: & qui lucis usu uitā distinguant a morte.
Cæcitas durior morte
Firmicus Maternus exitium cæcitatis bono epitheto miserū appellat. ¶ Manu comitis. Excæcatus ducē itineris habet: aut baculum: aut puerum. hinc scitum illud Aesclepiadis philosophi, qui cū qdā quæreret qd ei cæcitas attulisset: respondit puero ut uno essem comitatior: in gente cornelia scipionum cognomen inhæsit: ex eo quod Cornelius uicem baculi (q scipio dicitur) impleuit in regendo patre luminibus carente. unde scipio cognominat⁹ nomē posteris dedit.
Puero uno comitatior
Scipio baculus
Isocolon
¶ Lætaberis. Exornatio rhetorica est Lucio nostro perquā familiaris: græco uocabulo Isocolon: latino cōpar appellant. ¶ Inter ortum. lego orcum, hoc intellectu: luminibus orbatus erat: incertus & dubius utrū uiuentibus an defunctis sit annumerandus. Nam nec plene uiuus dici potest, cū careat usu oculoꝝ: q uitā a morte distingunt. nec plene mortuus: cū ambulet & spiret: sed inter orcū hoc est plutonē: qui Deus est tenebrarū: & solē qui Deus est luminis intermedius: & q̃si in meditullio mortis ac uitæ collocatus uidetur. ¶ Expugnauit pupulas. Merito pupulas expugnari dixit. in eo q per uim lumine uideat. qm uis optica. i. uisibilis pprie pupilis inest: & adeo absoluta speculi potentia: ut totā imaginem reddāt hominis. ea causa est: ut pleræque aues māib⁹ hominū oculos potissimū appetant: qd effigiē suā in pupilis cernentes: uelut ad cognita desyderia sua tendunt. ¶ In erūna miserrimū. cū ois erūna homini misera sit. Illud miserrimū cōtingit: cū erūnæ ignorat auctorē. & de quo q̃ri possit nō hēt: uidet. n. fomētū eē calamitatis scire de quo q̃raris: nouisse auctorē iniuriaꝝ: cui parē gratiā possis repēdere. hoc itaq̧ miserrimū erit Thrasillo q̧ exoculatus orbatusq̧ luminibus nesciet de quo q̃ri possit. ¶ Libabo. potes legere litabo: p eo qd est expiabo: placaboq̧ tali sacrificio. ¶ Manibus. aiæ maritali.
Manes deos colunto
Sū manus
Parentare
Manes dici aias defunctoꝝ sciūt oēs: & frequēter annotaui. lex Cice. hæc est. Manes deos colūto, pluto sum manus dictus: quasi summus maniū & deus. ¶ Parētabo. sacrificabo. M. T. in orone pro Flacco: litemus igit lentulo: parētemus Cetego: reuocemus eiectos. parētare pprie est parentibus defunctis iusta celebrare & sacra facere ad sepulchrū. quod indicat idē. M. T. in. i. philippica. his uerbis: ut cuius sepulchrū nusq̃ extet ubi parētet ei publice supplicet. Fabi⁹ maximus seruilianus pōtifex negat oportere atro die parētare, qa tūc quoq̧ Ianū Iouēq̧ pfari necesse est: quos noiari atro die nō oportet nunc ait charite oculos Thrasilli futuros p uictima & sacrificio parētatiōis manib⁹ Lepolemi.
Parētalia
Parētatio annnua
parētalia sacrificia sūt mortuoꝝ, q̃ pprie manib⁹ parētū exibent. Idē. M. T. q̃rit in philippicis parētalia in honorē Cæsa. defuncti cū supplicatiōib⁹ misceri. Annua parētatio dr sacrificiū qd quotānis fit in honorē mortuoꝝ. Macro. & Cato tradūt larētiā annuæ parētationis honore dignatā. ¶ Lucraris. q̃si lucrū sit dilatio cruciat⁹. ¶ Imaginaris. Dormiēdo. s. & somniādo. ¶ Ad aliā caliginē. Caligo una est sopiti hois & dormiētis. Caligo altera ē excæcati. ueꝝ hec posterior cū pœna, & cruciabilitate. ¶ Vacuā. Oculis carētē: & prsus exoculatā. ¶ Vindictā. Interfecti Lepolemi.
Dialyton
p Dialytō hæc dicunt: qd schema haud minimū est orōnis honestamētū. ¶ Erūnas cōputa. fiat inqt cōputatio erūnaꝝ, utrū maiores illæ sint q̃s tu mihi irrogasti dū interficis maritū: an istæ q̃s excæcatus patieris: uel. h. d. cōputa erūnas q̃s. s. multiiugas una excæcatione sustinebis. ¶ Sic. Per excæcationē.

¶ Illuminarunt

illuminarũt thalamos, ultrices habebis ꝓnubas, & orbitatẽ comitẽ, & ꝑpetuæ cõſciẽtiæ ſtimulũ. Ad hũc modũ uaticinata mulier, acu crinali capite deprompta, Thraſilli cõuulnerat tota lumina, dũq; ꝓrſus exoculatũ relinquens: dũ dolore neſcio crapulã cũ ſomno diſcutit, arepto nudo gladio, quo ſe Lepolem9 ſolebat icingere, ꝑ mediã ciuitatẽ curſu furioſo ꝓripit ſe ꝓculdubio neſcio qd ſcelus geſtiẽs, circa monumẽtũ mariti cõtendit. At nos & omnis populus nudatis totis ædibus ſtudioſe cõſequimur. hortati mutuo, ferrum ueſanis extorquere manibus. ſed Charite capulum capit Lepolemi, propter aſſiſtens, gladioq; fulgenti ſingulos abigens, ubi fletus uberes & lamentationes uarias cunctorum intuetur. Abiicite inquit importunas lachrymas, abiicite luctum meis uirtutibus alienum, uindicaui in mei mariti cruentum peremptorem. punita ſum funeſtum mearum nuptiarum prædonem. iam tempus eſt, ut iſto gladio deorſus ad meum Lepolemũ uiam quæram. & enarratis ordine ſingulis, quæ ſibi per ſomnium nunciauerat maritus, quoq; aſtu Thraſillũ inductũ petiſſet, ferro

¶ Illuminarũt Thalamos. faces accenſas in nuptiis adhiberi ſatis notũ: & ſuo loco affatim explicatum. Igitur cum aliorũ feſtiuitate cõiugali faces ſplendore thalamos illuminẽt. In thalamo Thraſilli faces fulgebũt tenebroſæ: ꝓpterea ꝙ oĩa caligabũt, noteſcẽt: obtenebrabunt: oculis effoſſis: extinctiſq; luminib9. ¶ Vltrices ꝓnubas. Pronubæ ꝗ ĩ obſequio ſũt nubentis: ut docet Donat9 in cõmẽtario ſeptimo Aeneidos, quæ nubẽtes domũ mariti deducũt ac comitãtur. qua in re illd obſeruabat apud ueteres: ut ꝓnubæ illæ adhiberent quæ ſemel tãtũ nupſiſſent: boni. ſ. auſpicii cã: ut ſingulare pſeueraret matrimoniũ. Nouã nuptã nihil minus ꝗ pulchrior ꝓnuba decet: ut inqt feſtiuiter Sidonius. Iuno iter deas ꝓnuba dicit: quæ præeſt maritalib9 thoris: cui uincula iugalia curæ: paranymphi & paranymphæ grçco uocabulo latinis uſitatiſſimo nũcupant ꝓnubi & ꝓnubæ, cõmẽtator Decretorũ cãnonicorũ inſulſe & pueriliter paranymphas expoſuit ꝓ ancillas: ꝗſi parãtes lymphã: cũ a παρακαινυμφι. i. ſpõſam paranymph9 deducat: ſpõſus & ſpõſa a paranymphis offerunt: cũ benedicẽdi ſũt a ſacerdote: paranymphi e cubiculo geniali diſcedũt poſt introitũ ſponſi & ſponſæ (ut tradit Auguſtinus in. yi.) cũ igit ꝓnubæ fœlices adhiberi debeant: ut fortunata ſint matrimonia: ait ultrices futuras ꝓnubas in nuptiis Thraſilli: ut doceat ifœlices ernũnoſaſq; futuras. ultrices eñi ſunt quæ puniũt nocẽtes: & ꝓ diris ſiue furiis accipi uident. apud Virgi. in. yii. æneidos cõnubiũ lauiniæ ſanguinolẽtũ futurũ ſpondẽs iuno: ita ſecũ muſſitat. Sãguine Troiano & rutulo dotaber uirgo, & bellona manet te ꝓnuba. Cõſimiliter apud Ouidiũ. phyllis oſtẽdere uolens ĩfortunatũ fuiſſe ſuũ cũ demophoõte cõiugium inqt Pronuba Tiſiphone thalamis ululauit ĩ illis. ¶ Orbitatẽ. Orbitas cæci hominis comes eſt perennis. ¶ Cõſciẽtiæ ſtimulũ. Inter atroces pœnas: qbus mortales torquent nimirũ atrociſſimus eſt ſtimulus cõſcientiæ: qui occulto flagello lãcinat hominẽ iteriorẽ, hoc ẽ animũ: qui ſurdo uerbere ſontes cædit: habet (ut ĩquit elegantiſſime pacatus panegyriſta) neſcio quos inter nos mens ſcelerata carnifices. aut ipſa ſibi carnifex cõſcientia eſt. M. T. in oratione ꝓ Roſcio amerino. Itẽ in oratione cõtra Piſonẽ. docet ſuã cuique ſcelerato domeſticã furiã eẽ cõſcientiã. Sua inqt quẽq; fraus: ſuum facinus: ſuũ ſcelus: ſua audacia de ſanitate ac mẽte deturbat: hæ ſũt impiorũ furiæ: hæ flammæ: hæ faces: græci dĩt οι κρισυνειδεησισ τινιβελει πληττει την ψυχην. i. ſua cuiq; cõſcia. quodã ꝗſi iaculo pcutit animã. hic ergo ſtimulus cõſcientiæ: quæ (ut ueteres dixere) loco mille teſtiũ eſt. qua iudice nemo nocẽs abſoluit: erit indiuulſus comes ſcelerati Thraſilli: eiuſq; interiora lancinabit: fodicabit: diuellet cõtinenter ac perẽniter. ¶ Acu crinali. ut crinale aurũ: crinales uittæ dicũtur: qbus fœminæ utunt ad crines uinciendos. ita crinalis acus ad cultũ capitis adhibet. ut in ſtatione ſit coma: nec ſint ſine lege capilli. Calamiſtrũ acus eſt maior: quæ calefacta in cinere capillos torquet & ornat. cuius miniſtri a cinere cinerarii & ciniflões appellati. A calamiſtro dicti calamiſtrati: & coma calamiſtrata: quã. M. T. Gabinio effœminato adprobauit: eſt & diſcerniculũ acus matronalis a diſcernẽdo dictũ: quoniã eo dicernit capillus: & diſcrimen capitis cõponit. Ita eñi dicit diuortium dictinſtioq; capillicii in fronte. Ouidius. Cõpoſitũ diſcrimẽ erit: diſcrimina lauda. Itẽ Longa ꝓbat facies capitis diſcrimina puri. diuus Hieronymus hoc diſcerniculũ quod diſcrimen ornatur eleganti ſcitoque uocabulo diſcriminalẽ acũ appellat, qui ſcribens cõtra ruffinũ qd annotatu cognituq; dignũ eſt. ſic ait: fecerũt hoc & fuluia in Cicerõem: & herodias in Ioannẽ: qa ueritatẽ non poterant audire: & linguã ueriloquã diſcriminali acu cõfodiebãt. ¶ Exoculatũ. Luminib9 orbatum: excæcatũq;. ¶ Neſcio. Caſus eſt dandi: ut exponas neſcio ſcilicet Thraſillo pro ignorãti neſcientiq;: a quo ſit hoc palſus: qd ſi iũctim legas dolore neſcio, ut ſit ſeptimus caſus & epithetõ doloris atq; ita iterpreteris. Dolore neſcio ꝓ ignorato & latẽte. Nãq; apud priſcos neſcius dicit tam is ꝗ neſcit ꝗ qui neſcit. ſicut & ignarus nõ tantũ ꝗ ignorat ꝗ ꝗ ignorat. Auctores Gellius: Seruius & Cæteri. ſic. Virg. Paſtor agens telis liquitq; uolatile ferrũ neſcius. Vbi paſtor neſcius ſignificat ꝗ neſcit & latet. ¶ Cõtendit. Pergit. ¶ Nudatis ædibus. Domo uacua relicta: dum ſtudio uiſendi oẽs egredimur. ¶ Mutuo. Viciſſim: & mutua adhortatione. ¶ Capulũ. Modo ſepulchrũ: & monumẽtũ: alias ꝓ manubrio gladii accipit, alias ꝓ phere tro ſiue ſandapila. uñ capulares dicti ſenes: ſup quo copioſius ſuo loco diximus. ¶ Propter. Iuxta: ꝓpe. ¶ Vindicaui ĩ peremptorẽ. Dulciſſimũ eſt homini læſo: & potiſſimũ fœmiæ reponere ultionẽ & uindicare iniuriã: iuxta ſatyrographi ſententiã ſic ſcribẽtis At uindicta bonũ uita iucundius ipſa. Cõſimile eſt illud Virgilianũ Vltra uirũ pœnas inimico a fratre recepi. ¶ Punita ſum. Puniui, archaiſmos eſt. Nãq; apd antiquos id quoq; habitũ eſt ĩ oratione facienda elegãtiæ genus: ut ꝓ uerbis agẽtib9 uerba patiendi ponerẽt. & hæc inter ſe mutuo inuerterent. ut muneror ꝓ munero. fabricor pro fabrico. palpat ꝓ palpat. bellant ꝓ bellãt: & alia id genus ſexcẽta. iter quæ eſt punior ꝓ punio: & punitus ſum ꝓ puniui. M. T. neq; ad ei9 ꝗ punit aliquẽ: aut uerbis caſtigat, ſed ad rei publicæ utilitatẽ referri. ¶ Iſto gladio. Dicit a græcis ꝑ ꝓuerbiũ τατρια εισ θανατον, ξιφοσ βροχοσ. κωνειον, i. tria ad mortem inferendã ꝓſto ſunt, gladius: laqueus: uenenũ. ¶ Geſtiens. ſ. charite appetẽs geſtuq; demõſtrãs ſcelus quoddã inexpiabile qd moliebat. Quod poſt exoculatũ thraſillũ. ipſa ſecũ aio deſtinauerat. uel geſtiẽs exponẽ exultãs & lætabũda: ob facin9 patratũ. ¶ Deorſus. Ad manes: ad iferos: ad iſernas regiões. ubi erat domiciliũ defuncti mariti. ¶ Quoq; aſtu. Qua aſtutia: calliditate, uaframẽto. ¶ Inductũ. Deceptũ: & fallaciis circũuẽtũ. M. T. ĩ Piſonẽ. hic ĩ fraudẽ hoĩes ĩpulit. hic eos qbus erat ignotus decepit, feſellit: iduxit. hẽt hoc uerbũ iducere aliũ quoq; ſignatũ eruditũ: ſed infrequẽtẽ: quo accipit ꝓ delere: & cãcellare. Vlpianus iuriſcõſult. titulo de his quæ in teſtõ delent: cãcellauerat quis teſtamẽtũ: uel induxerat. Item ſi nomina omnia induxerit ut proponitur. Item quæ in teſtamento legi poſſunt ea inconſulto deleta & inducta nihilominus ualent, conſulto non ualent. hinc inductio quoq; deriuatur pro abolitione & litura.

Pronubæ
Pronuba monogama
Iuno pronuba
paranymphus
Paranympha
Error commentatoris decretorũ
Vltrices
Cõſcientia carnifex
Crinalis acus
Calamiſtrũ
cinerarii
Ciniſlones
Calamiſtratus
Diſcerniculum
diſcrimen
Diſcrimina
Li acu confoſſa lingua Ciceronis
Neſcius
Capulus
Punita ſũ puniui
Muneror
Munero
Prouerbiũ tria ad mortem gladius laqueus uenenũ
Inductus
inducere liturare
Cãcellare
Inductio

Nex Lucretiæ

CSVB papillã dextrã. Letifer ille locus. Cõsimili genere mortis ultroneæ occubuit corruitq́ Lucretia: q̃ impatiẽs uiolatæ a Sexto Tarquinio pudicitiæ cultrum in corde defixit: plapsaq́ in uulnus moribũda cecidit. ℣ In suo sibi. Parelcõ est. sic ueteres loqui solebant. Terentius suo sibi gladio hũc iugulo. ℣ Incerto sermone. Talis est sermo moriẽtis: incertus. s. impfectus: inexplicabilis. ℣ Per efflauere. Corrigendũ est pflauit: quod est efflauit: exhalauit aiam: tanq̃ aia sit halitus & spiritus, super quo in prio cõmẽtario Tusculanaꝝ copiosissime. ℣ Animã uirilem. Ab effectu uirilẽ dixit, uiroꝝ enim & q̃ẽ fortium est: sibi mortẽ ferro cõsciscere. Martialis. Romanam mortem hanc appellat tanq̃ Romanorum peculiare fuerit.

Nefas seipsum occidere.

aiunt uiri fortissimi esse semet occidere: contra Iosippus ignauissimi opinat̃. Nam & gubernator timidissimus existimat̃: qui tẽpestatem metuens ante uim turbinis nauem sponte submergit. Quin etiam propria manu perire a communi oium aialium natura discrepat. Nullum enim est aial qđ ex industria uel per se moriatur: si quidem naturæ lex ualidissima: ut uelint uiuere: in omnibus sita est. Adde q deus indigne fert cum donum eius homo despiciat, donum autem dei uita est. q animam immortalẽ i corporibus mortalib⁹ collocauit. Siquis depositũ hominis male tractauerit pessim⁹ statim ac pfidiosus habebit̃. Si dei depositum ex pprio corpore quis eiecerit. Eum se latuisse quẽ læserit existimabit. Seruos fugitiuos ulcisci iustũ ei edit̃. q̃uis nequã dominos fugerint. deum uero fugiens optimum dominũ ipie facere nõ uidebunt̃. Deniq̃ si qs se occiderit apud iudæos. usq́ ad solis occasum insepultus abiiciebatur. apud alios dextræ abscindebãt eiusmodi mortuoꝝ: quæ in ipsos armatæ sunt: quoniam ut corpus ab anima, ita manũ a corpore alienã esse existimarent.

Naturæ lex ut uiuere uelimus

Depositũ dei

Dextra abscindit ei qui se necat

Abluere cadauer

℣ Corpus ablutum. Ex ritu priscoꝝ apud quos cadauera abluebantur: & ungebantur. Ennius. Tarquinii corpus bona fœmia lauit & unxit. Virgilius quoq́ uetustũ morẽ expssit illis uersibus Pars calidos latices: & ahena undantia flammis Expediunt: corpusque lauãt frigentis & ungunt: lauare cadauera pximis concedebat̃. Anna maroniana infit: date uulnera lympis abluã. ℣ Ibidem. In eodem sepulchro consepultã una cũ marito significãt, ut sicut uiuentes fuerunt mutua cõcordia copulati: ita & defuncti simul quiescerent. Cleopatra cum Antonio in eodem sepulchro cõcludi uoluit. ℣ Nequeas. Non ualeas. ℣ Ad sepulchrũ. Lepolemi. s. & charites. ℣ Vltronea. Spontanea: ultro adueniens. ℣ Infesti manes. Casus uocandi: quẽ & salutatoriũ ueteres dixere, alloquit̃. n. manes. i. aias Lepolemi & charites quos ifestos q̃ĩ hostiles inimicos ifensos merito nũcupat: ifestus dr̃ inimicus qui malũ ifert cuipiã: & cõtra cui alter infestus est: cui aliunde ipendet malum: is quoque infestus appellatur. ℣ Inedia. Cibi abstinentia: ut supra dictum est. ℣ Elidere. Excludere: eiicere. Plautus in rudẽte, iubeo oculos elidere. ℣ Sua sententia damnatum. Nulla uidetur iustior esse damnatio: q̃ qua homo semet damnat: & sua sententia dignum censet punitione. nã ut iquit Ambrosius i epistola ad simplicianum. Quid tã rerum: q̃ ut inuenias uirum qui seipsum coarguat. & peccatũ cõdemnet suũ. ℣ Hic. Hæc. ℣ Ille. Scilicet enarrator fabulæ: qui hæc ad pastores & conseruos enunciauerat. ℣ Longo spiritu. Quod anhelantis exanimati moriẽtis est. ℣ Equoꝝ magister. Hunc supra appellauit armẽtarium equisionem. euo cato inquit armẽtario equisione magna cum præfatione deducẽdus assignor. a Luciano dicitur. νομευστ:ν ιπ̃πων. ℣ Ambulabat. Festiuiter dictum ea iumentoꝝ pedibus ambulare quæ a iumentis gerebantur. dici elegãter posset equisessorem ambulare pedibus equinis. Qui in lectica gestatur ambulare pedibus lecticarioꝝ. ℣ Fugere cõparant. Purior lectio fugæ se comparant. ℣ Domini nouitatem. Cũ omnis seruitus misera sit: illđ miserrimũ est: a bono domino ad deteriorem impbioremq́ trãsire. Dignitas domini seruitutẽ facit tolerabilem. plerũq́ posterior dominus priore deterior est. Quod satis docet fabella æsopia: quæ tradit Asinum hortulani fastidientem dominum, dum cupit nouam seruitutem. Ad peiores semper traductum optasse: ut ad pristinum dominum reuerteretur. Tunc enim serui priores dominos ualde desyderant: ubi experti sunt secundos. Lucia. εγνωσ αν μηκετι μενειν εν τη δουλεια. idest decreuerunt non amplius manere in seruitute. ℣ Dom⁹ herilis. Dominicæ: hoc ẽ heri Lepolemi. ℣ Põdus sarcinæ. Lucia. ηχθομην μεν φερων φορτιον ονου αληθινου tristabar iquit uere asini põdus enorme ferens. ℣ Exectorẽ. Castratorẽ: q statuerat asinũ amatorẽ emasculare. ℣ Permẽsi iugũ. Exuperãtes Lucia. Και την νυκταολην ελθοντεσ οδ . . . αργαλεαν. i. totã euntes uiã asperã. ℣ Semitã tenebrãte. Obscurãte & tenebris obũbrãte: ut nusquã semita uideret̃. Tenebriões dixit antiquitas mẽdaces & dolosos: q mẽdaciis & astutiis suis quasdam q̃si tenebras obiiciunt. Alii tenebriones interpretantur lucifugos. quasi in tenebris delitescẽtes. Afranius. Si accusator & reus erũt tenebriones, uterque utrunq́ uituperator. ℣ Opulens. Opulentum, sic enim ueteres declinabant: & ops dicebant opulentum: unde e contrario inops: opulescere dixit Furius poeta pro opulentum fieri: illo uersu. Quo magis in patriis possint opulescere campis: opulentitatem pro opulentia Plautus. Quasi eius opulentitatem reuerearis. ℣ Prohibeam. Lego prohibebant, ut sensus fiat lucidior nitidiorq́.

Infestis

Elidere

Posterior dominus Priore peior

tenebriones

Ops opulentus

Opulescerẽ

Opulentitas

sub papillã dexterã trãsacto, corruit, & in suo sibi peruoluta sanguine, postremo balbutiẽs incerto sermone perflauit aiam uirilem. Tũc prope familiares miseræ Charites, accuratissime corpus ablutũ, munita sepultura ibidẽ marito perpetuam coniugẽ reddidere. Thrasillus uero cognitis omnibus nequiẽs idoneum exitium pñti clade reddere. certusq́ tanto facinori nec gladium sufficere, sponte delatus ibidem ad sepulchrum. Vltronea uobis infesti manes en adest uictima, sæpe clamitans, ualuis super sese diligẽter obseratis, inedia statuit elidere sua snia dãnatũ spiritũ. Hinc ille longo trahẽs spiritu, & nõnũq̃ illa chrymãs, grauiter affectis rusticis annũciabat. Tũc illi mutati dñi nouitatẽ metuẽtis, & infortunium domus herilis altius miserantes, fugæ se comparãt, sed equorũ magister, qui me curandum magna ille quidem cõmendatione susceperat, quicquid in casula preciosum cõditum seruabat, meo atq́ alioꝝ iumẽtorum dorso repositum absportãs, sedes pristinas deserit, gerebamus infantulos & mulieres, gerebamus pullos, passeres, edos, catellos, & quicquid infirmo gradũ fugam morabatur, nostris quoq́ pedibus ambulabat, nec me pondus sarcinæ q̃q̃ enormis urgebat, quippe gaudiali fuga detestabilem illum exectorem uirilitatis meæ relinquentem. Siluosi montis asperum permensi iugum, rursusq́ reposita camporum ad spacia peruecti, iam uespera semitam tenebrante, peruenimus ad quoddam castellũ frequens & opulẽs, unde nos icolæ nocturna, imo uero matutina ẽt prohibebãt egressione, lupos. n. numerosos, grãdes, & uastis corpibus

CSARcinosos

¶SARcinosos.Prægraues,& carnis sarcina onustos.Ouid.in priapeis:nemo ē poeta sarcinosior nſo.Infestare regionem,
Subintelligendū extrinsecus narrabant & admonebāt:uel aliqd sile:infestare aūt dixit lædere:uexare:quasi infestā & hosti
lē reddere &(ut utar uerbo Oratiano)inimicare.Columella:oues scabie infestanť.¶ Vesana fame.epithetō famis optimū:
& ex prōptuario Virgiliāo deprōptū,sic.n.in.x.Aeneidos scriptū ē,suadet.n.uesana fames.¶ Rabidos.Virg.Inde lupi ceu
raptores atra in nebula quos iproba uētris exegit cæcos rabies.¶ Pecudū.Exitiū qđ lupi pecudibus inertibus inferre na-
turaliter solēt:id iā hoībus minitabanť,lupos aūt quosdā carnibus hūanis uesci solitos multi nouere: & idicat Pli.noster.

Sarcinosus
Infestare
Inimicare

sarcinosos, ac nimia ferocitate sæuientes,passim ra-
pinis adsuetos infestare cūctam illā regionem. Iam
ꝙ ipsas uias obsidere,& in modū latronū ꝑtereūtes
aggredi, imo etiam uesana fame rabidos, finitimas
expugnare uillas,exitiumꝙ inertissimoꝝ pecudum
ipsis iam humanis capitibus imminere.Deniꝙ ob
iter illud qua nobis erat commeandū,iacere semesa
hoīum corpora,suisꝙ uisceribus nudatis ossibus cū
ćta candere,ac ꝑ hoc nos quoꝙ cautione sūma uiæ
reddi debere,idꝙ uel imprimis ob serenitatē,ut lu-
ce clara,& die iā ꝓuecto,& sole florido,uitātes undi
ꝙ latentes insidias, cū & ipso lumine diraꝝ bestiarū
repigrať impetus,non laciniatim disperso,sed cune
atim stipato commeatu difficultates illas transabire
mus. Sed neqssimi fugitiui ductores illi nostri cæcæ
festinationis temeritate,ac metu incertæ insequuti-
onis, spreta salubri monitione, nec expectata luce
proxima, circa ferme tertiam uigiliam noctis onu-
stos nos ad uiam ꝓpellunt.Tunc ego metu prædicti
periculi,quātū poterā,turbæ medius,& inter confer
ta iumenta latenter absconditus, clunibus meis ab
aggressionibus ferinis consulebā,iamꝙ me cursu ce
leri cæteros equos antecelentē mirabanť oēs, sed il-
la pernicitas non erat alacritatis meæ, sed formidi-
nis indicium.Deniꝙ mecum ipse reputabam, pega
sum inclitum illum metu magis uolaticum fuisse, ac
per hos merito pennatum proditum, dum in altum
& aduſꝙ cœlū subsilit ac resultat,formidans scilicet

¶ Obiter illud.Per iter illud:in itinere illo.Alias obiter
aduerbiū ē,& signat i transcursu:trāseunter:& similia.
¶ Iacere semesa.s.narrabāt ꝓdicabāt.¶ Candere.Albi-
care:& cādida eē,cādere.n.signat cādidū eē. Alias cāde
re est ardescere:& ignitū eē.M.T.cādenti carbōe adu-
rebat capillū.¶ Sole florido.Fulgēte:radioso:adolescē
te.Trāslatio a florib⁹.Adolescētia(ut inqt Boe.)est flos
ætatis:id ab arboribus dictū,quaꝝ fructus flores ante-
cedunt.¶ Repigrať ipetus.Torpescit:hebetať,detineť,
pigrare.n.& ꝓperare iter se opponūť.Acci⁹ i Crisippo:
melius pigrasse q̄ ꝓperasse nefas,ipetus āt lupoꝝ & di
raꝝ bestiaꝝ ipso solis lumie torpescere & languēs fieri
crediť:cū noctu crudescat & exciteť.Cato scribit canes
interdiu clausos eē oportere:ut noctu uigilātiores sint
& acriores.¶ Laciniatim disperso.Sensus ē: cōmoniti
sumus,ut stipati dēsatiꝙ istar cunei:nō aūt dispsi dispa
latiꝙ ꝑ lacinias particulasꝙ trāsirem⁹ loca ꝑiculosa: cō
meatus hoc in loco significať itio multitudinis simul
euntis:q dř dispsus laciniatim:qñ ꝑ lacinias hoc ē ꝑ mē
bra & ꝑtes diduciť.Columella in.viii.cū de hinc grex
ad locū fuerit ꝑductus:i lacinias colonis distribuať, ubi
laciniæ accipiunť ꝑ ꝑticulis,& q̄si frustris gregis ouiari
ci discretis:& ꝑ diuersa loca distributis:q res cōducit ua
litudini pecoris:sicut āt lacinia segregať dispgiturꝙ,ita
cuneus stipať cōglobaturꝙ:de cuius forma & signifi-
catu suo loco diximus copiose.De lacinia quoꝙ ueste
affatim in suꝑioribus,greci κρασπελον uocāt.Vñ sinus a
Plinio craspedites dictus,qm̄ oppidū id uelut in lacinia
erat.¶ Ecce festinationis.Purior lectio ē si legas cæcę.
Nā bono epitheto festinatio cæca noiať,cū fere semꝑ i
prouida sit,& cecutiēs:quā ꝑposterā Cyprianus appel
lat:quā Liui.inimicam cōsiliis esse tradit:& sane multi
festinatiōe ꝑiclitanť:e cōtrario cūctatio nomē est uirtu-
tis,quo bono censenť ꝓbi iperatores.¶ Incertæ insecu
tionis.Expressit morē fugitiuoꝝ,q semꝑ existimant a
tergo insecutores adesse,& metu insecutiōis q̄ icerta ē
sæpenūero i exitiū certū ꝑcipitanť:multi.n.metu mor
tis ruūt i mortē:& dū effugere ꝑniciē satagūt i eā dela-
bunť.Vñ ferme fugiēdo fatū i media fata ruiť.¶ Ter-
tiā uigiliā.Post exactā noctē mediā icipit tertia uigilia,
de nocturnis uigiliis satis ac suꝑ in ꝑrio cōmētario.¶ Prędicti ꝑiculi.Quod nobis castellani ꝑdixerāt monētes:ut a noctur
na egressiōe caueremus,ut luce clara cōstipati uiā carperemus,ob lupoꝝ iminens ꝑiculū.¶ Cōferta:cōstipata: cōglobata,
cōdensa.Ab aggressionibus ferinis.Ne.s.lupinæ aggressiones & ipetus meas clunes inuaderēt insilirētꝙ,feræ.n.& truculē
tiores bestiæ aggredi solēt & ipetere a tergo:a clunibus mitiora inertiaꝙ aīalia,clunes aūt dici posteriores ꝑtes nemo ē q
nesciat.Masculino & fœminio gñe clunis usurpať,ꝑfecti popinaꝝ aues atꝙ altilia a cluniculis tm̄ ꝓbant asserētes eos pa-
latū nō hře, q edūt superiorē ꝑtē auiū atꝙ altiliū,excipiť sola ficedula:quā totā aiūt comesse oportere,a clunibus clunici di
ci uidenť ea ꝑte morbosi & languētes.Diuus Hieronymus i epitaphio fabiolæ,sic iquit,quem nudum & paralyticum &
clunicum non fabiolæ uestiméta texerūt.Cyprianus tradit a quibusdā clunicos uocari eos:qui salutari aqua & fide legiti
ma christi grām cōsecuti sint.Vñ aūt hoc nomen assumant non inuenire se testať,ego inquit clunicum de euangelio noui,
& ita uideť Cyprianus accipere clunicum pro paralytico illo debili in lecto iacente:cuius mentio in euangelio memoratis-
sima est,hinc fit existimem clinicum magis q̄ clunicum esse legendum,ut ita dicatur paralyticus in lecto cubans,qui græce
dicitur κλινι:unde clinicus medicus,& clinice medicina nomen acceperunt.Sed cum in omnibus Cypriani Hieronymiꝙ
codicibus clunicum legas non clinicum,potes clunicū interpretari paralyticū & fideratū & languentē: ex eo ꝙ infirmus
clunibus in lecto cubet,cum pedibus nequeat insistere,apud Pli.lego clunicis medetur,in hoc significatu, quāuis quidam
corrigant clinicis eodem tamen sensu,ut ad ægrotos referatur.¶ Pernicitas.In hanc sententiā est illud Maronis. Pedibus
timor addidit alas:apud Curtium optimo epitheto metus strenuus appellatur:quasi strenuitatis,hoc ē pernicitatis uelo-
citatisꝙ magister.¶ Volaticum fuisse.Festiuiter ludens ait pegasum non tam pinnatum prodi:ex eo ꝙ alas haberet, q̄ ꝙ
ex metu chimeræ factus sit uolaticus:timor enim alatos facit & pernices. De pegaso pinnato,alato,uolatico equo supra
diximus.illud adde:quod fulgentius lib.iii.mythologiaꝝ pegasum interpretatur,quasi pegaseon.i.fontem æternum,bel
lorophonta uero quasi βουληφοροντα quod nos latinæ sapientiæ consiliatorē dicere possumus,sapientia aūt bonæ conso-
lationis æternus fons est:ideo pennatū pegasum figurari,quia uniuersam mūdi naturā celeri cogitationū theoria illustrat,
ideo & musaꝝ fontē ungula sua rupisse:qm̄ sapia dat musis fontem,ob hanc rem ēt sanguine gorgonio nasci.Gorgon.n.
ꝓ tꝑe ponit,hæc fulgentii interpretaméta neꝙ affirmare:neꝙ refellere in animo ē:unum illud nō ꝑteribo fulgētiū mihi.

Obiter
Candere
Pigrare
Cōmeatus
Laciniati
Laciniæ
Craspedon
Cūctatio
Fugiendo fatum ruiť in fatum
Clunes
Ficedula tota edēda
Clunici qui
Clinicus q
Clinice medicina
Metus strenuus
Pegasus
Bellorophontes
Gorgon

Auꝝ ex ennii stercore · Nõ satis ꝓb⁹ scriptor fugeltius · A limine salutandus

uideri,iter ꝓletarios minutosq; scriptores:magis quã iter classicos enumerãdũ:sed cũ nullus tã malus sit liber, q nõ aliqua ex pte ꝓdesse possit oĩa legẽda censemus,& q̃ bona sunt excerpẽda. Faciamus qđ Virg.q auꝝ se colligere dicebat ex stercore Enniano:faciamus qđ apiculæ q̃ ex prato floruleto paucos decerpũt flores ad mellificiũ cæteris pteritis. Nõ ꝓbo in fulgẽtio characterẽ:utpote affectatũ nimis & ob id putidulũ:nõ ꝓbo eruditionẽ perĩde atq; paꝝ cõducibilẽ, partĩq; apud eruditos plausibilẽ:q̃dã tñ in eo sunt uel ob hoc legẽda ut agnoscant,q̃dam nõ tã uera q̃ festiua:laudo scriptoris ingeniũ, q ꝓ uirili parte contendit uelamẽta fabulaꝝ reuelare: & arcana mysterioꝝ poeticoꝝ referre. Cæteꝝ cũ meũ sit nulli neq; priscoꝝ:neq; recentioꝝ detrahere:si genuino dẽte culpiã nũc fortasse uideor mordere fulgẽtiũ:ille sciat me scriptoris illius uolumina:cuius nõnũq̃ utor testimonio excutere nolle de manibus adolescẽtiũ:sed ostendere uelle alios esse potiores: in quoꝝ lectiõe utilius opera insummi possit:cum fulgentius unus sit ex his auctoribus:qui a limine tantum sunt salutandi.

Amoris tres modi · Chimera · Spicula · Speculatores · Spiculare

¶IGNIferæ chimeræ. Fulgentius chimerã quasi κυμεροτον.i.amoris fluctuationẽ interptat:iõq; tricipitẽ pingi,qa amoris tres modi sint,hoc est icipere:pficere:finire,primam partẽ leonis:qa amor nouiter ueniẽs ut leo feraliter inuadit:at uero capra: q̃ in medio pingit pfectio libidinis significat:q; huius generis aĩal sit in libidinẽ ualde ꝓcliuũ. Draco aũt postremã partẽ obtinet: qa post pfectionẽ subseqt uulnus pœnitẽtiæ: uenenũq; peccati. Chimerã poetæ ita describunt, prima leo,postrema draco:media ipsa chimera:historici chimerã tradunt esse montẽ in lycia flagrantẽ:& qdẽ diebus ac noctibus immortali flãma:hic optimo epitheto ignifera nuncupata:& Maro cecinit.flãmis armata chimera: in cacumine chimeræ erant leones: in medio pascua capreaꝝ,ima montis serpentibus plena: bellorophõtes hunc montẽ excoluisse fertur,habitabilemq; fecisse: unde dictus chimerã occidisse. ¶Subsilit. Sursum salit,supra annotauimus ex higini auctoritate pegasum ad cœlũ subuolasse, & mox inter sydera a Ioue constitutum. ¶Spicula. Tela sunt missilia,quæ & pila noĩant:de quibus Vegetius hæc scribit:itẽ bina missilia unũ maius ferro triangulo unciaꝝ nouẽ:hastile pedũ quinq; & semis quod pilum uocabant. nunc spiculum dicitur, ad cuius ictum exercebant pcipue milites:quod arte & uirtute directũ scutatos pedites & loricatos equites sæpe trãsuerberat:hactenus Vegetius. Ab hoc genere teloꝝ spiculatores dicti:qui cũ spiculis præsto sunt principibus, corũq; corpora tutant. Cor.Ta.obuius in palatio Iulius atticus spiculator cruentũ gladiũ ostẽtãs occisum a se othonẽ exclamauit,mẽdũ inoleuit in codicibus Taciti ipressis,nãp spiculator passim legit speculator,minutulus quidem unius lrẽ error: sed sensum intellectumq; cõturbans,alias spicula dicitur cupidines sagittaꝝ: in apibus quoq; aculeos uocant spicula Virg.& Columella:inde uerbũ plinianũ spiculare qđ significat exacuere & instar spiculi acuminare,in.xi.ait,telum uero profodiendo tergori,quo spiculauit igenio.

igniferæ morsum chimeræ. Nã & illi pastores q nos agebãt,in speciẽ prælii manus obarmauerant, hic lãceam,ille uenabulũ,ali⁹ gerebat spicula, fustẽ alius, sed & saxa,quæ salebrosa semita largiter subministrabat.erãt qui sudes præacutas attolerent, pleriq; tñ ardẽtibus facib⁹ proterrebãt feras, nec quicq̃ pter unicam tubã deerat,qn acies eẽt pliaris,sed nequicq̃ frustra timorem illum satis inanem perfuncti, longe peiores inhæsimus laqueos. Nã lupi forsitan cõfertæ iuuentutis strepitu,uel certe nimia luce flãmaꝝ deterriti,uel ẽt aliorsum grassantes, nulli circa nos aditũ tulere,ac ne procul saltẽ ulli cõparuerant. uillæ uero (quã forte tũc pteribamus) colõi multitudinẽ nr̃am latrones rati,satis agẽtes reꝝ suaꝝ, eximieq; trepidi, canes rabidos & immanes,& qbusuis lupis & ursis sæuiores,quos ad tutelæ pſidia curiose fuerant alumnati,iubilationibus solitis, & huiuscemodi uocibus nobis inhortant. q pter genuinã ferocitatẽ tumultu suorum exasperati,circa nos ruunt, & undiq; lateꝝ circũfusi,passim insiliunt,& sine ullo delectu,iumenta simul & hoĩes lacerant,diuq; grassati,plerosq; prosternunt. Cerneres nõ tã Hercules memorãdũ q̃ miserandũ ẽt spectaculum,canes copiosos ardentibus aĩs,alios fugiẽtes arripere, alios stantibus inhærere, quosdam iacentes inscindere,& per omnem nostrũ

Idem bis dicere · Mactra · Cardopus · Munus fungi · Satagere · Dictũ afri Domitii · Alumnari · Iubilare · Iubilatiões · Iubila · Vbiq; uoluminum

ειρκτην εμβαλλους .i. in carcerẽ coniiciũt: ex romão ritu
& uocabulo Tullianũ scitissime posuit: intelligi uolẽs
γενικως .i. carcerẽ. nã i carcere romão pars subterranea
dr̃ Tullianũ: ab eo q̃d additũ fuit a Tullio rege (ut do-
cet. M. Varro) cui subscribẽs Festus Põpei⁹ Tullianũ in
q̃t: q̃d dr̃ pars q̃dã carceris. Ser. Tulliũ regem ędificasse
aiũt Tullianũ. Salusti⁹ in catilina graphice describit his
uerbis: ẽ locus i carcere q̃d Tullianũ appellat̃: ubi pau-
lũ ascẽderis dep̃ssus ad leuã circiter .xv. pedes humi dep̃s
sus: eũ muniũt undiq; parietes: atq; isuper camera lapi-
deis fornicibus iũcta: sed inculta tenebris: odore fœda:
atq; terribilis eius facies est. Liuius quoq; Tulliani me
minit libro undetrigesimo scribens pleminiũ delegatũ
fuisse in Tullianũ ex senatus cõsulto. ¶ Apud fani do-
narium. Donaria dicimus dona proprie diis oblata: &
Donaria repositoria donorum: hic donarium ponitur pro loco
templi in quo reponuntur oblata: & ita donarium di-
ci docet Seruius grammaticus: sicut sacrarium dicitur
locus in templo ubi sacra reponuntur. Donaria quoq;
accipi pro donis docent testimonia eruditorum: & te-
statur Macrobius sic scribens in tertio saturnalium: or-
namenta sunt clypei coronæ & huiusmodi donaria.
Donarium autem & donum ex græco ductum est: q̃d
illi uocant δωρον. unde antidora dicta pro remuneratio
Antidora nibus: uerbum iuriscõsultorum: apud quos libro quin
to digestorum sic scriptum legimus: plane sic Antidora
acceperunt: dicendum est eatenus locupletiores factos
quatenus acceperunt: & uelut genus quoddã hoc esset
permutationis. Doron quoq; græci palmum appellãt:
Doron palmum unde tetradoron: & pentadoron lateres in structuris
ædificiorum nominãtur: nam quod est quoquo uersus
quatuor palmorum Tetradoron: quod quinq; penta
Tetradoron doron dicitur: publica opera pẽtadoro priuata Tetra
doro struebantur: auctores Victruuius & Plinius. Fa-
Pentadoron na uero dici templa notissimum est: siue a fando: quia
dũ põtifex maximus dedicat certa uerba fat̃: siue a fau
Fana no (ut Martian⁹ & probus grãmaticus prodiderũt) a fa-
Fanaticus no fanaticus dictus: qui circum fana furore uaticino afflatus bacchatur: & caput iactat: & per furorem responsa dat (ut
supra annotauimus) ex auctoritate iurisconsultorum ad edictum edilitium. ¶ Venui. Venditioni. ¶ Voce præconis. Præ
co prædicare solet quæ uenalia sunt: ut ante dictum est. Plautus: in eo astas lapide ubi præco p̃dicat. ¶ Præstinauit. Emit.
¶ Pistor. Lucianus: απεδεντο με ξενω ανθρωπω τον πλησιον κωμην οικουντι τεχνην εχοντι αρτους πεττειν. idest ad uerbum uendi
Mylon derunt me hospiti proximum castellum incollenti artem faciendi panes callenti. ¶ Affatim. Abundanter: & large. ¶ Pari-
ter. Lege per. ¶ Scrupis. Saxis: uiam scruposam lenticosamq; fuisse demõstrat: quam Lucianus dicit: οδε ον αργαλεαν. ¶ Ad
pristinum. Manifestus error ex literarum transmutatione: legendum enim est ad pistrinum: quippe signat se factum esse
iumẽtũ pistrinẽse: græci μυλωνα appellãt. Lucianus: εισαγει με εις τον μυλωνα. ¶ Multiuii. Elegãter multiuios circuitus dicit: q
multiplici reciprocoq; gyratu circa molã i pistrino fiũt a iumẽtis i orbẽ recurrẽtib⁹. ¶ Ambage. Ambitu: circuitu: gyro. Au
Vertigo soni⁹: cui subiugabo de malo₄ ãbagitus. ¶ Perpeti. Perpetua: & cõtinua. Plautin⁹ Sosia inq̃t noctẽ pepẽdi p̃petẽ. ¶ Verti-
Vertigosus gine. Rotatu: circũactiõe: motu orbiculato: a uertẽdo dr̃. Pli. in .ii. tradit mũdũ circũagi æterna uertigine: hic uertigines ca
pitis: ex q̃bus cũcta uerti uideñt: hic uertigosus mot⁹ i orbẽ factus: q̃lẽ Seneca & Salustius turbinũ motũ appellauerunt.
Lucubrare ¶ Lucubrãt. Ad lucernã cõficiebãt. Eruditi lucubrare dñr ad lucernã studẽtes: cõmẽtãtesq;. Quĩti. ait fuliginẽ lucubrationũ
bibẽdã oratori. M. T. in ep̃lis ad q̃tũ frẽm: refert se scripsisse ep̃la₄ ad lychnũ ligneolũ. Pli. auc. ẽ. quosdã scriptores face-
Rudimentum tissimos iscripsisse libros suos titulo lucubrationũ. ¶ Rudimẽtũ seruitii. Tirocinũ & nouitatẽ fuitutis pistrinẽsis: alibi ru
datũ dixit p̃ rudimẽto. Pli. rudimẽtũ lucis appellat initiũ uitæ. ¶ Loca lautiora. Alludere uẽ ad morẽ romano₄: q legatis
Laucia extera₄ gẽtiũ locũ p̃bebãt & munera mittebãt: q̃ laucia dicebanẽ: q̃dã lauticia appellãt: sup hac re in lib. annotationũ: lauti
Lauticia ciã epula₄ magnificẽtiã dñt: lauticia appellat̃ farina ex tritico aq̃ cõspsa. ¶ Molæ adstituor. Ad molã maximã circũagẽdã li
gat⁹ apponor statuorq;. ¶ Velata facie: ꝗ hodieq; fit: ut pistrinẽsi iumẽto facies ocliq; uelent̃: ne uertigie uexet̃. Lucian⁹: δησαντα
Errones planetæ τα ομματα μου εμπεσοντες αυτω υποζευγνυουσι μετα κωπιντης μυδε νο .i. uelamie oclos meos cõuelãtes subligãt me ad mãubriũ
molæ. ¶ Recalcãs uestigia: p̃ q̃dã euidẽtiã: & illustrationẽ totũ ꝗ negociũ graphice depictũ subiicit oclis lecto₄: ut nõ tã le
Tirocinium gẽ q̃ uidẽ uideant̃. ¶ Errore certo. decẽter dcm̃: sic planetę uagari dñr errore certo: uñ errones a nigidio nũcupãt: quo₄ di
Tirocinatio scurs⁹ erratic⁹ ẽ: s₃ stat⁹: & certi limitib⁹ iclusus: nec. n. sidera ulla errãt min⁹ illis. ¶ Tirocinio. Rudimẽto: p̃mordioq;. Tiroci
natio alio noĩe dr̃: ꝗ Tirocinio adolescẽtulo₄: q togã purã iduebãt: & i foro eloq̃ntiã auspicabãt: scripsi apd̃ Suet. i. ii. c̃mẽ.

¶Disciplinæ

DISciplinæ. Alludit ad Tirocinũ noui militis: q Tiro nõiat:q disciplina militari istitui solet:ut docet Vegetius. ℣ Machinas uidissem. Lucianus: εγωδὲ ει πισταμην οποσκρηα γειν ποδέδεακησ μαθων ego sciebã queadmodũ molas circũrotari oporteret sæpe id exptus. ℣ Legatũ iri existimabã: ingt ut me legarẽt: amãdarẽtq ad aliũ leuiorẽ laborẽ subeundum uel ociari sinerent in pabuli sagina: sermonis elegãtiã attẽde in eo qd ait legatũ iri: cibatũ iri. ℣ Baculis armati: Lucianus: λαβοντεσ πολλοιτασ ευδὲ ον βακτηριασ περι ισ ταυτα με. i. multi baculos ĩtus capiẽtes me circũsteterũt. Mar. Tul. in orõne pro cecina subtilr docet armatos dici nõ solũ q scutis telisq parati armati sunt: sed eos ẽt: q glebis aut saxis aut fustibus istructi fuerit. Paulus quoq iuriscõsultus titulo ad legẽ iuliam de ui publica: armatos ingt eos accipe debemus: q hñt tela: & aliud qd nocere possint. Quin etiã titulo de uerbo℞ significatiõe (ut scri. Caius) armo℞ appellatio non utiq scuta & gladios & galeas signat: sed & fustes & gladios & lapides. ℣ Plagas igerẽtes aceruatim: græce dixit Lucianus: παιουσιν αθροαι τη χειρι ωστε με υπο τησ πληγησ ωσπερ στρομβον εξαπινησ στρεφεσθαι. idest feriũt me aceruatim: ut dolore plaga℞ repẽte instar rotæ uel trochi circũrotarer. ℣ Turbulẽtant: exagitãt: uexãt: perturbãt. ℣ Teniæ sparteæ. Tenã sparteã accipe p uiculo siue helcio: quo illigat⁹ circa molas pistrinẽses discurrit: nã solet sparto qd iũci gen⁹ ẽ talis Tenia uinculũq cõtexti. Tenia ãt pprie dr uitta℞ extremitas: ut docet Ser. enarrãs illd Virgilianũ: fit logæ Tenia uittę: hic accipit p tota fascia & ligamẽto. Metaphoricos dixit Pli. frequẽtes qppe teniæ albicantis uadi carinas territant. ℣ Obirẽ. Adirẽ: suscipere: pagerẽ. ℣ Sectę cõmutatione. Trãslatio a phis: ab una secta ad alterã trãsfugiũt. Lucius q pus exps & ignarus opis pistorii uidebat: mox excitat⁹ plagis cœpit sciẽter circũagere rotas pistrinẽses: & ita secta ignauiæ ad sectã idustriæ subito trãslat⁹ cõmouit risum circũstãtib⁹: pterea sectę nomẽ bñ qdrat illi q sectat discursus mltiuios ĩ mola pistrinẽsi circũagẽda. ℣ Defectũ. Exhaustũ: debilitatũ: & labore deficiẽtẽ: talẽ refectio refocillat: apd Pli. remedia sũt plima defectis medẽtia: sic. n. resolutos uocãt: & ai defectu laborãtes: de qb⁹ aliubi plura. ℣ Helcio sparteo dimoto: mõ Teniã sparteã: mõ copulã sparteã: mõ helciũ sparteũ: mira uarietatis elegãtia appellat: ĩtelligi uolẽs tot uocabulis: id uiculi gen⁹: & nex⁹ quo iumẽta capistrata trahũt machinas: & circũrotant molas: helciũ dici põt qsi tractoriũ istrumẽtũ a uerbo græco ελκυω siue ελκω qd signat traho: ide helciarii dci: q trahũt funibus nauigia aduerso amne. Mart. nec clamor ualet helciario℞. Sidonius optio epitheto curuos uocat illo hẽdacisyllabo: curuo℞ h cor⁹ helciario℞: iponit ergo helciũ iumẽtis p adminiculo tractorio: uñ nomẽ: tractoria organa appellat Victruui⁹ machinas qb⁹ onera ptrahunt. ℣ Indignus.

Armati q

Turbulen tat

Tenea spartea

Secta

Defecti

Helcium sparteum

Helciari

Tractoria organa

disciplinæ præbui. Sed quamq̃ frequẽtẽr cum inter homines agerem, machinas similiter circumrotari uidissem, tamen ut expers & ignarus operis stupore mẽtito defixus hærebam, quod enim rebar, ut minus aptum, & huiusmodi ministerio satis inutilem me ad quempiam aliũ utiq leuiorem laborem legatum iri, uel ociosum certe cibatũ iri. Sed frustra sollertiam dãnosam exercui, cõplures. n. ptinus, baculis armati me circũsteterũt, atq ut erã, lumib⁹ obtectis secur⁹, ẽt nũc repẽte signo dato, & clamore conferto, plagas ingerẽtes aceruatim, adeo me strepitu turbulẽtãt, ut cũctis cõsiliis abiectis, illico scitissime teniæ sparteæ totus innixus, discursus alacres obirem, hac subita sectæ commutatione, risum toto cœtu commoueram, iamq maxima diei parte trãsacta, defectũ alioqn me helcio sparteo dimoto, nexu machinæ liberatum applicant præsepio. At ego quamq̃ eximie fatigatus, & refectione uirium uehementer indigus, & prorsus fame perditus, tamen familiari curiositate attonitus, & satis anxius, postposito cibo qui copiosus aderat, inoptabilis officinæ disciplinã cum delectatione quadam arbitrabar, dii boni quales illi homunculi uibicibus liuedinis totam cutem depicti, dorsumque plagosum, scissili centunculo magis inumbrati, quam obtecti, nonnulli exiguo tegili tantummodo pubem intecti, cuncti tamen sic tunicati, ut essent p pãnulos mãifesti, frõtes lrãti,

Corrige idig⁹: h ẽ idigẽs cibo ad uires reficiẽdas & corp⁹ roborãdũ. ℣ Familiari curiositate: mihi ppe & peculiari (ut igt Seneca) curiosũ nob nã dedit igeniũ: sępe tñ h curiositas (aucto. Fulgẽtio) piculo℞ germana detrimẽta suis amatorib⁹ nouit mags pturire q̃ gaudia. ℣ Inoptabil. Inamabil: mimeq desyderabil. ℣ Arbitrabar. Spectabã: ɔtẽplabar. Quales illic homũculi: descriptio ẽ speciosa officinę pistrinẽsis istriq pistorii: pistorio istro legato: ut igt Pau. iuriscõ. pistores iesse uideri pñt: nã istri appellatiõe euos quoq cõtineri cõstat. ℣ Vibicib⁹. Vibices sũt plaga℞ notæ: uerberũq uestigia ĩ corpib⁹: dcẽ q ui fiũt: hic p decẽtẽ trãslatiõnẽ dixit Persi⁹: si puteal mlta caut⁹ uibice flagellas. M. Cato. ĩ li. q de falsis pugnis script⁹ ẽ: ita cõqrit: ubi societas: ubi fides malo℞: isignitas iurias: plagas: uerbera: uibices: eos dolores: atq carnificinas p dedec⁹ atq maximã ignominiã te facẽ ausũ eẽ. ℣ Liuedinis. Liuor: legim⁹ apd Solomonẽ ĩ ecclıastico: qd flagelli plaga liuorẽ fac: apd Pli. inũera medicamẽta ĩtercisim tradunt ad liuẽtia & sugillata: sũt ãt sugillata. Idẽ pene qd uibices: uestigia. s. ex uerberibus & ɔtusis: q̃ grece dñr υπωπια. ℣ Depicti cutẽ. Depictã cutẽ hñtes figurata locutio: cõsilr ẽ illd Plau. ĩ epidico: ex tuis uerb meũ futuro℞ coriũ plchrũ pdicas: quẽ appelles atq Zeusis duo pigẽt: pigmẽtis ulmeis. ℣ Plagosũ. Plagis plenũ & pgnãs: aliter Ora. plagosũ appellat orbiliũ grãmaticũ: uidelz a sęuitia uerberãdi: plagisq ĩ discipłos igerẽdis. ℣ Cẽtuculo. Veste uiliore: de h ĩ prio cõmẽ. copiose diligẽterq pscripsim⁹. ℣ Magis inũbrati. Lib. i. cõsilr dixit: scissili palliastro semiamict⁹. ℣ Exiguo tegili. Annotãdũ ẽ noue positũ Tegile eẽ p subligaculo tegumẽtoq uerẽdo℞ a tegẽdo ducto uocabulo. Pli. tradit Tegulo harũdinũ domos a septẽtriõalib⁹ pplis opiri: ubi tegulũ accipit p tegumẽto opimẽtoq domo℞. Tegillũ dixẽ ueteres p diminutione p tecto: uelamẽta ãt gẽitaliũ mltiiugis uocabul dici aliubi ãnotauim⁹: nãq subligar: subligaculũ: cãpestre: succĩtoria: pizonata: fœmĩalia: femoralia: braccę: & dictiõe apuleiana Tegile dñr: tali ãt Tegili hodieq oparios pistorios ĩ pãe cõficiẽdo uti uidem⁹ uerẽda tm cõuelãtes reliquo corpe nudato. ℣ Pubẽ ĩtecti. Intectã uelatãq pubẽ & uirilia hñtes p elocutionẽ figuratã Lucio nr̃o p q̃ familiarẽ. ℣ Mãifesti. Cõspicui: tãq̃ nullo uelamẽto tecti forẽt. ℣ Frõte. lrãti. Hñtes ĩ frõte notas lrãrũ cauterio iustas: q̃ pœna affici solet fu⁹ ob noxã. Antiq stigmatias: & stigmaticos uocãt pũctos notis: & lrĩs ĩscriptos ĩ frõte iustosq. Pli. ĩ. xviii. tales ɔnotãs ɔcẽter igt: atq nũc eadẽ illa uicti pedes dãnatę man⁹ ĩscripti uult⁹ exercẽt. Iuue. stigmaticũ ɔsignat cũ ait: Tũ fœlix quotiẽs aliqs tortor uocato Vrit ardẽti duo pp lĩtea ferro: au. ẽ M. T. Alexãdrũ pherẽũ cũ ad uxorẽ ĩ cubiculũ uẽiret solitũ pmittẽ fuũ stigmaticũ: cõpũctũ notis thraiciis. Districto gladio obmetũ: Aristophães facetissime dixit ppls samio℞ ẽlrat⁹: alludẽs ad stigmata frõtib⁹ iusta: atheniẽsib⁹ captiuis samũ noctuã ĩ frõtib⁹ iusserũt par pari repẽdẽtes.

Vibices

Liuedo

Liuor

Sugillata

Plagosus

Tegile

Tegulum

Tegille

Campestre

succintoriũ

Stigmatice

Stigmatici

Samii lrãti

Noctua in frontibus atticorum.

CCAPillũ semirasi.Habẽtes capillos ex parte rasos:nã eoꝝ est q manu mittunt caluos fieri:& raso totõ capillicio pileũ
Annulati pedes cape:tãq̃ tẽpestatẽ seruitutis effugissent:ut naufragio liberati solebãt. ꝑ Pedes ãnulati.Decẽter positũ ꝓ cõpediti uiculati,
q:tãq̃ cõpedes & uicula sint ãnuli pedũ.Pli.dixit uincti pedes:sic & Mar.ãnulos ꝓ uinculis posuit:q scribẽs de illo q cõpe
des Saturno dedicauerat scite ingt:Has dedicat cathenas Saturne tibi zoilus ãnulos priores,Pli.in.xxxiii.annulũ Prome,
thei ferreũ ĩtelligi uoluit uinculũ fuisse nõ gestamẽ.ꝑ Lurore.Pallore:& lurido colore deformati. ꝑ Palpebras adesi.q̃si
habẽtes palpebras adesas:corrosasq; ex calligine.ꝑ Male lumĩati.Male oculati.ꝑ Puluisculo ꝑsperſi.Pugiles lucratoresq;

& capillum semirasi,& pedes annulati,cum lurore deformes,& fumosis tenebris uaporosæ calliginis palpebras adesi,atq; adeo male luminati & in modũ pugilum,qui puluisculo persperſi dimicant,farinulento cinere sordide candidati.Iam de meo iumentorio contubernio quid uel ad quem modum memorem?quales illi muli senes, uel cantherii debiles?circa præsepium,capita demerſi contruncabãt, moles palearum ceruice cariosa uulnerum putredine,follicantes nares languidas aſſiduo pulsu tussedinis hiulci pectora copulæ sparteæ tritura cõtinua exulcerati costas perpetua castigatione oſſium tenus renudati, ungulas multiuia circuncisione i enorme uestigium porrecti,totumq; corium ueterno atq;

apđ antiquos in exercitatiõe palęstrica:& lucratiõe pul
uerẽ ĩspergebãt corꝑibus:qui græco uocabulo a tactu
aphe noĩat:de quo epigrãmatista:& flauescit aphe.Se,
neca lib.vii.epſaꝝ moraliũ elegãter & scite sic scri.To,
tũ athletaꝝ fatũ in illo die ꝑpeciendũ fuit : a ceromate
Aphe nos aphe excepit:in crypa neapolitana:q̃bus uerbis de
cẽtiſſima q̃dã trãslatione:nec satis cognobili signãt duo
ĩcõmoda ĩter se cõtraria luti & pulueris se simul ꝑtuliſ
se:& post cœnosam fœdationẽ uolutatu pulueris agita
tũ:nã ceroma ꝓ luto:aphen ꝓ puluere decẽter posuit.
Ceroma Quod utrũq; uocabulũ athleticũ est:siq̃dẽ ceroma un,
guẽtũ est: ex luto oleoq; cõmixtũ:quo athletę ꝑuncti
corpa exercebãt.Cuius Pli.Mart.Iuue.Hieronymus:&
Harena palęstritarum cæteri meminerũt:aphe puluisculũ est siue harena pa,
læstritaꝝ ad corꝑis inſꝑsionẽ:tãq̃ mẽbra robustiora fie,
rẽt eo adminiculo.Oui.luctã Herculis acheloiq; descri,
bẽs ait:Inq; uicem fuluæ tactu flauescit harenæ. Luca.
quoq; huius harenæ palæstricæ cõmeminit.In certami,
ne Herculis & anthei scribẽs.Auxiliũ mẽbris calidas in
fudit harenas.Suetonius tradit Neronẽ alexãdrina na
ui puluerẽ luctatoribus aulicis aduexiſſe. Quin ẽt Pli.
nr̃ in.xxxv.refert harenã e Nilo tenuiſſimã peti solitã ad debellãda corpa palæstræ studiis:inde patrobio Neronis princi,
pis liberto aduehebat:qn & Leonato & Crathero & Meleagro Alexãdri magni ducibus sabulũ hoc palæstræ cã depor,
Aconiti uicit tabat: huiusce rei mẽtionẽ q̃dã tenus facit & Plutar.in Alexãdro apud græcos qđ notabile est:ꝓuerbii loco dr̃ aconiti ui,
cit:quotiẽs qs sine labore uicerit & sudore.Aconiti.n.signãt citra puluerẽ:quo pugiles in athletico certamine ꝑspsi depu
gnãt:Pausanias tradit athletã Dioreũ uiciſſe aconiti:qđ Pli.nr̃ interꝑtat citra pulueris tactũ:sic scribens in.xxxv. Alcima,
chus Dioxipũ:q Pãcratio olympiæ citra pulueris tactũ qđ uocãt Aconiti uicit: cũ igit luctator sine puluere luctat:ea le,
Locus Gelii uis & incruẽta pugna hr̃i solet:ex hac doctrina fit ut locũ apud Au.Gelliũ sic emẽdẽ:quẽ pleriq; oẽs ĩcuriose negligẽterq;
trãsmittũt:nã lib.v.noctiũ atticaꝝ sic scriptũ legit:ouãdi cã est cũ deditione repẽte facta in puluere:ut dici solet:icruentaq;
uictoria obuenit:qđ est in puluere ut dici solet:nimiꝝ(ut ego sentio)ĩtelligi uoluit ꝓuerbialẽ hãc græcã dictionẽ aconiti.
ideoq; existimo ita corrigẽdũ sine puluere:ut dici solet.id .n.significat aconiti:& ita uerba Gelliana cũ ritu uerboꝝ uetu,
sto cõueniũt:ecõtrario coniti uicit dr̃ apud eosdẽ græcos quotiẽs cũ labore & sudore uictoria paritur: coniti.n.significat
cũ puluisculo:& pulueris palæstrici ĩspersione:illud quoq; hoc in loco adnotãdũ conisteriũ esse in structuris palæstrarum
Conisteriũ mẽbrũ:quo palæstritæ puluisculo flauescẽtes luctã exercẽt:a conis q est puluis dictũ conisteriũ:cuius meminit Victruuius
in.v.conuerrere cũ puluisculo:ex Plautina ꝓuerbiali locutione est totũ auferre & nihil prorsus relinquere . Metaphora
Cõuerrere cũ puluisculo sumpta a cõuerritore scopario:qa cœna uerrẽs pauimentũ reliquias oĩs ciboꝝ cũ puluere colligit cõuerritq;.Puluisculũ
neutro gñe & masculino usurpari iuenies apud auctores idoneos.ꝑ Cãdidati.Iocularit er alludit ad cãdidatos:hoc ẽ pe,
titores magistratuũ:q cãdidatoriũ munus in toga cãdida obibãt:de quo suo loco satis multa.ꝑ Iumentorio contubernio.
Hoc est de iumẽtis meis cõtubernalibus:trãslatio sumpta a militari cõtubernio.ꝑ Cãtherii.Equi uiliores excastrati.Cã,
Palea therinũ hordei gen⁹ uocãt scriptores rusticatiõis.ꝑ Moles.Fasces:& aceruos.Pli.palea ingt plures gẽtiũ ꝓ fœno utũtur:
melior ea q̃ tenuior minutiorq; & pulueri ꝓprior:ideo optima e milio:ꝓxima ex hordeo:pessima ex tritico:ꝑterq̃ iumẽ
Cariosi artus tis ope laborantibus.ꝑ Cariosa.Erosa:attrita:putrescẽte:cariosi artus dr̃ a Hiero.senio & ętate lõga cariosi & putridi.
ꝑ Follicãtes nares.Instar folliũ reciproco spiritu nares agitãtes.Hiero.caligas monachoꝝ follicãtes decẽtiſſime dixit:ꝑcal
Follicantes caligæ ceis laxis atq; enormitate flacẽtibus:q̃les hippocritę gestãt:ut cõtẽptores hũani cult⁹ eẽ uideant.ꝑ Tussedinis.A tussi tus,
sedinẽ nouator uerboꝝ graphic⁹ Luci⁹ nr̃ decẽter ĩflexit:formauitq;.idẽ ãt signãt tussedo qđ tussis siue ꝑtussis:nãq; a Se
Tussedo neca dr̃ ꝑtussis cõtinẽs tussis:& ĩueterata:q̃ uix unq̃ elidit:q̃ nõ paꝝ multi cõficiunt.ꝑ Hiulci pectora.Habentes pectora
Pertussis hiulca:hoc ẽ patẽtia diruptaq;:ꝙ ex tussis agitatu & pulsu solet accidere:uerbũ uet⁹ ẽ hiulcare:qđ signãt apire ac discide
Hiulcare re.Catullus ęstus hiulcat agros.Diomedes grãmaticus hiulcos uersus dici quosdã autumat q exiles sũt,& q̃si ĩ media ꝑte
Hiulci uersus hiãtes & apti:itidẽ hiulca orõ dr̃ diſſoluta & hiãs.nec satis diligẽter coagmẽtata.ꝑ Copulæ tritura.Helcii & uiculi attri,
tu:quotidie uisunt talia iumẽta ceruicib⁹ exulcerata:& collo detrita:ob iugũ uinculũq; tractorium.Mart.eleg ãter recuti
Hiulca orõ ta mullæ colla dixit:q̃ tritura rupta erãt:& exulcerata.sic.n.ingt nec ruptæ recutita colla mullæ.copula uiculũ colli signi
Copula ficat.sic & Oui.copula detrahit canib⁹.Plaut⁹ pluratiuo nũero copulas posuit ꝓ loris duplicib⁹:ad colligãdũ ac uerberã,
Copulæ pro loris dũ accomodatis:sic.n.ait ĩ epidico.Quæritãt me.In mãib⁹ gestãt copulas.ꝑ Oſſiũ ten⁹.Vsq; ad oſſa:& mõ ten⁹ ẽ aduerbi
um.nã(ut ingt Serui⁹)si eẽt ꝓpositio abltõ cohæreret. Veꝝ:ut auc.ẽ Prisc.in.xiiii.ten⁹ τοαχρισ signãt:qđ sine dubio aduer
Tenus biũ ẽ:& hoc quoq; ĩter ꝓpositiões annumerãt:qđ nõ solũ abltõ:sed ẽt gtõ casui.Vir.more gręco adiũgit : ut in.iii.geor.Et
cruꝝ ten⁹ a mẽto palearia pẽdẽt.sic & Pli.ingt de pictore quodã corpoꝝ ten⁹ curiosus. ꝑ Costas castigatiõe. Plau.costæ
occalluere plagis.ꝑ Vngulas porrecti.Hñtes ungulas exporrectas extẽsasq; ĩ uestigia ꝑgrãdia:ob circũcisionẽ mutilatio,
nẽq; factã ex ãbagib⁹ pistrinẽsib⁹:plus dixit Plau.ĩ asinaria sic scri.nẽpe eos asinos ꝑdicas uetulos claudos:qb⁹ subtritę ad
Vetern⁹ letarchus fœmina iã erãt ungulæ.ꝑ Coriũ exaspati.Hñtẽ coriũ scabiosũ exasperatũq;:ex locutiõe Apuleio usitatiſſima:ueternũ grã,
matici apđ poetas pigriciã & torporẽ ĩterꝑtant:ẽ ãt ꝓprie marcor:& ĩexpugnabilis pene dormiẽdi neceſſitas:lethargũ grę
Subetia ci noĩant:recẽtiores medici subetiã appellitant:q̃uis ex Auicẽnæ distinctione nõ nihil ĩter se differant:quidam hydropisin
Veternosus hoc est aquam intercutem ueternum esse dixerunt:& Cato ueternosum hydropicum intelligi uoluit : cum ait.uetero,
sus q̃ primum bibit tam plurimum sitit:alias ueternosus dicitur:qui graui premitur somno.

CScabiosa

¶SCAbiosa macie. Exiguitas cibi(ut Columella auc.ē in.viii.)maciē:macies aūt scabiē facit. ¶Familiæ. familiā hic decēter posuit pro iumētis pistrinēsibus:q̄ sunt in famulatu pistoris:& familiā q̄si pistoriā cōficiūt. ¶Veteris lucii. Q̄ ñ.s.iter hoies Luci.nr̄ agebat hoiem. ¶Mœrebā. Lugebā. ¶Trusum. Impulsum:īpactūq̃:trudes dñr nautica instra:q̄bus nauigiū inhærens saxo trudi & retrorsum reuocari pōt. ¶Et agūt & loquunt. Quis.n.corā asino cunctaret libere & agere & loqui:q̄cunq̃ aio collibuissent:corā hoie & dicere & facere erubesceret:hic est illud apud Senecā: Macrobiūq̃ scite ac sententialr̄ celebratū. Sic loq̄re cum deo tanq̄ hoies audiant. sic uiue cū hoib us tanq̄ deus uideat. Ianitores cōscientia nr̄a opposuit: sic uiuimus ut cōspici nolimus:& ob hoc oculos hominū aures q̃ uitamus:bona uero ↄsciētia turbā aduocat: proinde sapiētissime dixit Seneca. si honesta sunt q̄ facis oēs sciāt:si turpia qd refert neminē scire:cum tu scias:o te miserū si cōtēnis hūc testē. Idē alibi p̄cipit:cū Catonibus cū læliis esse uiuendū: corā.n.talibus peccare erubescimus. ¶Diuinus auctor. Homerū signat. ¶Summæ prudentiæ uirū. Poetæ(ut testis est Stra.in.i.geographiæ)heroas illos singulari p̄ditos sapiā fuisse declarant:q multa pagrātes loca lōgis uagabant erroribus. In amplissima.n.laude ponūt multorū mortaliū urbes uidisse & mores multiiugos agnouisse. Nos in libello ↄuerbiorū ↄdidimus nosse mores multarū nationū:& uariorū ↄplorū ritus:partē esse prudētiæ. hic Homerus Vlyssem prudētissimū ostēdere cupiēs odyssēā sic auspicat. ανδρα μοι εννεπε μουσα πολυτροπον. Q̄d Oratius ita īterp̄tatus est Dic mihi musa uirū captæ post tēpora Troiæ Qui mores hoīum multorū nouit & urbes. ¶Obitu. Aditu:& accessu. ¶Cognitu. Cognitiōe. ¶Gratias memini. Ingratissimus est(ut inq̄t Seneca) q beneficiorū obliuiscit:dicit Apuleius se asino suo plurimū debere:& q̄d debebat meminisse:ↄpterea q̄d sub asinino regimine multū cognouit:quorū cognitu si nō prudētior:saltē multiscius sit effectus:multiscius aūt nominat q multa scit & multa cognouit. græce dr̄ πολυιστωρ. quo cognomine multos cognominauit antiq̄tas: & in primis Appion īris hō multis p̄ditus. Polystor est appellatus q̄si multiscius:in Apologia Lucius nr̄ Homerū multisciū noiat. ¶Suaue cōptā. Suauiter ornatā. nomē pro aduerbio est:pōt cōgruēter legi cōpertā: ut codex manu scriptus hēt. ¶Pistor iste. Lucianus nullas id genus egressiōes īterserit:nullas fabellas īterponit: q̄bus Lucius nr̄ oppido:q̄ iucūde asinū suū uenustauit: q̄bus aīi aures q̄ lectorū mire reficiunt:ut semp recētes erigant:nec unq̄ satietate lāguescant:adeo aūt nitidus: adeo facetus est in fabellarū narratiōe:ut μυθοποιος ut fabulator merito dici posse uideat. ¶Suū fecerat. Iuxta illud Nā q̄d emas possis dicere iure tuū. ¶Apprime. Valde:īpense:apprimū dicimus lōge primū. Liui.odyssea ibi deniq̃ uir sūmus apprimus. ↄnūciat aūt hæc dictio media acuta:a Virg. dcm:flos apprima tenax:ubi apprima ponit ↄ maxime & apprime:nomē ↄ aduerbio. Claudius q̄drigarius cūprime dixit ↄ apprime:quod & Gellius ānotauit. ¶Pœnas extremas thori. Suppliciū extremū cōiugalis thori & pœna maxia est uxor mœcha acp̄stituta:q̄ infœlicitate hoi marito nil ifœlicius:quā pestē pestilitatē q̄ dii a thoro nr̄o ↄcul elimēt:atq̄ auerruncēt. ¶Hercules. Certe:iusiurādū asseuerātis est. ¶Nec unū uitiū deerat. Nemo q̄squā tam efferis est moribus:q̄n faciat aut dicat nō nunq̄ aliq̄d q̄d laudari queat:uñ hic antiq̄ssimus uersus uice prouerbii celebratus est. πολλακι και κηπορος ανηρ μαλα καιριον ειπεν. i. Sæpe ēt ē olitor ualde opportuna locutus:sed.n.qui oī in re atq̃ oī tpe laude oī uacātis illaudatus est:isq̃ oium pessimus deterrimus q̃ ē:talē hāc pistoris uxorē fuisse demōstrat. Cui nulliū uitiū deerat:nulla res laudabilis aderat:q̄ ex oībus flagitiis cōpacta erat & cōglutinata. ¶Vt in quādā latrinā. Sicut in latrinā cōfluūt sordes oēs & feculētiæ. Ita in aīum mulieris nequissimæ cōfluxerūt oia flagitia:q̄ in sexū muliebrē cadunt:q̄ plurima menti fœmineæ nā dedit. In secūda parte tauri q̄cūq̃ habuerint horoscopū baiulabunt stercora latrinas q̄ purgabūt. ¶Sceua sæua. A generalitate trāsit ad specialitatē. nā postq̄ dixit oia flagitia fœminæ sup esse:nūc specialr̄ percensens duo cūprimis crimina criminosissima enotat in fœmina:uidelicet q̄d sinisteritate:& q̄d sæuitia esset p̄dita:uocabula sunt ↄnūciatu nihil differentia:cū significatu & scriptura lōge dissideāt. nā sceua ↄ se significat sinistrā:hoc est ominosam & sinisteritatis plenā:uis scire q̄d sit sinisteritas:dispic q̄d sit dexteritas. nā sicut dexteritas in hoie laudabilis est. Ita ecōtrario sinisteritas reprēsibilis. Liui.tāta inquit inerat comitas Scipioni:atq̃ ad omnia naturalis ingenii dexteritas:ut hostem facunde alloquendo sibi conciliaret:& hoc cum laude dictum:contra cum uitio scribit Plinius in epistolis:pleriq̃ dum uerentur ne gratiæ potentium impartiri uideantur:sinisteritatis atq̃ etiam malignitatis famam consequuntur:sceuam σκαιαν. idest sinistra nominari tradunt:hinc Mutius sceuola cognomen traxit:quoniam exusta dextra deinceps sinistra usus est:& ensem sibi a rege Porsena redditum leua manu recepit:& hoc est quod intelligi uoluit Liui. sic scribens. Mutio postea sceuolæ a clade dextræ manus cognomentum inditum. Ridiculi sunt illi qui sceuolam quasi sceuientem in uolam dictum esse autumant. Sceuam antiqui dixerunt: qui sinistra esset agiliore q̄ dextra: quales multi quotidie conspiciuntur: quo in significatu accipitur apud Vlpianum sic scribentem ad edilitium edictum. Sciendum est sceuam non esse morbosum uel uitiosum:præter q̄ si imbecillitate dextræ ualidius sinistra utatur:sed hunc non sceuam:sed mancum esse. Sceua ergo fœmina sinistra ominosa:& sinisteritatis uitio infecta significatur:sæua uero crudelis & sæuitia gestiens:alias sæuus pro magno ponitur. Idq̃ cum laude:ut sæuus ubi eacide telo iacet Hector.

scabiosa macie exasperati, talis familiæ funestum mihi etiam metuens exemplum, ueteris q̃ Lucii fortunam recordatus, & ad ultima salutis me tandem trusum, summisso capite mœrebam. nec ullum uspiam cruciabilis uitæ solacium aderat, nisi quid īgenita mihi curiositate recreabar, dum præsentiam meā paruifacientes, libere quæ uolunt omnes, & agunt & loquuntur, nec immerito priscæ poeticæ diuinus auctor, apud graios, summæ prudentiæ uirum monstrare cupiens, multarum ciuitatum obitu, & uariorum populorum cognitu, summas acceptum uirtutes cecinit. Nam & ipse gratas gratias asino meo memini, quod me suo celatum tegmine, uariisque fortunis exercitatum, & si minus prudentem, multiscium certe reddidit. Fabulam deniq̃ bonam præ cæteris suaue comptam ad aures uestras afferre decreui, & en occipio. Pistor ille qui me precio suum fecerat, bonus & alioqui uir & apprime modestus, pessimam & ante cunctas mulieres longe deterrimam sortitus coniugem, pœnas extremas thori larisque sustinebat, ut Hercules eius uicem ego quoq̃ tacitus frequenter ingemiscerem, nec enim uel unum uitium nequissimæ illi fœminæ deerat. Sed omnia prorsus ut in quandam cœnosam latrinā, in eius animū cōfluxerāt flagitia, sceua, sæua,

Macies scabiem facit
Trudes
Loq̄re cū deo tanq̄ homo audiat
Cū catonibus uiue
Sapia est cognitio nationum
Multiscius
Polystor
Apprime apprimus Cūprime
Sceua
Dexteritas Sinisteritas
Sceuola a sinistra dictus
Sceua apud iurisconsultos
Mancus
Sæuus

Ebriosus ¶VIRIOsa. Appetens uiri:& p hoc libidinosa.¶ Ebriosa. Differt ebrius ab ebrioso. Ebriosus enim dicitur:qui ebrietati
Ebrius obnoxius est & deditus:ebrius uero qui interdum temulentus est:potest.n.ebrius esse non ebriosus:& qui ebriosus est:
Peruicacia sæpe extra ebrietatē esse.¶ Peruicax. Attēde puicacē & ptinacē dici in uitupatione simulq; reprēdi:cū tñ grāmatici scribāt
Pertinacia puicatiā esse iterdū bonaq; req; pseuerātiā:ptinaciā semp malaq;. Quod actius poeta in myrmidonibus obseruat his uer
bis. Tu ptinaciā hāc esse pdicas:ego puicaciā dici uolo. nam puicacē dici me eē facile patior:ptinacē nihil moror: hæc fortes sequit:illā indocti possident. M. T. ait ptinaciā iter uitia reputari esseq; pseuerātiæ finitimā. Cōtra apud Liuiū: Senecam: Curtiū: Oratiū:cæterosq; classicos scriptores iter-
Pertinax dū ptinax dr cū laude:& ptinax uirtus:ptinax bonitas
M. V. ptinaciā a ptēdēdo dictā eē refert: nā in quo non
debet ptēdi & ptēdit eā ptinaciā esse.¶ In sumptib⁹ fœ
dis. Quis nescit fœminas i turpibus desyderiis eē sum-
ptuosas? icultu corpis esse pfusissimas:dū pigmēta co-
emūt:dū nulli rei parcūt:ut matrōa adultero placeat.
Immo iterdū pruritu libidinis existimulatæ tota patri
monia cōgerūt in subactorē. Tūcpdiga nō sentit pere
untē fœmina cēsum. Tunc(ut inqt Satyricus)grauis ē
rōnib⁹.¶ Hostis pudicitiæ. Cor. Tacitus de popea scri
bēs sic refert:famæ nunq̄ pepcit:maritos & adulteros
nō distinguēs:cui mulieri cūcta alia fuere pter honestū
aīum:celebratus est uersus ille in uxorē Macrini ipera
toris Cētū nam mœchos passa est cētūq; rogauit. Iulius
Firmicus multas memorat ganituras:q̄ fœminas psti-
tutissimas nūdinato pudore pficiūt.¶ In uicē certæ re-
ligionis. Sensus est:uice religiōis sinceræ & ueræ nouū
deū sese colere simulabat:quē illa unicū & p cūctis ue-
nerandū esse asseuerabat:sub quo sanctitudinis noīe li
bidinabat adulteris mācipata.¶ Coniūctis. Legēdū est
cōfictis:hoc est simulatis emētitisq;.¶ Vacuis. inanib⁹:
& futilibus.¶ Matutino mero. Pli. scri. in. xiiii. principa
tu Tiberii Claudii institutum esse ut ieiuni biberēt:po-
tusq; uini antecederent cibos. idem in. xxiii. ait uinū ie-
Ieiunos bibere inutilissimum iunos bibere nouitio inuēto inutilissimū est. Martialis
quoq; taxans hoīem matutino mero mācipatū festiui-
ter inqt Hesterno fetere mero:q credit acerrā Fallitur
in lucem semp acerra bibit.¶ Antelucio. Hora matuti
Antelucio na:& antelucana:in primo uolumine inquit antelucio
uolo ire:ubi plura sup hoc annotauimus.¶ Recubās.
Quid est recubans adhuc? An in cubiculo iacens & le-
cto? An potius in mensa discumbens & uino indulgēs
usq; in horā matutinā? Oratius Vigiles lucernas pfer
in lucem.¶ Subiungi. Subligari.¶ Machinæ. Pistrinen
sis:& molæ iumētariæ. Metā iuriscōsulti titulo de fun-
Meta do istructo uocant partē molæ molēdinariæ inferiorē.
Catillum uero supiorē.¶ In corā sui. Corā seipsam. ue
Catillus tus figura:sic ad instar dixere:qđ nūc instar dicit.¶ La-
xarētur. Resoluerēt a machina subiugali.¶ Genuinā.
Genuinus Ingenitā:insitāq; a natura:sic supra. Ingenita mihi cu-
riositate recreabar.¶ In suos mores. Ad obseruandos:
scilicet illius mores:& flagitia curiosius contemplan-
da:mores τῶν μεσῶν esse:& tam malos quam bonos di-
ci quem fallit Plautus in trinummo. hic nimium morbus mores inuasit bonos:mores mali quasi herba irrigua succre-
Mores boni mali uerunt uberrime:mores moros ob eodem dici uidemus per annominationem quasi stultos & fatuos.¶ Commeātem.
Itantem.¶ Velamentum capitis. Hoc eodem uolumine dixit: uelata facie propellor ad incurua spacia flexuosi canalis.
Mores mori ¶ Stupri sequestra. Conciliatrix stuprorum:&(ut uulgo dicitur)mediatrix. Cuius fidem amatores in lenocinio sequeren
tur:nam notum est sequestrem uulgo appellari eum cuius electi fidem utraq; pars sequatur:unum & uocabulum a se-
quendo factum est:antiqui sculnam:quasi seculnam sequestrem dixerunt. Quod apud sequestrem depositum erat seque
Sculna stro positū p aduerbiū dicebat. Cato cōtra thermū:p deū īmortalē nolite uos seqstro ponere. poeta in. xi. æneidos: pacē se
Sequester questrā posuit pro induciis:hoc est pro pace tēporali & media:inter bellū pteritū & futuq;. Statius cū Apuleio cōgruens
Pax seqstra sic scribit in. vii. thebaidos. Vbi tūc fidei pacisq; sequestria mater eras. Inde seqstrata apud iurisconsultos eleganter actio
Seqstraria dicit:de eo qđ seqstro deponit.¶ Ientaculū. Sensus est. Vetula & pistoris uxor ientaculis matutinis atq; compotationibus
per uices mutuas inter se contendebant:prouocabātq; se uicissim ad pocula haurienda:ientaculū gustulū est matutinum:
& cibus primus. Ientare est Ientaculū cape:de quo supra:& apud Suetoniū in uitellio copiosissime:græci ἀκρατισμα dicunt
Ientaculū ientaculū.¶ Velitatas cœnas. Legēdū uidet uelitatas scænas:ut distinctione dictionū facta sensus elucescat: ut uelitata. s.
Ientare uetula significetur: q̄ scænas fraudulentas:hoc est apparatus dolosos:& decipula fraudulenta cōstruebat in exitiū miseri
pistoris:nam scæna in hoc significatu dictio est Apuleio nostro peculiaris.¶ Succensens. Indignās:irascēs:succensere.n.(ut
Succēsere inqt Dona.)est irasci iusta de cā. Sententia est illa catholica apud filiū celebrata: succēsere nefas patriæ.¶ Errori Fotidis.
Fotis milonis ancilla errore decepta(ut ante dictū est.)Apuleiū transfigurauit in asinū:dū in bubonē auē trāsmutari gesti
ret.¶ Quod auribus grādissimis. Notū est asinos auribus pgrādibus atq; mobilibus mōstrabiles esse:unū & auriti bono
Auriti aselli epitheto appellant:iuenio apđ auctores esse quosdā pplos:quoq; corpora pgrandes aures tota integant.

uiriosa, ebriosa, puicax, ptinax, rapinis turpib⁹ aua-
ra, in sumptib⁹ fœdis pfusa, inimica fidei, hostis pudi
citiæ, tūc spretis atq; calcatis diuinis numinibus in
uicem certæ religionis mētita sacrilega præsumptio
ne dei, quem prædicaret unicum, coniunctis obser-
uationibus uacuis, fallens omnes homines, & mise-
rum maritum decipiēs. matutino mero, & continuo
stupro corpus manciparat. talis illa mulier, miro
me persequebatur odio, nam & antelucio recubans
adhuc, subiungi machinæ nouicium clamabat asi-
num, & statim ut cubiculo primum processerat in-
sistens iubebat. In coram sui plagas mihi quam plu-
rimas irrogari, & cum tempestiuo prandio laxaren-
tur iumēta cætera, longe tardius applicari præsepie
iubebar, quæ sæuitia multo mihi magis genuinam
curiositatem, in suos mores ampliauerat. Nam & as
siduo plane commeantem in eius cubiculum quen-
dam sentiebam iuuenem. cuius & faciem uidere cu
piebam, ex summo studio, si tamen uelamentum ca-
pitis, libertatē tribuisset meis aliquando luminibus,
nec enim mihi solertia defuisset ad detegenda quo-
quo modo pessimæ fœminæ flagitia, sed anus q̄dam
stupri sequestra, & adulterorum internuntia de die
cotidie inseparabilis adderat, cum qua protinus
ientaculo ac de hinc uino mero, mutuis uicibus ue-
litas cœnas fraudulentas, in exitium miserrimi ma-
riti subdolis ambagibus construebat. At ego quā-
quam grauiter succensens errori Fotidis, quæ me
dum auem fabricat perficit asinum, isto tamen uel
unico solatio ærumnabilis deformitatis meæ recrea
bar, quod auribus grandissimis prædictus, cuncta

¶ Longule

¶ Longule diſſita. Procul diſtantia: longeq̃ ſemota. Itē in floridis: hoies. n. neq̃ lōgule diſſita: neq̃ ꝓxime adſita poſſumus cernere. ¶ Auiculæ. Vnius literæ lubrico lapſu corruptū uerbū: legendū. n. eſt aniculæ, nā ſignat anū illā ſtupri ſeqſtram & adulteroꝝ iternūciā. ¶ Mi heri. Sermocinatio eſt lenæ ꝑtentātis aīum puellæ oībus lenocinātibus blāditiis: adhibētiſq̃ cū cta lenaꝝ: lenonūq̃ exorabula: nāq̃ lenones & lenæ a leniēdo hoc eſt alliciēdo appellant, mi herilis blandimēti uocabulo accipit̃ ꝑ hera. nā herilis dr̃ filius & filia heri. ab ætate ergo filiā: a dignitate dn̄am appellat. ¶ Videris. Pronūciandū ē ꝑma acuta media correpta: a uidero uideris: ſubiūctiui modi. q. d. tu uidebis. ſic Terenti. dixit īuenerit pro īueniet: coniunctiuo

Mi herilis

Ipſe uideris

lōgule ēt diſſita facillime ſentiebā, deniq̃ die q̄dam timidæ illius aniculæ ſermo talis meas afferē aures. De iſto quidē mi herilis tecū ipſa uideris, quem ſine meo cōſilio pigrū, & formidoloſū familiarē iſtū ſortita es. qſuauis & odioſi mariti tui caperatū ſupciliū ignauiter ꝑhorreſcit. Ac ꝑ hoc amoris lāguidi defidia tuos uolētes amplex⁹ diſcrutiat, quanto melior Phileſiter⁹ adoleſcēs, & formoſus & liberalis & ſtrenuus, & cōtra maritoꝝ iefficaces diligentias cōſtantiſſimus, dignus hercules ſolus oīum mr̄onaꝝ ꝑfrui deliciis, dignus ſolus coronā auream capite geſtar̃, uel ob unicū iſtud quod nūc nuper in quedā zelotipū maritū eximio ſtudio cōmētus ē. Audi deniq̃ &

mō uſus pro indicatiuo: & hæc (ut inqt Dona.) honeſta locutio eſt. Tale eſt illud in euangelio. Quid ad nos ipſe uideris. Quod male literati ſacerdotes ꝑperam pronūciant media. ſ. ꝓducta: ſenſu friuolo & inepto: proinde cauere dērent Antiſtites religionis & epiſtatæ: ne illiteratos: indoctoſq̃ initiarent myſticis cerimōiis, &. n. (ut uere iqt Hieronymus) cęcū aīal offert deo qui ordinat idoctū: erat locus inuehēdi: inſectādiq̃ ſacerdotes male moratos: male literatos, q uix ꝑmoribus labris guſtauerunt literas elemētarias: quoꝝ ora ſcatent fœditate ſolecīſmoꝝ ac barbariſmoꝝ: qui in myſteriis religioſis celebrādis tantā redolēt barbariē: tā cōfuſe: corrupteq̃ ſancta uerba ꝓnūciant: ut multis riſum nō paucis bīlē: ſtomachūq̃ cōmoueāt. Veꝝ (ut inqt Auguſtinus) ſedulo monēdi ſunt ſcholaſtici: ut diſcāt nō cōtēnere: neq̃ irridere miſtros eccl̃iæ: quos animaduertunt cū barbariſmis uel ſolecīſmis deū inuocare: uel eadē uerba q̄ pronūciāt nō itelligere: ꝑturbateq̃ diſtīguere: debēt. n. malle ueriores q̄ diſertiores audire ſmōes: ſic ut prudētiores amicos hēre q̄ formoſiores: & noſcelita ꝑponendas uerbis ſn̄ias: ut ꝑponit̃ aīus corpi: obtēperemus ergo ꝑcipiēti Auguſtino: reſiliamuſq̃ a criminatione: inſectationeq̃ cleri coꝝ: q eēnt ferendi ſi tm̄ lingua peccarēt: ſed (qđ nefas eſt) quotidie uiſunt̃ moribus decoloratis maculoſi, oīb⁹ ꝓbris cōtaminati: mēte & aīo nō minus q̄ lingua & ore deprauati. Iā in manib⁹ ſacerdotū ꝓ pſalterio ſunt cartulæ: teſſeræq̃ luſoriæ: in ore non dei nomē reſonat: ſed maledicta. ꝓ clypeo fidei: ꝓ lorica iuſtitiæ īduūt thoracē bellicū & parmulas gladiatorias. Rixoſi: tumultuoſi: belligeri: qbus nullus dei metus, nihil penitus religioſū ꝑter hītum ſacerdotalē: ſub quo īfanda flagitia deliteſcūt: ī multoꝝ cubiculis (de malis loquor) nō canonicas ſcripturas aſpicies: nō euāgelia: non libros ullos (qd. n. libris opus eſt nō ītelligētib⁹) ſed lāceas: gladios: pila: ſariſſas. Noctu: dū fortaſſis nocturna terriculamēta: laruaſq̃ formidāt: dormiūt īplicati cōplexibus cōcubinaꝝ: ſudātes in Venerē: colētes uentrē: & q̄ ſub uētre ſūt: cōcinentes illud uoluptuoſoꝝ edamus: bibamus: cōcūbamus: cras. n. moriemur: ꝓuexit me dulcedo ſcribēdi longius q̄ deſtinauerā. Itaq̃ ommiſſa aliena īſectatione: q̄ nil eſt ꝓfutura: reuertamur ad reliq̄ opis ꝓpoſiti. Q dſi nō pudet ſacerdotes in ꝓpatulo peccare: cur pudeat eos in libro male audire. Qui. n. ꝑfricuerūt ſemel frontē, nūq̄ deinceps erubeſcūt: ueꝝ ut h̄ liberi⁹ ſcriberē: ī pſeudo ſacerdotes feciſti tu itegerrime: doctiſſimeq̃ antiſtes: q non tm̄ ornamēti accipis a ſacerdotali dignitate, q̄tū tu uirtute ſplēdicante ſplēdoris ꝑbes ordini ſacerdotali: ī quo Archieps colocēſis doctiſſimus: ſciſſimus: itegerrimus iſtar gēmæ fulgētis eniteſcit ac ſplēdet. ¶ Formidoloſum. Timidū & meticuloſum. alias formidoloſus dr̃: nō q formidat: ſed q formidat̃. Saluſti⁹ ī Catili. nō armat⁹ hoſtis formidoloſus. ¶ Caperatū ſupciliū. Rugoſū: horridū. ſupbiam: ſęueritudineq̃ ꝑferēs: capatuꝫ ait Feſt⁹ rugoſū dici a cornuū capnoꝝ ſīſitudine: capare ē in rugas cōtrahere. Plau. Quid huic hoi frons capat ſęueritudie. ¶ Volentis. tui cupiētis: gtūs caſus eſt: quē antiq patrium dn̄t: quē nigidius caſum iterrogādi appellat. ¶ Phileſiterus. Nomē amatori congruens: quo ſignat̃ amabilis: iter Apollinis cognomenta eſt φιλήσιος phileſius: ꝙ lumen eius exorietē amabile amiciſſima ueneratiōe oculoꝝ conſalutamus. ¶ Adoleſcēs & for. Singula hæc amatorem faciunt amabilem: adoleſcentia. n. & forma: liberalitas & ſtrenuitas: potentiſſima ſunt ad amorem conciliandum incentiua & ſuoſabula. Charior ē auro iuuenis: cui leuia fulgent Ora: nec amplexus aſpa barba terit: ut inqt Tibullus. Forma bonū expetibile eſt: atq̃ amabile: & ut ait Homerus θεῶν ἐστιν κυδρὰ δῶρα dona ſunt deoꝝ glorioſa nequaq̄ aſpnanda. In carmine cōuiuali optat̃, ut docet Pla. ꝑmo bn̄ualere: ſecundo formoſum eſſe: liberalitas uero & munificētia cūꝑmis amatorē amicæ cōmēdat, nullū philtrū: nullū amatorium efficacius liberalitate. Munera crede mihi placāt: hoieſq̃: deoſq̃: nihil eſt tam inuictum: nihil tā ſanctū: tam pudicū qđ pecunia & dōis expugnari nō poſſit. ¶ Inefficaces dili. Attēde bono epitheto iefficaces dici diligētias maritoꝝ: q cū diligētiſſimi curioſiſſimi fuerīt in cuſtodiēda cōiugū caſtitate: tn̄ illudunt̃ & ſtrophis muliebrib⁹ mire fallunt̃. Nāq̃ impudica ſuari non pōt: & ut inqt Oui. Nō caret effectu qđ uoluere duo: unū ſit ut diligentiæ oēs maritales ſint iefficaces: cuſtodię irritæ: curioſitas caſſa. Maritus Zelotypus q cauet ne decipiat̃ ab uxore: ēt cū cauet: ēt cū cauſſerat⁹ eſt. Sæpe is cautor captus eſt: optandū eſt: ut uxores noſtræ ſuapte natura pudicæ eſſe uelint: ut maritos diligāt, qđ magnū eſt caſtitatis indiciū. Alioq nulla ſatis efficax: nulla ſatis diligens cuſtodia. Infida. n. cuſtos eſt caſtitatis neceſſitas: & illa uere pudica dicenda eſt (ut inqt ſapientiſſime Hieronymus) cui licuit peccare ſi uoluit: & minore miſ̄ia deformis hr̄ q̄ formoſa ſeruat̃. Nihil tutū ē in quo toti⁹ ꝑpli uota ſuſpirāt: ali⁹ īgenio: ali⁹ libalitate ſollicitat: aliquo mō aliqn̄ expugnat̃: qđ undiq̃ iceſſit̃. Vxor cōtenta eſt q̄ bona ē uno uiro: ut īqt Plau. in mercatore. Talē meā eſſe & opto & credo. ¶ Coronā au. Tanq̄ iter cæteros amatores dign⁹ triūpho & corona: qđ iſigne uictoriæ ē: de multifariis coronis militarib⁹: q̄rū alię erāt ex auro, aliæ ex frōde ſcri. Plin. Gel. Plutarchus & cæteri: & nos apud Sueto. annotauimus. Auꝝ coronariū dr̃ corona triūphalis: q̄ impatori ob honorē triūphi mitti ſolebat. Quæ antiqtus erat ex lauro: poſtea ex auro fieri cœpta: hoc iō breuiter annotaui: ut intelligeres qd ſit apud ſcriptores auꝝ coronariū. Cuius idētidē meminerūt: ſoliti erāt in Italia populi & ꝓuinciales ꝓ auro coronario quaſi tributi uice pecuniæ ſummā impatoribus pſoluere: hinc laudat̃ Adrianus ꝙ auꝝ coronariū Italiæ remiſit: ī ꝓuinciis minuerit. M. T. contra Rullū: q̄tum hēat ꝑdę manubiaꝝ auri coronarii ꝓfiteat̃: auct. eſt Plin. coronas ex auro ſolis ciuibus datas: cū externos torqbus aureis donarent. ¶ Zelotypū. M. T. in q̄rta tuſculana Zelotypiā ait eſſe ægretudinem: ex eo ꝙ alter potiat̃ eo quod ille cōcupiuerit, hinc maritus zelotypus dcūs q anxius: ſollicituſq̃ eſt ac timens: ne alter quoq̃ potiat̃ uxore: quā ipſe cōcupiſcat: zelotypa mœcha dr̃ a ſatyrico ꝑ q̄ ſcite uxor: quæ cū adultera foret: tn̄ ſe zelotypā mariti ſimulabat. ¶ Commentus eſt. Excogitauit: inuenit.

Contra Illiteratos ſacerdotes

Præponendæ ſententię uerbis

Pro pſalterio teſſeræ

Implicati cōcubinis

Pſeudo ſacerdotes

Laus arc[h]i epiſcopi colocenſis

Formidoloſus

Capatus

Capare

Caſus patrius

Phileſi⁹ ſol

Forma donum deorū

Amatoriū potentiſſimū largitō

uxor bona contenta uno uiro

Aurum coronarium

Zelotypia

Decuriões
Decuriõatus
In albo decuriones

CAMAtorum. Illius uidelicet formidosi: & istius strenuissimi. ℣ Decurionem. In municipiis & coloniis decuriones dñr: q Romæ senatores. Decurionatus dignitas senatoria: & in hoc significatu decuriones apud. M. T. Plinium: Liuiũ: & cæteros. Identidem accipiuntur decreta decurionum hoc est senatorum: sæpe citati leges a scriptoribus. Decurionum honoribus (ut refert Paulus iurisconsultus) plebei fungi prohibentur: & (ut auctor est calistratus) minores. xxv. annis decuriões eligi nisi ex causa non possunt, decuriones in albo (ut docet Vlpianus) eo ordine scribi oportet: quo quisq; eorum maximo honore in municipio functus est. Decurionibus facultatibus lapsis alimenta publice decernuntur: maxime si ob munificentiam in patriam patrimonium exhauserint. In re militari decuriones appellantur, qui turmæ equestri præsunt.

amatorũ diuersũ igeniũ cõpara. Nosti quẽdã barbarũ nr̃æ ciuitatis decurionẽ, quẽ Scorpionẽ præ morum acritudine uulgus appellat, hic uxorẽ generosam, & eximia famositate præditam, mira custodela munitã, domi q̃ cautissime cohibebat. Ad hæc ultima, pistoris illa uxor subiiciens, quidni inqt, noui diligenter artẽ meã condiscipulã quã memoras. Ergo inqt anus, nosti totam philesiteri et ipsius fabulam? minime gentiũ inquit. sed nosce ualde cupio, & oro mater ordine mihi singula retexe, nec cõmorata illa sermocinatrix immodica sic anus icipit. Barbarus iste cũ necessariam profectionẽ paret, pudiciciãq; caræ cõiugis cõseruare sũma diligẽtia cupet, seruulũ suũ myrmecẽ fidelitate p̃cipua cognitũ, secretũ cõmonet, suæq; dñæ custodelã oẽm p̃mittit, carcerẽ & perpetua uicula, mortẽ deniq; uiolẽtã, & famẽ cõminat⁹, si q̃s q̃ hoĩum, uel i trãsitu digito ten⁹ eã cõtegisset. Idq; deierãs, et cõfirmat p oĩa diuia numĩa. Ergo igit sũmo pauore p̃culsum Myrmecẽ, acerrimũ relinquẽs

Turma

Turma autem equites habet. xxxii. auct. Vegetio. Alii uero (inter quos est. M. Varro) tradunt in singulis turmis equitum decuriones esse ternos. Itaq; cum turma in tres decurias diuidatur: singularum decuriarum præfecti decuriones dicti: ex eo quod denis equitibus p̃sint. Quod sentit & Nonius scribens decuriones & centuriões a numero dici, qui in militia p̃erãt. Apud Sueto. decurio cubiculariorũ dictus, p eo q præest cubiculariis. consimiliter ab Amiano marcellino palatii decurio nominatus pro p̃posicus: p̃fectusq; palatii.

Palatii decurio
Barbari latini dicti
Cares
Barbarophones
Barbari q

℣ Barbarum. nomen hic proprium est: alias barbari dicebantur antiquitus oẽs gentes, exceptis græcis: nec latini ab hoc nomine probroso excipiebant: imo, ut inqt Cato, & repetit Plinius, græci nos quoq; dictitant barbaros: & spurca fœdant appellatione, hinc Plautus in captiuis. Italicas urbes uocat barbaricas. Hom. in. ii. Iliados νασης αυκαρωνη γησατο βαρβαροφω. ων. i. barbarici caras nastes sermonis agebat: querunt eruditi: quare solos cares. βαρβαροφωνους. i. barbarici sermonis appellet: barbaros uero nunquam opinantur Strabo ab initio eos barbaros appellatos, qui difficulter aspere duriter loquerentur: sicuti nos balbos dicim⁹. Itaq; omnes qui aspere locuntur: nec linguam græcam perfecte pronũciant barbari dñr. Quales inqt sunt nationes omnes p̃ter græcos. Quocirca Homerus cares βαρβαροφώνους dixit, quasi duriloquos & crassilingues, qui græcas dictiones plane expedire non poterant. Ex eadem causa barbarismus dictus est uitium. i. eorum qui male græcisãt: & græca barbare: perperamq; pronunciant. Barbaricum absolute appellatur clamor exercitus, uidelicet q eo gne barbari utantur. Illud adde quod scitu dignum est barbaricarios dici Textores, artificesq; linteæ uestis: qua ex auro & coloratis filis effigies hominum & animalium exprimunt.

Barbaricũ
Barbaricaru
Scorpiões

℣ Scorpionem. nomine hoc homines uenenati & moribus truculentis præditi merito noĩari possunt, est. n. scorpionum pestis ueneni ĩportuna lẽta morte conficiens: quorũ ictus fœminis in totũ letalis est, semp, ut inqt Plin. cauda scorpionis in ictu est, nulloq; momento meditari cessat, ferit obliquo ictu: & iflexu: uenenũ ab his candidum fundi auctor est Apollodorus, hinc ait Hieronymus: cesset contra nos insurgere arcuato uulnere scorpius, psylli qui reliquarũ uenena terrarũ inuehẽtes, quæstus sui cã peregrinis malis ipleuere Italiam: scorpiões quoq; iportare conati sunt: homini icto putaĩ esse remedio ipsorũ cinis potus in uino aut oleo mersus, in cœlo scorpius domicilium est martis fœmininũ. Ideoq; in eo mars sæuit impotenter: hinc Luc. Tu qui flagrãte minacem scorpiõ incendis cauda: chelasq; peruris. Quid tm̃ gradiue paras. In apologia consimiliter tradit Emilianum quempiam cognominatum esse charontem, & mezentium ob oris & animi diritatem ob deorũq; contemptum.

Scorpi⁹ domiciliũ martis
Custodela

℣ Famositate. Purior lectio est formositate. ℣ Custodela. Custodia, dictio Lucio nr̃o familiarissima. ℣ Cohibebat. Continebat: cohercebat: cõprimebat. Iuuenalis Pone seram cohibe: sed quis custodiet ipsos custodes. ℣ Artem meã. nomẽ a uirtute inditum: quæ græce αρετη noĩaĩ: ut κατα αντιφρασιν. i. per contrariam dictionem uitiosæ fœminæ nomen Aretes impositum esse uideaĩ: apud Homerũ aretæ nomen est uxoris alcinoi matris nasicæ.

Puellæ i ludo literario
Retexere
Textũ retexo
Sermociatrix

℣ Condiscipulam. Tam in malis artibus q̃ in bonis apud priscos puellæ quoq; itabant in ludum literariũ, quod & Liuius docet apertissime scribens: uirgine eunti in ludum literariũ: iniectã esse manum a ministro libidinis Ap. Claudii dicemuiri. ℣ Minime gentiũ: nequaq̃, minime cognoui. adnotãda eloquutiõis figura minime gentiũ, pro eo quod est nusq̃: nullibi: neq̃quã. ℣ Mater. Vocatiuus est casus, matris autem appellatione in fœminis reuerentia, ætas: affectus exprimiĩ. ℣ Singula retexe. Repete: renarra, trãslatũ uerbũ a tela quæ textrino sæpe retexiĩ. nam p̃prie retexere: q̃ erat detextũ: hinc penelopes tela retexta nocturno dolo dr̃ a poetis: & Lucius nr̃ in Apologia oẽm calũniæ textũ retexo: p eo quod est resoluo: diluo: refuto. ℣ Sermocinatrix ĩmodica. Plautina lena in cistellaria, largiloquæ inqt extẽplo sumus plus loqmur q̃ sat est. Plato speciẽ unã dicendi uocat. προσομιλητικην quã nr̃i, & maxime Quin. sermocinatricẽ iterp̃taní: q̃ accõmodata ẽ p̃uatis disputationibus. Claudius q̃drigarius dicere maluit consermonabaĩ: q̃ sermocinabaĩ. & si Au. Gellio credimus, cõsermonari rusticus uideĩ sed rectius, s̃mocinari crebrius est sed corruptius.

Sermociari
Myrmecia

CAPitalē cām. Dicif capitalis causa: qua agit̃ de capite hoīs & salute. Capital facinus dixerūt ueteres: qđ capitis pœna luit: apud Plau. capitalis ędis facta est: apud Oratiū, ira fuit capitalis ꝓ exitiali: & pestifera: sic & hō capitalis a. M. Tullio dictus ꝓ noxio, & pestilēti. Cōplicitis pedibus. Lucianus εμεδε αρανενοι εκ των ποδεον κομιζουσιν ανωτηκλιπακι εσ οικημα υπερον idest me aūt tollētes pedibus deportāt ꝑ scalas in cœnaculū superius. Deorsus. græce dr̃ κατω: idest inferne siue inferius. Direpit in cistulā. Clanculo & furtim irrepens occultat̃ sub cistula. Lucianus τον κεπεπον δεσποτην εν κιβωτω ενεκρυψαν. i. dominū meū in arca occultarūt. Supergesto orificio. In cista siue arca delituit hortulanus operculo superposito: ne uideretur. Orificiū accipe pro tegumento siue operculo: quo cistæ os occluditur: orificia uētris duo sunt: quoꝝ superius recipit deuorata & in follem stomachi recondit, inferius uero demissum intestinis adiacentibus inferit: & inde uia est egredi: auctor Macrobius. in. vii. saturnaliū. Emersus graui crapula. Allegoricos tanq̃ experectus excitatusq; a sōno post uinolētiā: &. n. uinolentoꝝ est ut crapula mergant̃, quæ (ut inquit Aristoteles in ꝓblematis) est proprie feruor quidā & inflammatio ex uino, quę plus conflictat q̃ temulētia. Pli. in. xxiii. de uino loquens sic scribit Nouitiū resinatū nulli conducit, capitis dolorē & uertigines facit, ab hoc dicta crapula est. Nutabundus. Lapsabundus, uacillans: titubante gressu & capite grauato. Luciāus ο δε στρατιωτης εκ της οδου τοτ εμολις επανος τας ως εφας αν καρηβαρωντας πληγαις ηκεν εις την πολιν. i. miles ex uia uix surgens capite nutanti pp plagas uenit in ciuitatem. De impotentia. De infirmitate: imbellia, imbecillitate. Alias impotentia dr̃ immodica intolerandaq; potentia: sicut & impotens tyrannus, & impotens fortuna pro nimium potens. Iniuriam deuorans. Consimile est illud Terentianū: accipienda & mussitanda iniuria adolescentium est. Cōmilitones. Græci συνστρατιωτας dicūt cōmilitones: qui & cōmilites dnr̃: commilitium quoq; appellant cōmunem militiā. Lucianus και τους στρατιωτας τοις συντυχουσιν. Cōtubernio. Domicilio militari: significanter & proprie: nam cōtuberniū dicimus decem milites sub uno papilione degentes, qbus qui præest caput contubernii noiat̃. Centuria in decē cōtubernia diuidebat̃. Tantisper. Interim: aliq̃diu: absolute dictū ut supra annotauimus. Geniū milites. Per geniū īperatoris: & maiestatē iurant, se nunq̃ desertuuros militiā, nec mortē recusaturos pro Romana republica: & oīa se strenue facturos, q̃ ꝑcepit īpator: ideoq; sacramēta dnr̃, ut docet Vegetius: hinc apud Satyrographū legimus: nunc alia emolumenta notemus sacramētoꝝ. Auctor est Tertulliāus in Apologetico. Quod gentiles sacra faciebant pro salute impatoris, & geniū eius deierabāt, & citius deniq; per oēs deos q̃ ꝑ unū genium Cæsaris deierat̃. Ob amissam spatham. Miles qui in bello arma amisit uel alienauit capite punitur: humane militiā mutant: ut docet iurisconsultus titulo de re militari, ubi sic scribit paulus: arma alienasse graue crimen est, & ea culpa desertioni exęquatur, utiq; si tota alienauerit, si tibiale uel humerale alienauit castigari uerberibus debet: si uero loricam: scutum, galeam, gladium desertori similis est. Tradunt historici filium Catonis dum in prælio fortiter alacriterq; depugnat gladium amisisse: qua ex re generosus adolescens ualde perturbatus nequaq̃ sibi uidendum deinceps existimabat: si eius spolio potiret̃ hostis, itaq; collecta iuuenum manu, per medias cedes perq; medios hostes impetu facto gladium tandem in magno armoꝝ atq; cadauerum aceruo inuenit. Timebat ergo miles ne ob amissam spatham, ex disciplina militari pœnas pēderet. Apud Plau. epidicus, cum audisset hostes potitos esse armis herilis filii exclamat edepol facinus improbum. Ipsi. s. cōmilitones. Signis enotatis. Obseruatis uestigiis cæterisq; signis: pp q̃ inuenire possent nostra latibula. Vicinus perfidus. πημα κακος γειτων ut inquit Hesiodus: mala res est uicinus malus: contra: bonus uicinus maximum bonum est, apud Terentium chremes, uicinitatem in propinqua parte amicitiæ reputat. Nunciaret. Militaribus. Occultari. A uicino. Accersitis magistratibus. Lucia. παραλαμβανουσι τους της πολεως αρχοντας. i. assumunt ciuitatis magistratus. Mētiunt̃. Cum dedecorosum esset cōsiteri militē ab hortulano cęsum esse uerberibus: excogitant fraudis diuerticulum, ut domum illam in qua hortulanus cū asino latebat sub honesta occasione perscrutari possint, alioqui magistratus illoꝝ petitionem illusissent. Dāno cognito. Tanq̃ re uera uasculū argenteū preciosum pr̃es perdidisset. Occultaret certo certius. Quos scirent certissime ab illo occultari, sic. n. loquimur uero uerius est, pro uerissimū est, certo certius pro certissimum. Stoici talē locutionē nō probant, apud quos non sunt gradus cōparationis superlationisq;. &. n. ex dogmate illoꝝ nihil est plano planius: nihil recto rectius: nihil beato beatius: nihil certo certius: super quo. M. T. Sene. & cæteri scriptitauere. Discrimen capitis. Qui recepta tor est furis, q occultat fugitiuum ex legis præscripto mulctat̃, nā ut sciēter & salubriter scribit Vlpianus: congruit bono p̄sidi curare ut pacata ꝓuincia sit: qui latrones fures cōquirere debet: & ꝓut quisq; deliquerit in eū aiaduertere: receptatoresq; eoꝝ coherceret: sine qbus latro diutius stare non pōt. Tantillū. Minimū. Saluti eius. s. hortulani. Militōes. Attende positum militones ꝓ milites: ea forma qua cōmilitones, q & cōmilites dicuntur: græci στρατιωτας appellant.

capitalē cām euaderet. Nec oblitus ille ueteris amicitiæ prompte suscipit, meq; ꝑ scalas, cōplicitis pedib⁹ in superius cœnaculū attracto. Hortulanus deorsus in ipsa tabernacula direpit in quandā cistulam, & supergesto delitescit orificio. At miles ille, ut postea didici, tādem uelut emersus graui crapula, nutabūdus tamen, & tot plagaꝝ dolore saucius, baculo se uix sustinens, in ciuitatē aduentat, confususq; de impotentia: deq; inertia sua quicq̃ ad quēquā referre populariū, sed tacitus iniuriā deuorans, quosdā cōmilitones nactus istā tunc cladē enarrat suam. Placuit ut ipse quidem contubernio se tantisper absconderet. Nam præter propriam contumeliam, militaris etiā sacramenti genium ob amissam spatham uerebat̃. Ipsi aūt signis nostris enotatis, inuestigationi uindictæq; sedulā darēt operā. Nec defuit uicinus pfidus, qui nos illico occultari nunciaret. Tum cōmilitones accersitis magistratibus, mentiunt̃ sese, multi precii uasculum argenteum præsidis in uia perdidisse, idq; hortulanū quendā reperisse, nec uelle restituere, sed apud familiarē quendam sibi delitescere. Tunc magistratus & damno præsidis nomine cognito, ueniunt ad diuersorii nostri fores, claraq; uoce denunciant hospiti nostro, nos quos occultaret apud se, certo certius dedere potius quā discrimē proprii subiret capitis. Nec ille tātillum cōterritus salutiq; studens eius quē in suā receperat fidem quicq̃ de nobis fatet̃, ac diebus plusculis, nec uidisse quidem illum hortulanum contendit. Contra militones, ibi nec uspiam,

Capital
Orificium
Crapula
Impotētia
Commilitones
Cōmilites
Cōmilitiū
Contubernium
Sacramēta
Genius cæsaris
Arma amittere criminosū
Nihil recto rectius

ILLVM delitescere. Lucianus. στρατιῶται εν δεον εφασαν ειναι τον Κηπουρον καμετον εκεινου ὄντα. i. militones dixerunt intus esse hortulanũ & illius asinũ. ❡ Ibi nec uspiam. Distincte legendũ est hoc intellectu: asseuerabãt milites ibi delitescere hortulanũ, nec uspiã alibi. ❡ Adiurãtes geniũ princi. Pauloante dictũ ẽ ex auctoritate Tertuliani: qđ prisci romani geniũ principis deierabãt: malebãtq̃ p deos oẽs, q̃ unũ geniũ principis peierare: scri. Vlpia. titu. de iureiurãdo: si qs iurauerit in re pecuniaria p geniũ prĩcipis & piurauerit, fustibus eũ castigãdũ, eiq̃ dimisso supdici debere ĩportune nole iurare. ❡ Scrutinio. Annotãdũ multa eẽ uerba uernacula: ptrita: plebeia: uulgaria: q̃ in usu sunt eruditoꝝ, ut scrutiniũ hoc in loco ponit̃ p scrutatione inuestigationeq̃, sicut passim uulgo loquuntur,

Non licet peierare per geniũ principis

Scrutiniũ

illũ delitescere adiurantes, geniũ principis contẽdebant. Postremũ magr̃atibus placuit obstinate denegantẽ scrutinio detegere, imissis itaq̃ lictoribus cæterisq̃ publicis ministris, angulatim cuncta sedulo plustrari iubẽt, nec quisq̃ mortaliũ, ac ne ipse qdẽ asinus intra limen cõparere nunciat̃. Tunc gliscit uiolentior utriusq̃ secus cõtentio militũ, pro cõperto de nobis asseuerantiũ, fideq̃ cæsaris identidẽ iplorãtium, at illius negantis, assidueq̃ dñi numen obtestantis, qua cõtentione, & clamoso strepitu cognito curiosus alioqn, & inquieti pcacitate pditus asinus, dũ obliquata ceruice p quãdã fenestrulã, qdnã sibi uellet tumultus ille prospicere gestio, unus e cõmilitonibus casu fortuito collimatis oculis ad umbrã meã, cũctos testat̃ incorã, magnus deniq̃ continuo clamor exortus est, & emersis protinus scalis iniecta manu, qdã me uelut captiuũ detrahũt. Iãq̃ omni sublata contatione scrupulosius contemplantes singula, cista etiã illa reuelata, repertum, productumq̃ & oblatum magistratibus miserum hortulanũ, pœnas. s. pensurũ in publicum deducũt carcerem, summoq̃ risu de meo pspectu cauillari non desinunt. Vnde etiã de prospectu & umbra asini natum est frequens prouerbium.

ab eo uerbo quod est scrutor nimiꝝ scrutiniũ deriuat̃, potest & aduerbium esse scrutinio, eodẽ tñ significatu. ❡ Publicis ministris. Viatores, apparitores, lictores, apud Romanos dicunt̃ publici ministri: græco uocabulo. λειτουργους uocant̃: ἀπο του λειτουργειν qđ significat ministrare: unde Plutar. autumat lictores dictos eẽ: nr̃i uero a ligando: sic lictorẽ dici: ut a legẽdo lectorẽ pdiderunt: officiũ. n. lictoris erat: ut ligaret uinceretq̃ quẽ iussisset magistratus, hinc apud Liuiũ, & M. T. lictor ligat manus, Tiro tñ Ciceron. libertus lictorẽ uel a lino uel a licio dictũ scripsit: licio. n. trãsuerso: q magistratibus inquit pministrabãt cincti erãt. ❡ Angulatim. Per oẽs angulos: & cũcta domus loculamẽta. ❡ Cõparere. apparere, ac uisitari. ❡ Gliscit. Inde glires dicti, q somno gliscunt, & pingues fiunt. Silius Gliscit Eliseo uiolentior ira tyrãno. Columella in. viii. turtur inqt p hyemẽ difficulter gliscit: hoc est pinguescit: & opimat̃: idẽ ait gallinã q̃ prima luna saginari cœpta sit uicesima pgliscere. ❡ Vtriusq̃. Legẽdũ est utrinq̃ secus, ut sit sensus, contẽtio crescit uiolẽta ex utraq̃ pte militũ. s. & hospitis: cũ milites asseuerarent pcõpato hortulanũ & asinũ itra ædes delitescere, hospes uero obstinate ptinaciterq̃ denegaret. ❡ Fidẽ cæsaris. Auxiliũ: apud comicos poetas fides p auxilio frequẽtissime ponit̃, unde & illud uulgatissimũ, p hoium atq̃ deum fidẽ. ❡ Identidẽ. Frequẽter. ❡ Dñi numẽ. Lego deũ numẽ, p deoꝝ. locutio est apud ueteres usitatissima, numẽ aũt dr̃ q̃si nutus dei ac potestas. ❡ Et inqeti pcacitate. Inqeta petulãtia, attẽde q̃ declinat̃ hic & hæc & hoc inqes inquietis: sic apud Pli. dr̃ aĩus inquies p inquietus: apud eundẽ inqes nocturna ponit̃ p inqetudie noie substãtiuo, cõsimiliter Au. Ge. inqt, ut interea labor hic uigiliaꝝ & inquies, suauitate paulisper uocũ atq̃ moduloꝝ acquiesceret. Luciãus. ὁ δε γε ωχος και παντα περιεργος εγω ξου λομενος μαθειν τινες ειεν οι βοωντες δειακυπτω ανωθεν κατω δια της θυριδος. Ego strenuus & inqes: & in oibꝰ curiosus: cognoscere uolẽs q nã eẽnt illi uociferãtes superne prospicio in parte inferiorẽ p fenestrã. ❡ Collimatis oculis. Obliquatis: detortis. Terẽtius ĩ eunucho inqt. Ego limis aspecto: exponit Donatus, limos dici obliquos atq̃ trãsuersos, unde limẽ quoq̃ dr̃ qđ ingredientibus exeuntibusq̃ trãsuersum est, cũ igit̃ hoies nõ recta facie: sed trãsuersa intuent̃, limes dñr aspicere & limis oculis: & collimatis. Pli. in. viii. de leonibus scribens sic inqt: nec limis intuent̃ oculis, aspiciq̃ simili mõ nolunt. Pli. æmulatus Solinus. Dixit breuius & obscurius: nunq̃ limo uidẽt minimeq̃ se uolũt respici, apud M. Tul. uerbũ ẽ collimare p eo qđ ẽ ferire: signũ destinatũ oculis collimatis: sic. n. inqt in. ii. de diuinatione. qui est. n. qui totũ diẽ iaculãs nõ aliquãdo collimet, limare caput Plauto: Neuio, Turpilio poetisq̃ ueteribus est cõiungere caput & copulare, id qđ amatores inter se potissimũ amoris causa factitare cõsueuerunt. ❡ In coram, Lucius nr̃ sæpe dicit ad istar, in corã: & alia pleraq̃: quæ a nobis simplr̃ usurpant̃: sicut ueteres usitati sunt. ❡ Continuo. Statim. ❡ Emersis. Legi põt emensis: utraq̃ lectio pbabilis. ❡ Scrupulosius. Diligẽtius: solicitius, curiosius. ❡ Cista reuelata. Detecta, patefacta, detracto orificio ac operculo. Lucianus. ευρισκουσι τον εμον δεσποτην εν κιβωτω κεκλιμενον. i. inueniunt dñm meũ in arca iacentẽ. ❡ Pensuꝝ. Solutuꝝ, pendere pœnas soluere significat: ab eo q̃ ære graui cũ uterent̃ Romani pẽso eo nõ numerato debitum soluebãt, unde & pensiones dictæ. Pli. in. xxxiii. libralis inqt & dipõdius appendebat̃ assis: quare æris grauis pœna dicta: sic & Virgilius. Tũ pendere pœnas cecropidæ iussi. Liuius quoq̃ inquit: fat pœnaꝝ pensum est: deniq̃ elocutio hæc: apud oẽs luculentos scriptores frequentissima est: ut dicant pendere pœnas pro soluere. Namq̃ antiquoꝝ pœnæ omnes dicuntur pecuniariæ: quod & grãmatici tradunt. ❡ In publicũ carcerem. Græce δεσμωτηριον dicitur publicus carcer. Lucianus. εις το δεσμωτηριον πεμπουσι. ❡ Cauillari. Irridere & iocari. Lucianus. εγελων επι τω μηνυσαντι εκ του υπερωου και προδοντι αυτου τον δεσποτην. i. ridebant q̃ ex superiore tabulato asinus ostenderet proderetq̃ ipsius dominum. ❡ De meo prospectu. Quod. s. per fenestram prospiciẽs: me & hortulanũ pdidissem. Ex prospectu & umbra. Lucianus sic. και τοτε εξ εμου πρωτον ηλθεν εις ανθρωπους ο λογος εξ ονου παρακυψεως. i. tũc primũ ex me. hic sermo inter hoies ortus est ex asini pspectu: puerbiũ hoc ex pspectu & umbra asini significat: ex re insperata sæpe magna res pdi atq̃ manifestari adduciq̃ in discrimen, sicut ex pspectu asini detectus est: & pditus hortulanus delitescens, interpres Luciani puerbiũ hoc εξ ονου παρακυψεως paꝝ elegãter interpretat̃: ex asino conspecto, cũ fuerit dicẽdũ ex asini pspectu. qđ & uerba græca significant: & docet Luc. noster, apud græcos celebre est id puerbiũ ονου παρακυψεως de his q ridicule calumniant̃. Ferunt. n. asinũ fregisse uasa fictilia in figuli officina p fenestrã pspicientẽ, unde asinus in ius uocatus a domino tabernæ: interrogatus cuius criminis insimularetur, dixit ονου παρακυψεως. i. de asini pspectu. alii tradũt q̃ asino pspiciente aues euolarunt: disruperuntq̃ telam. Quapropter dominus telæ asinarium in ius uocauit, qui rogatus q̃ ob causam reus fieret dixit ex asini prospectu: unde natũ est adagium. Sed attende quæso lector, & nunc mihi totus adesto, q̃ cum Lucianus tantum dixerit ex prospectu asini natum prouerbium: noster addidit de prospectu & umbra: scito nõ hoc simpliciter intelligẽdũ

Liturgi

Lictores unde

Gliscit

Inquies nocturna

Limis

Limen

Limo uident

Collimare

Limare caput

Pendere pœnas

Ex asini prospectu

propter

propter umbram asini ad quã unus commilitonum oculos direxit:& ex ea deprendit hortulanum delitescentem. Sed ut ego sentio clanculum & dissimulanter alludit ad prouerbium alterum græcum υπερ ονου σκιασ.idest de umbra asini,quo uti solemus de eis: qui desyderant noscе futilia & friuola:minimeq; utilia. Cuius meminit menander in enchiridio:& Plato & alii complusculi. Ductum autem est prouerbium ex fabula:qua traditur iuuenem conduxisse mercede asinum:& cũ sub umbra asini per meridianum æstum quiescere uellet:exturbatum esse ab asinario afferente se illi asinum tantum locasse non umbram:ex hoc uentum est in iudicium ab utroq;:quod cum olim in iudicio causæ capitalis coram iudicibus fastidiosis recitasset Demostenes:& illi mox expergefacti fabellæ lepiditate:cuperent noscere quis fuisset exitus rei:subiũxit orator oppido q̃ tempestiuiter & scite:υπερ ονου σκιασ ακουειν ωανδρεσ επιθυμειτε ανθρωπου δε κινδυνευοντοσ υπερ ψυχησ ουδε τησ φωνησ ανεχεσθε.o uiri(inqt)cupitis audire de umbra asini:hominis autem pro anima periclitantis defensionem audire non uultis. Sunt & illa apud eosdem græcos de asino quoq; celebrata prouerbia.ονοσ προσ αυλον.asinus ad tibiam ονοσ λυρασ asinus ad lyram,ονοσ εισ αχυρα asinus in paleas:dicitur autem hæc paroemia:de his qui præter spem incidunt in bona,illisque uoluptarie fruuntur. celebrant & illud:ονον κειρεισ.asinum tondes:de hominibus inefficacia aggredientibus: asinum enim tondere non possumus:cui consimile est hoc:ονου ποκασ ζητεισ.i.asini uellera quæris.

De umbra asini

Fabella lepida

Asinus ad tibiam

Asinus in paleas

Asinũ tondens

¶Decimi Commentarii argumentum.

HOc decimo libro continetur militis cum asino ad ciuitatem accessus:facinoris muliebris ob amorem incestũ: infandumq; luculenta descriptio,asini duobus fratribus facta uenditio:quorum alter pistor erat:alter coquus. Mox fratrum ob asini furtiuam rapinam cibariam dissidium atq; contentio. Asini uita genitalis:& parasitica sub domino mitiore:eiusdemq; cum matrona amorabunda cõcubitus:fœminæ scelestæ ad bestias damnatio: iudicii Paridis edicio:asini fuga ex spectaculo.

DIe sequẽti meus quidem dominus hortulanus qd egerit,nescio: me tamen miles ille, qui ꝑpter eximiam ipotentiã pulcherrime uapularat,ab illo ꝑsepio nullo equidem contradicente,diductum abducit,atq; a suo contubernio,hoc enim mihi uidebatur,sarcinis propriis onustum,& prorsus exornatum,armatumq; militariter,producit ad uiam,nã & galeam nitore permicãtem,& scutum cæteris his lõgius lucens,sed etiam lanceam longissimo hastili cõspicuam, quæ scilicet non disciplinæ, tunc quidem causa, sed propter terrendos miseros uiatores, in summo atq; edito sarcinarum cumulo ad instar exercitus sedulo composuerat, confecta campestri, nec adeo difficili uia ad quandam ciuitatulam peruenimus,nec in stabulo,sed in domo cuiusdam decurionis diuertimus,statimq; me cõmendato cuidã seruulo,ipse ad preciositum suũ,qui mille armatorum

DIe sequenti. Græce dicitur τηδευτεραια.quid egerit nescio. Ex Luciano sic scribente. τι μεν επαθεν ο κηπουροσ ο εμοσ δεσποτησ ουκ οιδα. idest quid passus sit hortulanus meus dominus nescio. ¶Ob eximiam impotentiã. Vtrum ob inualentiam & imbelliam,an ob immodicam militaremq; potentiam:ac insolentiam:ambiguũ est,constat enim militem uapulasse:cum ob infirmitatem uirium(quibus hortulanus præpolebat)tum ob contumatiam impotentiamq; tyrannicam,dum militariter cædem hortulano minitatur. ¶Abducit. Abducitur:proprie alienos abducimus inuitos,ut docet Dona. a Luci.autem dissentit,q refert a milite uenditũ esse asinum πεντεκαιεικοσι αττικων.idest.xxv. atticis minis. ¶Galeam nitore præmicantem. Ex præscripto disciplinæ militaris:arma debent esse extersa: atq; radiantia. Ad officium tribuni militum pertinet sollicitudinem:auctore Vegetio:ut miles ueste nitidus:armis bene munitus ac fulgens:exercitationis usu & disciplina eruditus incedat:item præcipit eligendum centurionẽ, qui contubernales suos ad armorum exercitium cogat:ut bene uestiti & calciati sint:ut arma omnium defricentur:ac splendeant:& extat epistola Aureliani impatoris ad tribunum scripta:qua præcipit ut arma tersa sint:& profecto laus est imperatoris miles cultus:& micantibus armis instructus. Laudant scriptores cæsarem dictatorem:q haberet milites tam cultos:ut auro & argento politis armis ornaret:simul & ad speciem, & quo tenaciores eorum in prælio essent metu damni. Lampridius quoq; refert Alexandrum Romanum imperatorem sibi fecisse argyro aspidas & chrysoaspidas milites cum clypeis argentatis & auratis,exẽplo Alexandri macedonis:quem tradunt scutis militum argenteas lamias:equis frenos aureos addidisse: loricas quoq; alias auro:alias argento adornasse. ¶Lãceam longissimo hastili. Cum Lucianus hunc in macedonia militem fuisse describat:intelligimus sarissam significari:& enim sarissa(ut docet Helianus in tacticis) lancea est qua utitur phalanx macedonica: longitudine.xiiii.cubitorum:quorum duo manus continent: reliqua.xii.prominent:inde sarissophori a nostris scriptoribus dicti:qui sarissas gestant. ¶Sedulo. Instanter,diligenter. ¶Ciuitatulam.græce.πολιχνιον dicitur: εστι ωσ κωρισ μα τωσ:idest diminutiui formula. ¶Decurionis. Modo decurionem accipe pro turmæ equitum præfecto:potest etiã accipi pro senatore municipali,& enim senator in municipiis dicitur decurio: ut suo loco copiosius est annotatum: est autem decurionis militaris officium conto scienter uti:& turmales suos:idest equites sub cura sua positos erudire ad omnia quæ equestris pugna deposcit.

Abducere

Arma ex tersa sint

Chrisoaspides

Sarissa

Sarisso phori

Decurio

Ducatus

CDVcatum sustinebat: præfecturam gerebat. ducatus dicit præfectura: siue præpositura & imperium militare a duce: ut principatus a principe, tribunatus a tribuno: in Aureliano inqt flauius uopiscus, habuit multos ducatus: multos tribunatus. Apud Suetoniũ ferebat ducatus & imperia ludere: uidetur autem significare chiliarchum, sic enim græco uocabulo nominatur tribunus militum: qui præest mille militibus: ex disciplina romanæ militiæ (ut docet Iosephus in tertio belli iudaici) milites ad centuriones: illi ad chiliarchos conueniunt salutatum: cum quibus ad summum omnium ducẽ uniuersi ordinum principes, ille autem his ex more dat præcepta perficienda subiectis. ¶ Designatum facinus. Praue & perperam factum, designare est rem nouã facere: in utrãq partem & bonam & malam. praue & recte facta designata apud ueteres dicebant: hic in malam partẽ ponitur. Designatores dicti: qui ludis funebrib⁹ præsunt: ob eam causam (ut credit Donatus) q i ipsis ludis multa fiant noua & spectanda. Terentius in adelphis: modo qui designauit. ¶ Dominus ædium. Decurio significatur. ¶ Iuuenem probe literatum. Idolon & simulachrum huiusce iuuenis probissimi, quem Lucius noster hoc in loco describit: est Bartholomeus blanchinus municeps me⁹: qui nobili genere natus: bonis moribus ornatus: literis literatis excultus: auditor meus: mihiq summa beniuolentia copulatus, effingit ac representat iuuenem ex omni parte laudabilem. Dotibus animi accedunt bona corporis: atq fortunæ. Diligit doctos: & me imprimis: contubernio proborũ artificum lætatur: maximeq pictorum. Habet domi uelutiin larario nomismata ex auro & argento complusculæ: quibus minutæ magnorum uirorum facies expressæ conspiciuntur: ocium & quietem literariam cũ primis probat: & sectatur, modestia & probitate præcipuus uiuit in celibatu, q̃uis eum generum optẽt summates. Prorsusq huic Apuleiano iuueni cætera simillimus: nisi quod nec patrem habet, nec Nouercam domi: & melioribus annis natus fortunatius degit: nec insidias nouercales pertimescit: quibus obnoxius fuit hic: quem Lucius noster perscribit dilectum esse a nouerca: amore incesto & infando. ¶ Consequenter modestia præcipuum. Pietas: modestia: humanitas sunt sequelæ & comites literarum: literæ bonos mores & uirtutes omnis policitas: edocent humanitatem. Veteres appellauerunt id prope modum: quod græci παιδείαν: nostri eruditionem institutionemq in bonas artes dicunt, quas qui sinceriter appetunt: hi sunt uel maxime humanissimi. e contrario ἄμουσος. idest sine musis & literis: apud græcos dictus pro inelegante & rustico atq impolito. ¶ Matrimonium reparauerat. Secundam uxorem duxerat: digamiamq celebrauerat. sicut improbe Neptunum accusat: qui iterum naufragium facit. ita qui secundis pedicis coniugalibus implicat, inique uitam uxoriam statumq maritorum criminatur. Semel ducẽda uel sapiẽti uxor est: ut politice & ciuiliter uiuere uideatur. sed si digamus, hoc est bimaritus esse appetit: & digamiæ munera decantat: uecors est. Nã prima uxor, aut bona fuit: aut mala: si bona non est secũda uxor ducẽda: quæ primæ cõsimilis esse nõ poterit, quinimo timẽdũ, ne in locũ bonæ pessima succedat, cum proba sit rara auis in terris nigroq similima cygno: si uero mala tanto minus est ducẽda. Cũ improbitas primæ poterit ac debuerit osorẽ te facere: ac fastidiosum totius fœmineæ nationis: sicut etiam Euripides mulieres fere omnis maiorẽ in modũ exosus fuisse dicit: q simul duas uxores habuerit: quaꝝ matrimonii pedebat. Quod aũt digamia monogamia deterior sit: hinc liquet q digamus in cleꝝ eligi non potest. Hierony. tamen inqt non dãno digamos: immo nec trigamos: & si dici potest octogamos. ¶ Seu fato impulsa. Pleriq omnes in culpa, & maleficio reuicti perfugiũt ad fati necessitatẽ: tanq̃ in aliquod asyllũ: & quæ pessimæ fecerunt: ea non suæ temeritati: sed fato esse attribuenda dicunt. Apud materi num genituræ explicantur: quæ maleuola stellarum radiatione faciunt nouercas amore priuignorum infando implicari. ¶ Oculos ad priuignum adiecit. Naturali & quasi genuino odio nouercæ priuignos persequuntur: hinc uerbum elegans nouercari: pro eo quod est agere more nouercarum: maligne scilicet & inimiciter. Hinc Oratius in epodo: quid ut nouerca me intueris. Plinius noster naturam homini nouercam tristem esse censet. Ergo igitur cum nouercæ priuignos naturaliter oderint: cum nouercalia odia sint famigerata, hæc priuigni amore capta est, hæc ardere cœpit in libidines cestas. cum talis amor sit omni odio detestabilior, execratiorq: melius est enim odisse priuignum: q̃ turpiter amare. ¶ Tragœdiam legere. In tragœdiis plersq amores incesti infandiq explicantur. tragœdiæ narrant quemadmodum phedra amore fœdissimo priuignum Hippolytum deperibat. Deniq tragœdiarum argumenta sunt nefandæ nouercarum priuignorumq amationes. Ideoq Euripides petente Archelao regẽ: ut de se tragœdiã scriberet abnuit: ac precatus est, ne accideret Archelao aliquid tragœdiæ proprium, ostendens nihil aliud esse tragœdiam q̃ miseriarum comprensionem: quæ ut græci diffiniunt est, δεινῶν περιοχή idest reꝝ tristium comprensio. cum comœdia sit ἰδιωτικῶν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἀκίνδυνος περιοχή. idest priuatarum ciuiliumq rerum sine periculo uitæ comprensio. præterea in tragœdia fugienda uita. in comœdia capessenda exprimitur. per soccos autem materia comica: per cothurnos tragica significatur: cum soccus sit calciamentum comœdorum histrionum: coturnus uero tragœdorum: quod ex uersu Oratiano sat notum est. Hunc socci cœpere pedem grandesq cothurni: illud adde scitu dignum. q cum cothurnus sit calciatus utriq pedi aptus. Athenienses hinc theramenem cothurnum cognominarunt: tanq̃ modo harum, modo illarũ partium sectatorem: prouerbium quoq apud græcos celebratur. εὐμεταβολώτερος κοθόρνου. de his qui mobiles sunt & assidue immutantur. a socco ad cothurnum: expone tenuioribus ad grauiora: a iocosis ad tristiora: a licitis ad illicita: a rebus comicis ad tragicas: & enim tragœdiæ proprium est amor ĩfandus atq tristitia. ¶ Ascẽdere. Signate locutus: stilus. n. comicus humilis est & materia. Tragicus uero caracter sublimis: sicut & argumentum: inde cothurnati dicti grãdiloqui, & instar aquilarum per sublimia uolitantes. ¶ Silentio resistebat. Silẽter dissimulabat. ¶ Bacchatus amor. Seneca Labitur totas furor in medullas. Igne furtiuo populãte uenas. ¶ Sæuiẽti deo. Cupidini: qui impotens flãmis simul & sagittis regnat in orbe, cuius spiculis succũbũt mortales immortalesq. q superos ipsumq iouẽ. q numina ponti terrarumq domat.

ducatum substinebat, sollicite proficiscitur. Post dies plusculos, ibidem designatum scelestum & nefarium facinus memini, sed ut uos etiam legatis ad librum profero. Dominus ædium habebat iuuenem filium, probe literatum, atq obid consequenter pietate, modestiaq præcipuum, quem tibi quoq prouenisse cupere uel talem. Hui⁹ matre multo ante defuncta, rursum matrimonium sibi reparauerat, ductaque alia filium procreauerat alium, qui iam duodecimum ætatis annum supergesserat. Sed nouerca, forma magis, q̃ moribus in domo mariti præpollens: seu naturaliter impudica, seu fato ad extremum impulsa flagitium, oculos ad priuignum adiecit. Iam ergo lector optime, scito te tragœdiam non fabulam legere, & a socco ad cothurnum ascendere. Sed mulier illa, q̃diu primis elementis

Chiliarchus
Designare
Designatores
Laus bartholomei blanchini
Humanitas
Pedia
Digamia digamus
Euripides osor mulierum
Nõ dãno octogãos
nouercari
tragœdia cõpresio miseriaꝝ
Soccus
Cothurnus
Cothurnati

CVpido

¶ Cupido paruulus. Tulliana sententia est. malū nascens facile opprimitur. inueteratum fit plerūq; robustius. ¶ Mentit in corporis ualitudine. Simulat se languore corporis affectā, cum animi ægritudine tabescat. sic olim Antiochus amore nouercæ stratonices captus. cum cupidini sæuienti succubuisset: nec ullum remedium tanto malo reperiret: simulās se corporis morbo cōflictari in lecto decubuit: qui mox opera & astu Erasistrati medici reualuit factus uoti cōpos. ¶ Examussim. Examinate: optime: ad unguem: regulariter. Plautus: ut hāc rē uobis examussim disputē. Aduerbium est. amussis. n. regula fabrorū est: qua architecti opus probabant, uel ut alii uolunt ferramentū: quo in poliendo utuntur. inde amussitata

Antiochus captus amore nouercæ — Examussim

cupido paruulus nutriebat, ībecillis adhuc eius uiribus facile ruborē tenuē deprimens, silētia resistebat. At ubi cōpletis igne uesano totis pcordiis immodice bacchat⁹ amor exæstuabat: sæuiēti deo iam succubuit, ac langore simulato uulnus animi mentitur in corpis ualitudine. Iā cætera salutis uultusq; detrimēte, & ægris, & amātib⁹ examussim cōuenire, nemo q nesciat? pallor deformis, marcētes oculi, lassa genua, quies turbida, & suspiritus, cruciatus tarditate uehementior, crederes & illam fluctuare tantum uapore febrium nisi quod & flebat. Heu medicorum ignaræ mentes, quid uenæ pulsus, quid caloris intemperantia, quid fatigatus anhelitus, & utrinq; secus iactatæ crebiter laterum mutuæ uicissitudines. Dii boni q̄ facilis licet non artifici medico, cuiuis tamē docto ueneriæ cupidinis comprensio, cum uideas aliquem sine corporis calore flagrantem. Ergo igitur impatientia furoris alterius agitata, diutinum rupit silentium, & aduocari præcipit filium, quod nomen in eo ipso, ne ruboris admoneretur, libēter eraderet. Nec adolescens ægre parentis moratus imperium, senili tristicia striatam gerens frontem cubiculum petit

indoles Plauto pro examinata: atq; perfecta. sic. n. scribit in milite: in hoc musitata sua sibi ingenua indoles. & ita hūc locū Plauti legendū esse docet Nonius marcellus: cum in Plautinis codicibus passim legat emussitata: quā tamen lectionem: ut probam emaculatamq; tueri possumus auctoritate Festi Pompeii, qui scribit emussitata dici adamussim facta, & ne quis audeat: id uelle conuellere & calumniari: traditur hoc a Festo in dictionibus a litera e incipientibus. Aul. Gellius in primo, iudicium factum adamussim diceres. ¶ Pallor deformis. Aegroti & amantis signa communia: nam qui amat: & qui ægrotat: pallore deformatur. De ægroto notissimum Virgilianum illud Continuo est ægris alius color, horrida uultū Deformat macies. De amante illud Oratianum. & tinctus uiola pallor amātium: ex præcepto quoq; Nasonis: Paleat oīs amans: color hic est aptus amanti. ¶ Lassa genua. Labant genua in ægroto: labant & in amatore: q uidens amicam & mēte: & genibus tremit. Iuxta illud Terentianū. totus parmeno tremo horreoq;: postq̄ aspexi hanc. aiunt physici ex nimio ardore effectum frigoris reddi: ut ex frigore nimio effect⁹ ignis existit: natura. n. magni caloris horrorē incutit: ut nimiæ febres. ¶ Quies turbida. Quis nescit turbidam inqetamq; qetē esse infirmis? q insomniosi sunt: qui diris uisionibus agitātur, hinc Oratius, Velut ægri somnia uanæ finguntur species. In eandem sentētiam est illud Persianū. ægroti ueteris meditātes somnia. Idem quoq; est amoris affectus. Amator. n. instar Achillis homerici: exptus loquor: nūc pronus in faciē: nūc supinus cubat: toto lecto uersat corpus: dū somnū oculis capere nō pōt: cuius tumultuosa per thorū iactatio est: & inges nocturna. ¶ Suspiritus uehemētior.

Amussis — amussitata — Emussitata — Pallor amātis & ægri — Ex calore horror

Suspiratus siue suspiriū. Plutarchus, sapho: cæteri amatoribus assignāt defectum uocis: luborē uultus: mox pallorē: intuitū oculorū inconuenientē: sudores acutos: motū uenæ incredibilē: & crebra suspiria. Ora. quoq; signare uolens amoris indiciū: sic inqt in epodo. Amantē langor & silētium arguit & latere potitus imo spiritus. ¶ Fluctuare ardore febrium. Si uidisses fœminā hoc pacto languentē: credidisses eā ardētibus febribus torqueri. sed cum fleret signū erat cupidineæ flāmæ: qua uitalia intrinsecus torrebant: nam ut ait speciosissime poeta. Est mollis flāma medullas Interea & tacitū uiuit sub pectore uulnus. apud Oui. inqt biblis amore tabescens. Esse qdem læsi poterat tibi pectoris index. Et color & macies & uultus & humida sæpe Lumina: nec causa suspiria mota parēti. ¶ Heu medicorū. Imitatio maroniana. Heu uatū ignaræ mētes qd uota furentē. Quid delubra iuuant. medicos dānat inscitiæ: q parū solerter: parūq; curiose dispicerēt, qd pulsus, quid creber anhelitus: qd calor īmodicus: in fœmina significarēt. nec. n. hæc morbi erant: sed ardentissimi amoris indicia. Quod uel mediocriter erudito medico cōprehendere fas erat. ¶ Laterū uicissitudines. Modo in dextrū: modo in sinistrū latus iactatio. sic Achilles Homericus ex desyderio Patrocli. nunc in latus: nūc resupinus: nunc pronus, nunc rectus uolutatur. Supini cubitus (ut inqt Plinius noster) oculis conducunt. at pro tussibus in latera aduersus distillationes. Theophrastus tradit celerius concoq dextri lateris incubitu: difficilius in supinis. ¶ Sine corporis calore flagrantē. Vbi homo flagranter æstuat citra corpis calorē & febrem, nimirū ille ob amorē aīo ardet: non corpe febricitat. Talis. n. flagrantia non corpus, sed aīum pp̄latur, quæ cognitio cōprensioq; uel mediocri medico facilis est. ¶ Alterius agi. Lego altius uel alternis agitata. ¶ Filiū. Priuignū intelligit: quē nouerca deperibat. ¶ Nomen. Scilicet filii: nec. n. uoluisset amorabūda fœmina filiū esse & dici: quē ipsa afflictim depibat, qa talis amor infandus: incestificus: execrabilis est: cōsimiliter apud Ouidiū biblis, Caunū fratrē deamans nomen sororis tradit ex epistola. Scripta soror fuerat uisum est delere sororē. Vnicuiq; (ut alibi quoq; dictū est) duo sunt noīa: unū pp̄riū alterū naturæ & sanguinis. quo se debent appellare cōiunctæ psonæ. ut est nomē matris & filii: nouercæ & priuigni. Nūc ergo amorabunda nouerca libenter eraderet hoc naturale nomen: ne aut filiū, aut priuignū nominare cogeret: quæ nuncupatio in re obscœna sine rubore esse non pōt. ¶ Parentis. Nouercæ quæ parentis: hoc est matris loco esse priuigno debet. & priuignus nouercæ perinde ac parenti obseq debet. ¶ Striatā fron. Rugosam: cōtractā: subductā. q̄lis ex tristicia esse solet: quæ & capata frons dicit: & decēter dixit Plau. qd huic homini frons caperat sæueritudine. striæ sunt canaliculæ in columnis & caua. unde colūnæ striatæ dictæ. Talibus fulciuntur ædes Bentiuolorū magnificentissimæ. qdam strias non ipsos canaliculos dici interpretantur, sed prominētias, & extuberationes inter caua & canaliculas colūnarū. Victru. in. iiii. colūnas (inqt) striari uiginti striis oportet. Idē striaturā appellat descriptionē striatarū columnarū. Igit trāslatione uenustissima striatā frontē posuit Lucius nr̄ pro tristissima & caperata: in qua rugæ aspiciant instar striarū: quas in colūnis efficimus. rugarū. n. & striarū reciproca translatio est. Idē Victruuius: trūco inqt toto, strias uti stoiarū rugas matronali more demiserunt. Crassitudines striarū eodem auctore faciendæ sunt: q̄tum adiectio in media colūna ex descriptione iuenict, strigæ uero aliud lōge signāt. nā (ut grāmatici docēt) appellāt ordines rerū iter se iūctim collocatarū, a strigēdo dictæ. Colu. i. ii. de fœno loquēs sic refert. tūc demū ꝯuertem⁹ & utrūq; siccatū coartabim⁹ i stringā, atq; ita manipulos uindem⁹.

Notæ amoris — Supini cubitus — Dextri lateris incubitus — Duo noīa pp̄rium & naturale — striatura — Strigæ

uxoris patris, matrisq; fratris utcunq; debitum sistẽs obsequium. Sed illa cruciabili silentio diutissime fatigata, & in quodam uado dubitationis hærens, omne uerbum quod præsenti sermoni putabat aptissimum rursum improbans, nutante etiam nunc pudore, unde potissimum caperet exordium, decontatur. At iuuenis nihil etiã tunc secius suspicatus, summisso uultu rogat ultro p̃sentis causã ægritudinis. Tunc illa nacta solitudinis damnosam occasionẽ prorũpit in audatiã & ubertim ad lachrymas, laciniaq; contegens faciem, uoce trepida, sic eum breuiter affatur.



Causa omnis & origo præsentis doloris, & etiam medela ipsa, & salus unica mihi tute ipse es. Isti enim tui oculi per meos oculos ad intimã delapsi præcordia meis medullis accerrimum commouent incendiũ, ergo miserere tua causa pereuntis, nec te religio patris omnino deterreat, cui morituram prorsus seruabis uxorem, illius enim recognoscẽs imaginem mutua facie merito te diligo, habes solitudinis plenam fiduciam, habes capax necessarii facinoris otium. nã quod nemo nouit pene non fit. Repentino malo perturbatus adolescens q̃q̃ tale facinus protinus exhorruisset, non tamen negationis intempestiua sæueritate putauit exasperandam, sed caute promissionis dilatione leniendam. Ergo ꝓlixe pollicetur, ut & bonũ capet aium, refectioniq; se, ac saluti redderet,

¶ VXOris patris. Nouerca signat, quæ uxor erat patris: & filium ꝓcreauerat aliũ: q ex patre istius adolescentis: frater erat. ¶ Vtcũq;. Nitidior lectio est utrũq;. ¶ Sistens obsequm. Idest se obsequiosum exhibens. uerbũ iuris est sistere uadimoniũ: sistere reũ: quod ad alia quoq; transfert. Oui. sistit ante aras. Au. Gellius docet ab hoc uerbo sisto stiti in p̃terito dici nõ steti. a. M. Catone recte scriptũ esse uadimonium stitisset: quod audaces emẽdatores e scripto stetisset corruperunt. ¶ In uado dubitationis. Incerta ac fluctuabunda sicut cymba in uado periclitaẽ: contra dixit Plau. prouerbialiter. in uado salutis res est. ¶ Vnum. Legendũ est unde. exprimitur amantis affectus, quæ unde exordiaẽ cũ priuigno alloqum nescit: quæ incipit effari mediaq; in uoce resistit. ¶ Decontaẽ. Valde conctaẽ & hæsitat: sic biblis apud Oui. Incipit & dubitat scribit damnatq; tabellas. Et notat & delet mutat culpatq; probatq;. ¶ Summisso uultu. Hoc in laudẽ pudibũdi iuuenis dictum est: q uultu demisso: ac uerecundo q̃rit de matre causam ægritudinis. ¶ Nacta. Nãcitor diciẽ apud ueteres ꝓ nactus erit. ¶ Occasionem solitudinis. Solitudo sæpe nobis magna mala suadet (ut inq̃t Seneca) & cogitatiões diras suggerit: ex cuius occasione: nunc nouerca fit audax apud Priuignũ & amorem infandũ tetrumq; cõfitetur ac detegit. ¶ Vbertim. Large & abundanter. ¶ Lacinia. Præ pudore cooperit faciem: ut liberius amorẽ impudicum scelestũq; profiteretur. Apud Plato. Socrates operit pallio caput orationem quãdã parũ pudicam habiturus. Apud Gelliũ Iulianus rhetor capite conuelato canit uersus poeticos: amasios: ac uenerios. ¶ Et medela ipsa. Huic sententiæ quadrat illud Ouidianũ Tu seruare potes: tu ꝑdere solus amantem. ¶ Tui oculi per meos oculos. Amor (ut philosophi tradunt: & meminit Plato) desyderium est fruendæ pulchritudinis: fruitur autem amator re amata per oculos. Vnde merito oculus causa & origo est amoris: ut Museo placet: oculus radiorum aculeos in contuentis e regione oculos iaculatur, hinc uirulentus aculeus transuerberat oculos: & hominis percussi præcordia corq; conuulnerat. Quintilianus in ea declamatione: quæ inscribiẽ cæcus in limine. oculi (inquit) sunt tota nostra luxuria, hi nos in omnia quotidie uitia p̃cipitant: mirantur: adamant: concupiscũt. ¶ Pereuntis. Scilicet mei. Oui. miserere fatentis amorem. Et non fassuræ nisi cogeret ultimus ardor. ¶ Illius imaginem. Filius imago patris est: quem nõ tam facie q̃ moribus representat. Phedra apud Senecam sic inquit ad Hippolytum: Hippolyte sic est Thesei uult⁹ amo, & mox paulo. Talis en talis fuit cum placuit hosti. sic tulit celsum caput: in te magis refulget incõptus decor: & genitor in te toruus. ¶ Habere. Corrige habes. ¶ Solitudinis fiduciã. Solitudo: ut ante diximus: multa mala nobis suadet: & locus ab omni arbitro liber fiduciam dat patrãdi sceleris. ¶ Necessarii facinoris. Facinus necessarium uocat: quod cum necessaria persona committiẽ, & necessitudinis uinculo copulata: qualis est inter nouercam priuignumq; coniunctio. ¶ Pene non fit. Sententialiter hoc dictum est. tanquam pro infectis habẽda sint: quæ facta esse nemo cognouerit. Olim Claudius imperator iuuenẽ adulteriis famosum monuit ut cautius indulgeret uoluptati ueneriæ. tanq̃ non fiat: quod latet. Philosophus quoq; nomine Peregrin⁹ existimabat homines tunc peccare ꝓcliuius: cũ latere posse id peccatũ putarẽt: ĩpunitatemq; ex ea latebra sparẽt. Virũ uero sapiẽtẽ non peccaturũ esse dicebat: etiam si peccasse eũ dii atq; homines ignoraturi forẽt, nõ. n. pœnæ aut infamiæ metu non esse peccandum: sed iusti honestiq; studio & officio. ¶ Perturbatus. apud Sene. impudica nouercæ cõpellatione perturbatus Hippolytus. sic exclamat. Magne regnator deum tam lentus audis scelera: tam lentus uides. hic uero neq; clamosus neq; iurgiosus inducitur sed consultus & prudens, qui promissione leniendam magis fœminam censuit q̃ negatione exasperandam. ¶ Intempestiue. Pitacus ex septẽ sapiẽtibus unus dicere solebat γνωθι καιρον. i. nosce tẽpestiuitatẽ, intelligi uolẽs in rebus omnibus obeundis nihil esse cõducibilius meliusq; tẽpestiua opportunitate: e cõtrario nihil peius ĩtẽpestiuitate. Sup qua relatissime ꝓscripsimus in heptalogo: sic sæueritas q̃ alioq inter uirtutes numeraẽ in uitii nomẽ trãsibit si fuerit intẽpestiua. neq; κατα καιρον. i. ex opportunite adhibita. Vñ laudãdus hic iuuenis qui negare sæueriter noluit: ne per intẽpestiuam sæueritatẽ: fœmina magis: ac magis exasperaretur. ¶ Prolyxe. Benigne: large: liberaliter. M. Cato res prolyxas dixit quas aliis quoq; uocabulis secundas & prosperas appellat.

Sisto

In uado salutis

Vbertim

Oculus fons amoris

Heptalogus phil. Beroaldi

Prolyxæ res

¶ IMpendio

impendio suadet, donec patris aliqua profectione, liberum uoluptati concederet spatium, statimq; se refert a noxio conspectu nouercæ. Et magnam domus cladē ratus indigere magno & ampliore consilio ad quendam compertæ gratuitatis educatorem senem protinus refert, nec quicq̄ diutina delibe ratione tam salubre uisum, q̄ fuga celeri procellam fortunæ sæuientis euadere. Sed impatiēs uel exiguæ dilatiōis mulier, ficta qualibet causa, confestim marito miris persuadet artibus adlongissime dissitas festinare uillas, quo facto, maturatæ spei uesania præceps, promissæ libidinis flagitat uadimonium. Sed iuuenis modo istud, modo illud causæ faciens, execrabilem frustatur eius aspectum, quoad illa nunciorum uarietate, pollicitationem sibi denegatam manifesto prospiciens, mobilitate lubrica nefarium amorem ad longe deterius transtulisset odium, & assumpto statim nequissimo, & ad omne facinus emancipato quodam dotali seruulo, perfidiæ suæ cōsilia communicat, nec quicq̄ melius uidetur, q̄ uita miserum priuare iuuenem. Ergo missus cōtinuo furcifer uenenum præsentarium comperat, idq; uino diligēter dilutum insontis priuigni præparat exitio. Ac dum de oblationis opportunitate secum deliberant noxii homines, forte fortuna, puer ille iunior proprius pessimæ fœminæ filius post matutinum laborem studiorum, domū se recipiens, prandio iam cœpto, sitiēs, repertum uini poculum, in quo uenenum latebat inclusum, nescius fraudis occultæ, cōtinuo perduxit haustū, atq; ubi

¶ Impendio suadet. Valde uehementer hortatur. ¶ Refert. retrahit: abducitq;. ¶ Ad educatorē refert. Idest cōsulit nutriciū senē: & quæ sit super re tanta illius exquirit sententiā: qui cūm senex esset merito multarum rerum consultissimus: grauissimusq; uideri poterat: cum ætate sapiētia adipiscatur. In senibus prudentia est, atq; consiliū, & (ut inqt Plau. in trinūmo) sapientiæ ætas cōdimentū est. Sapiēs ætati cibus est. Senibus (ut auctor est Quinti.) auctoritas maior est q̄ plura nosce & uidisse creduntur. quod & Home. frequentissime testatur: & ut eleganter scribit. M. T. in Catone: temeritas est. s. florescentis ætatis: prudentia senectutis. In senibus cōsilium: ratio: sententia est: quæ nisi forent non summū consiliū maiores nostri senatū appellassent: proinde probādus est adolescēs, qui cōsiliariū senē educatorē adhibuit: q ex consilio senioris, atq; sententia saluberrima decreuit subducere sese nouercalibus blandiciis: & fuga euadere hanc quasi procellā ex fluctibus cupidineis impendentē. ¶ Impatiens mulier. Oīs mora amātem torquet, oīs cūctatio tormētū est: & (ut inqt Plau. in penulo) amās qcquid agit pperat oīa, amātu nihil satis festinant. ¶ Dissitas. Longe remotas: distātesq; ab urbe. Antiq improbarunt uillas & pdia longe ab urbe distātia. hinc Pōponius inqt, longe ab urbe uillicari: quo herus rarēter uenit. non uillicari sed dominari mea est sentētia. Columella quoq; cēset in propinquo agrū mercari: quo & frequenter dominus ueniat: & frequētius se uenturum q̄ sit uēturus denūciet: putatq; suburbanū prædium cōmodissimum esse. Catonis dictū est de agro parādo: pedibus cōpensari pecunia. ¶ Flagitat uadimoniū. Ex forēsibus uerbis translata sñia: sicut. n. ad uadimoniū uenire solet litigator: qui id promisit. Ita decēter uadimoniū libidinis flagitat nouerca a priuigno: ut sese sistat in palæstra uenerea: ut quod uerbo promiserat re pficiat. ¶ Illud causæ, idest modo hanc rē modo illā causatus. ¶ Mobilitate lubrica. Nihil est mobilius mente fœminea: quod & testimoniis poetarum: & græco uerbo satis liquet. quis enim nescit illud Variū & mutabile semper fœmina. Itē mobilior uentis o fœmina. Item Ah crudele genus, nec fidū fœmina nomē, græce dicitur. κουφον το φυλλον των γυναικων. i. leue est & mobile genus fœminarum. proinde uidemus quotidie amorē fœminæ torrentissimū, in odiū interneciuum repente cōuerti, & ex amorabunda fieri infestissimā. Amor in nouerca erga priuignum nefarius est & execrabilis: sed odiū fit lōge execrabilius, cū necē meditatur, cū ad uenena accingitur, cū in priuignū furibunda bacchatur. fecit hæc nouerca in priuignum: id quod fieri ab uxore in maritū scribit Hierony. qui in libris cōtra Iouinianū in sectam fœminarum porans ait. In odium uertetur ac iurgia: & nisi cito cōsulueris parabit uenena. ¶ Emācipato. Addicto: parato. alias emācipatus dicitur emissus ex patria potestate. Verbū iuriscōsultorum. apud Ora. in epodo scriptū est, Romanus heu posteri negabitis emācipatus fœminæ. ubi emancipatus accipitur pro addictus: & quasi in mancipatū & seruitutē datus Cleopatræ. ¶ Dotali seruo. Dotales serui (ut ex uerbo ipso notissimū est) dicuntur quos uxor cū dote ad maritū attulit. Plau. in asinaria. Dotalē seruū sauream uxor tua adduxit: cui plus in manu sit q̄ tibi. De seruis dotalibus & ancillis mentio fit apud iuriscōsultos: & ait Paulus titulo de donationibus: si qd in pueros ex ancillis dotalibus natos maritus impēderit: aut in doctrinā, aut in alimēta nō cōseruatur marito: qa ipse ministeriis eorum utitur: quēadmodū si a pdonibus redemisset seruos dotales. receptitiū uero seruū appellant ppriū uxoris: quem sibi recipit ac retinet: neq; doti dat. De quo. A. Gel. de quo & M. C. loqtur: sic scribēs. Vbi irata facta est seruū recepticiū sectari atq; flagitari uirum iubet. ¶ Venenum psentariū. Dicimus uenenū præsentarium: siue præsentaneū, quod strenuissimū, rapidissimūq; est: quod pñtē mortē subitariāq; affert: sine ulla lentitudine. auctor est Trangl. Neronē coegisse locustā uenenariā coquere uenenū q̄ posset uelocissimū ac pñtaneū. Atilius regulus in senatu Romæ dixit (auctore Au. Gel.) uenenū sibi carthaginēses dedisse nō psentaneū: sed eiusmodi quod mortē in diē proferret. Pli. remedia præsentanea & psentissima frequēter appellat, quæ sine cūctatione auxiliantur. Quinti. artē dicēdi cōstare (ait) inter cætera consilio psentissimo. ¶ Vino dilutū. Vino tēperatum, dissolutūq;. M. T. in cluentiana docet probabilius esse uenenū in potione datū q̄ in pane: celeriusq; epotū q̄ comesum in uenas atq; in oēs partes corporis permanare. præterea facilius fallere pōt in poculo uenenū, cum ita cōfusum sit: ut secerni nullo modo possit. cicuta uino diluta, atq; in uino pota irremediabilis existimatur. ¶ Noxii hoīes. Nouerca & dotalis seruus. ¶ Forte fortuna. Archaismos est: nam antiq iunctim dicebant fors fortuna: & forte fortuna p casu, & subita fortuna. grāmatici ita distinguūt, ut fors sit casus tēporalis, Fortuna uero ipsa dea. Teren. fors fortuna inqt nobis. i. ut exponit Donatus subita fortuna, qui id quoq; autumat quod fors fortuna in bono ponitur. ¶ Ille iunior. Quem. s. genuerat infanda hæc mulier ex patre adolescētis, quē ad stuprū sollicitauerat: quē supra dixit duodecimū ætatis annū peregisse. ¶ Pendio. Dictio nō solū mēdosa, uerūetiā cassa & futilis: nihilq; significās: quæ obelo confodiēda est. Vt in eius locū substituatur prandio. ut ita legas prandio iam capto. significat. n. puerum redeuntē a palæstra literaria sumpsisse prādiculū: hoc est ientaculū. ex quo cum sitiret: repente exhausit poculum illud mortiferum: credens id uinum esse: cum uenenū uino dilutū internosci non posset.

Impēdio ualde

In senibus prudētia

Amās ppe rat oīa

Suburbanum pdiū commodissimum

Mobilitas fœminæ peculiaris

Emācipatus

Dotalis seruus

Receptitius seruus

Præsentariū uenenū

Præsentissima remedia

Cicuta in uino irremediabilis

Forte fortuna

¶FRAtri. Priuignū intellige:qui ex patre tm̄,nō ex matre frater erat pueri:qui hauserat uenenum. ¶ Exanimis. Moribūdus & similis extincto:nam reuera(ut paulo mox liquebit)nō fuerat hæc potio pestifera sed soporifera. ¶ Pædagogus. Titulo de iniuriis pædagogi nomine comitis continenť.comitē uero accipere debemus eum qui comiteť & sequatur,ferulæ sceptra sunt pædagogoꝝ:qui interdū imperiosi atq; sæuientes stultitiā suam perdocent.qui alūnos fœdis sæpe uitiis imbuūt:quoꝝ sordes sunt inelubiles.Sicut Leonides Alexandri pædagogus.cum quibusdā uitiis infecit:quæ robustum quoq;:& iam maximum regem ab illa institutione puerili sunt persecuta.Ideoq; salubriter præcipit Quinti.ut pædagogi sint morati:sintq; eruditi,aut se non esse eruditos sciāt, latini magistrum appellant:quem græci pædagogū.

Pædagogus

¶ Ciet. Cōmouet:inclamat. ¶ Insimulabant. Accusabant:insimulatio est & falsi & ueri criminis incusatio: insimulo(ut docet Donatus)genitiuo iungiť:sicut hoc in loco.Plautus tamen dixit.sic me simulare falsum facinus tam' malū. ¶ Malitiæ nouercalis. Vno uerbo absoluit:cōplexusq; est oīa quotquot sunt flagitia:quæ in oīs nouercas cadunt:&.n.quæ exēplar malitiæ nouercalis merito diciť:ea est omnium nouercaliū scelerum officina:oium fraudiū seminariū:oium uersuciaꝝ coagulū,improbitatis scæna:flagitioꝝ ministeriū:ut reliqs nouercis esse possit exēplar & archetypon:qḋ sequantur. Armatæ in priuignos,instructæ ad perniciem miseroꝝ. ¶ Non parricidii conscientia. Minime cōmota est dira fœmina cū uideret filiū suo scelere prostratum:cuius necis ipsa erat cōscia.qḋ parricidiū uocat: & enim noie parricidæ significať:nō solū q patrē matrēq; interficit:sed & q filiū filiamue: alios quoq; necessarios occiderit:quod & docet Martianus iurisconsultus:qui titulo ad legē Pōpeiam de parricidiis scribit:lege de parricidis teneri si quis patrē:matrem:auū:fratrē, sororē: patruelē,matruelē:patruum:auunculū.si mater quoq; filium filiāue occiderit:sed & auus teneť,q nepotē peremerit:& qui emit uenenū:ut patri daret q̄uis non potuerit dare.ꝑterea apud antiquos parricida dicebať:q qualēcunq; hoiem occidisset:qḋ lex Numæ Pōpilii indicat his cōposita uerbis.Si qs hoiem liberꝝ morti sciens ducit parricida esto.Plau.eleganti uocabulo parēticidā dicit parētis interfectorē.obiter annotandū dici homicidā interdū cū laude ꝓ uiro.s.forti.q multos in bello occiderit.sicut Ora.dixit homicidā Hectorē laudabiliter & longe aliter q̄ uulgo dicatur. ¶ Vindictæ cōpē. Viā ad uindictam priuigni cōpēdiariā:& breuē traxit ex filii morte:tanq̄ posset persuadere marito:& oibus filiū perisse priuigni ueneno & fraude:quo persuaso:quod erat satis probabile:priuignus tanq̄ fratricida sine cōtactione plecteret. ¶ Misso cursore. Inter mancipia sunt & cursores:qḋ ex lectione iurisconsultoꝝ sat cognitū est.scribit.n.Paulus uolumine de legatis.iii.ꝙ si alii uernæ alii cursores legati sint:si qdā cursores:& uernæ sint cursoribus cedēt,semp.n.spēs gñi derogat.Antiquitas celebrat cursores:quos hemerodromos uocāt:q die uno ingēs spaciū cursu emetiebanť.Inter quos clarissimus fuit Philonides Alexandri magni cursor.ex Liuio:Pli.Probo.Emylio & cæteris. ¶ Vianti. Iter facieti:& in nullā itātu.uiātes scriptoribus usurpanť ꝓ uiatoribus:pegrinatoribusq;. ¶ Expugnationē do. Mortē filii:quē ueluti ꝑ uim fraternā expugnatum peremptūq; credi uolebat. ¶ Ocius. Statim. ¶ Personata. Ficta:cōposita:simulata:instar histrionū.qui inducta ꝑsona simulāt & imitanť quēcunq; uelint:uñ & ꝑsonati dicti.Oratius.Quo personatus pacto pater,a Seneca fœlicitas ꝑsonata nominať.Atellani ꝓprie inter histriones uocanť ꝑsonati:qa ius est his nō cogi in scæna ponere ꝑsonā:qḋ cæteris histrionibus pati erat necesse. ¶ Et hic. In hoc:in hac re.Apuleiana eloquutio. ¶ Non mē. Duobus modis diciť filius ꝑemptus ueneno priuigni.uno q manifestus est: cū priuignus uenenū dedit.altero q minus apertus est:cū ille ebibit uenenū,qḋ erat paratū i priuigni ꝑniciē: & ita ꝑiit eo ueneno:quo alter interimi debuerit.ex hoc intellectu dixit Apuleius.nō mētitā esse dirā nouercā:quæ dixerit marito filium ꝑemptū ueneno priuigni.&.n.re uera ꝑierat illo ueneno:qḋ ꝑuigno fuerat destinatū:quo priuignus ꝑire debuerat. ¶ Probrosæ libidini. Scelus inauditū finxerat scelestissima nouerca:uidelicet ꝙ priuignus seipsam libidine infanda incestare uoluisset:quæ haud dubie ꝓbrosissima est.Cōsimile qdā fecit Phedra,q̄ insimulauit hippolytū apud Theseū:ꝙ se cōprimere tētasset.qdā ita exponūt,ut intelligāt īsimulatū esse priuignū fr̄icidii:ex eo ꝙ frēm incestare libidine mascula tētauerit:atq; ꝑpostera,& ꝙ ille recusauerit.est.n.amphibolō:illud se utrū ad nouercā an ad frēm referať. ¶ Cōprimere. Verbū est obscœnæ sigñationis.hinc locus ille Plautinus mordax & cū felle.sic.n.inqt Mercu.ego tibi hāc cōprimā linguā.Rñdet Sosia alludēs ad turpē sigñatū:haud potes:bñ pudiceq; asseruať. ¶ Immanibus. Enormibus,imodicis:incredibilibus. ¶ Ærūnaꝝ ꝓcellis. Cōsimile est illud Virgi.& magno curaꝝ fluctuat æstu.ex trāslatione marinæ tēpestatis ꝓcella ærūnaꝝ fortunæ:& id genus aliarum reꝝ elegātissime deduciť.Quinti.auctor,est trāslationē hanc usurpari ad orōnis ornatū:quo dicimus cōtionū ꝓcellas & eloquētiæ fulmina. ¶ In corā sui. Sæpe apud hūc scriptorē annotatū est id genꝰ eloquutiōis:in corā:ad instar: quod nos corā & instar simpliciter dicimus.Est autē archaismos in corā sui ꝓ corā se ipso,in conspectuq; paterno. maior autē haud dubie dolor est ex re luctuosa quā uidemus:q̄ si tantū audiamus.oculoꝝ enim sensus est acerrimus. ¶ Ob incestū parricidiūq;. Duplex noxa,& utraq; criminosissima:utraq; capitalis.incestū referť ad ꝓbrosam libidinē:cuius noxæ insimulatus erat a nouerca priuignus:quod se uel fratrē incestare uoluisset.Parricidiū uero quod ueneno interemisset.sic.n. finxerat pessima nouerca:cuius commenta maritus uera esse credebat,cum uxoris lamētationibus ficticiis ꝑsuaderet.

Insimulatio

Parricida

parēticida

Homicida hector

Cursores inter seruos

Hemerodromi

Viantes

Personata fœlicitas

Comprimere

Procellæ ærūnaꝝ

In corā

Ad instar

fratri suo paratam mortem ebibit,exanimis terræ ꝓcumbit.Illius quoq; repentina pueri pernicie,pædagogus commotus,ululabili clamore,matrem totam q; ciet familiam,iamq; cognito casu noxiæ potionis, uarie quisq; præsentium,auctores insimulabant extremi facinoris. Sed dira illa fœmina & maliciæ nouercalis exemplar unicum, non acerba filii morte, non parricidii conscientia:non infortunio domus, non luctu mariti,uel ærumna funeris commota,cladem familiæ uindictæ compendium traxit, missoq; ꝓtinus cursore,qui uianti marito domus expugnationem nunciaret,ac mox eodem otius ab itinerere gresso,personata nimia temeritate, insimulat priuigni ueneno filium suum interemptum. & hic quidē non adeo mentiebatur,ꝙ iam destinatā iuueni mortem præuenisset puer, sed fratrem iuniorem fingebat,ideo priuigni scelere peremptum,quod eius probrosæ libidini,qua se comprimere temptauerat,noluisset succumbere. nec tamen imanibus contenta mendaciis,addebat sibi quoq; ob detectum flagitium,eundem illum gladio comminari. Tunc infœlix duplici filiorum morte percussus,magnis ærumnarum procellis æstuat. Nam & iuniorem in coram sui funerari uidebat, & alterum ob incestum parricidiumq; capitis scilicet damnatū iri certo sciebat.

¶AD extremū

¶AD extremū sobolis odiū.i.ipellebaṫ odisse filiū odio parricidiali:q iura naturæ solet & debet parētibus esse carissimus. ¶Senex infœlix. Pater defuncti maritus dolosissimæ nouercæ. ¶Caniciē.In luctu puluere & cinere comā fœdabāt: ut superius dictū ē.De latino attonito & mœsto cecinit poeta Caniciē imūdo pfusam puluere turpās. ¶Genua decurionū.Mō decurionū noīe senatores intellige:alias ppositi eqtū sigñanṫ:sicut suo loco supra iā diximus: ubi ēt annotauimus genua dedicata eē misericordiæ,& a supplicibus attingi solita. ¶Incestū paterno thalamo.Ex hoc liqdo itelligimus nouercā isimulasse priuignū,q seipsam icestare tentasset:incestū dicimus ipm crimen,& incestū dicimus hoiem,quē ecclesiastici scriptores icestuosum appellāt. ¶In cōminata cede. Propter illud qd pauloante sic ingt,addebat sibi quoq ob detectū flagitiū,eūdē illū gladio cōminari. ¶Siccariū.per abusionē(ut docet Quin.)siccarios oēs uocam⁹, q cedē telo quocūq cōmiserint. ¶Curiā.Senatū illi⁹ ciuitatis: cuius decuriones supplex orauerat:apud græcos apocleti dūr senatores sanctiusq cōsiliū:qd ex delictis cōstat uiris:apocletoꝶ frequēs mētio apud Liuiū. Meminit & Suidas in etymologico. ¶Mœrēs. Lugēs & mœstitudine cōfectus. ¶Responsionibus. purior lectio & magis quadrās ē si legas rñsionis.hæc.n.opponunṫ accusationis:& respōsionis. Solēt aūt rei meditatis ambagibus respōsionis diluere:atq refellere crimē obiectū, & pbationes accusatoris cōfutare,iflāmati senili prece hoīes cōclamāt:ut remota iudicii legitimi formula,qd lentū eē solet:statim lapidibus reus obruereṫ,nō expectato ut cā agereṫ,& ita indicta cā:inauditus indemnatusq necaret:qd minime fieri fas est: cū in bn̄ morata ciuitate nemo nisi iudicū snia damnatus sit, supplicio affici debeat. ¶Ne de paruis elemētis.i.primordiis, sæpe ex parua scintilla gliscit incēdiū. ¶Disciplinæ. Scilicet legalis & politicæ:ex cuius præscripto iudiciū constitui debet:& reus audiri,mox re examinata solerter snia promēda est,uel dānatoria uel absolutoria. ¶Cōpescere. Cōpescebant,suffrenabantq. ¶Vtrinq secus. ex parte accusatoris & rei:nec.n.alio mō ciuiliter iudicari potest:nisi allegationes utriusq partis audianṫ, & auditæ perpendanṫ. ¶Damnareṫ inauditus. Ex præscripto legis nemo inauditus & indicta cā dānari debet, qd si aliquādo fiat:scito id fieri ex tyrannica ipotentia, hoc est immoderata:uiolēta & illegitima potentia: uel ex feritate barbaroꝶ:qbus neq mos:neq lex est: q inhumana crudelitate præditi grassanṫ: q obliti se hoies esse oēm exuunt humanitatē:apud Liuiū. T.Quintus clamitat,reū capitis idēnatū idicta cā nō debere uiolari, igiṫ petebaṫ,ne malū in posteros usurpaṫ exēplū:ne hō inauditus indicta cā repentino tumultu dānareṫ. ¶Pronunciat patres in curiā. Ex more Romano: quo senatores in curiā uocabanṫ cōsultaturi sup rebus arduis. Liuius in.iii.citari patres in curiā iubent uiatores,dicti ministratores magistratuū, ex eo qd plerūq ex agris senatores in curiā arcesebāt. ¶Cōsueta loca residētib⁹.

In luctu coma cinerulenta

Incestus

Siccatius

Apocleti q

Adhuc uxoris dilectæ nimiū mētitis lamētationib⁹, ad extremū sobolis ipellebaṫ odiū. Vix dū pompæ funebres ex sepultura filii fuerāt explicatæ, & statim ab ipso eius rogo senex infœlix ora sua recētibus adhuc rigans lachrymis,trahēsq cinere sordentē caniciem, foro se festinus imittit. Atq ibi tū fletu,tū pcibus, genua etiā decurionū cōtingens,nescius fraudiū pessimæ mulieris,in exitiū reliqui filii plenis operebaṫ affectibus,illū incestū paterno thalamo,illū parricidā fraterno exitio,& in cōmiata nouercæ cæde siccariū. Tanta deniq miseratione,tantaq indignatione curiam,sed & plebē mœrens inflāmauerat, ut remoto iudicādi tedio,& accusationis manifestis pbationibus & responsionibus meditatis ambagibus cuncti conclamarint:lapidibus obrutū publicū malū publice uindicari. Magistratus interim metu periculi proprii,ne de prauis indignationis elemētis ad exitium disciplinæ ciuitatisq seditio pcederet, partim decuriones deprecari, partim populariter cōpescere, ut rite & more maioꝶ iudicio reddito, & utrinq secus allegationibus examinatis, ciuiliter snia promoreṫ, nec ad instar barbaricæ feritatis,uel tyrānicæ ipotentiæ damnareṫ aliquis inauditus, & in pace placida, tā dirum sæculo prodereṫ exēplum. Placuit salubre consiliū,& illico iussus præco pnunciat patres in curiam conueuirent, quibus protinus dignitatis iure cōsueta loca residentibus, rursum præconis uocatu primus accusator incedit. Tūc demū clamatus itroduciṫ etiā reus,& exēplo legis atticæ, martiiq iudicii cāæ patronis denūciat pco, neq pricipia dicere,

Decuriones in albo ita scriptos esse oportet:ut lege municipali pcipiṫ:cessante lege tūc dignitates erūt spectādæ,ut eo ordie quo qsq eoꝶ maxio honore i mūicipio fūctus ē:ut puta: si duūuiratū gesserūt:si hic honore pcellat:& itra duūuirales ātiqssim⁹ qsq prior. Deide q corā scdo post duūuiratum honore in repu.functi sunt:mox q nullo honore functi sunt put qsq eoꝶ i ordinē uenit.auctor Vlpia.nūc i urbe nr̄a lex senatorii loci ista seruaṫ:ut put qsq prior i ordinē senatoriū uenit:ita priorē i sedēdo locū teneat,q scds scdm, & sic deinceps,unū excipio Io.Bētiuolū,q senat⁹ colnmē ē:quē pricipē senat⁹ nr̄atis ppetuū meritissimo dicere possum⁹:quē cūcti sequunṫ:ut ducē,ad cui⁹ uitā tanq scopō & normā oēs dirigimur:oēs cōuertimur:q flexibiles quācūq i ptē ducimur a pricipe: atq(ut ita dicā)seqces sum⁹.cui⁹ auspiciis florētes ac bti i ocio tranqllo honoratoq fortūate degim⁹,pinde cū nūcupam⁹ uota,cū obsecram⁹ Deū ita nūcupe dēm⁹:ita obsecrare:ut uni Io.Bētiuolo cūcta pspe cedāt:i quo & respu,& nos oēs sum⁹,a cui⁹ salute ueluta filio:pēdet sal⁹ toti⁹ ciuitatis. Itaq illo florēte & icolumi floreāus & icolūes sim⁹:nos quoq nec esillo gubernāte male uehi ñ possum⁹,nullę pcellę:nulli turbies sṫ ptimescēdi,i tuto:i portu,i uado salutis bonoiēsiū sistiṫ cymba:ergo igiṫ deū optimū maximū pcor: ut Bētiuolā familiā:q nihil mai⁹ meliusue nob fata donauere bōiq diui:ut cū illustrissimis parētib⁹ gnosissimos filios sinat diutissime floreṫ,& i fœlicitatis arce cōsisteṫ:ut nos quoq sub illis floream⁹, & i utrāq artē ociose dormiam⁹. ¶Exēplo mar.iu. qdā exponūt martiū iudiciū p Rōano:ppea q rōani a Marte oriūdi: quē patrē rōuli fuisse phibēt urbis rōæ cōditorē,s; id paꝶ ꝯgruit:ego martii iudicii noīe itelligo Areopagitas:q iudices senatoresq atheniēsiū fuerṫ,quo cōsilio(ut iqt.M.T.)leges atheniēsiū & maioꝶ istituta fuāṫ. Solō pmus cōstituit areopagitas.h̄ ē senatū cōsiliūq atticoꝶ. Quidā autumāt añ Solonē fuisse senatū areopagitaꝶ athēis cōstitutū.Sed.M.T.Plutar. diu⁹ Aug.id Solōi attribuūt,areopagitæ silētes iudicabāt,ut docet Mac.i.vii.saturnaliū:hic illd satyrici poetæ.Cōmissum ue teges ut curia Martis athenis:areopagus iterpretaṫ curia:siue pagus Martis:cā nois ex iudicio est:quo Mars: q græce ars dr̄,cū homicidii reus fieret,iudicantibus duodecim diis in eo pago,ut refert Augustinus in.xviii.sex sententiis absolutus est:ubi enim pares sunt sentētiæ:absolutio damnationi præponitur,auctor est Plinius in.vii.iudicium capitis in areo-

Decuriōes in albo scripti

Ordo senatus bononiensis

Laus Io. Bentiuoli

Areopagitæ silentes iudicant

Locus Iuuenalis

Pares sententiæ

pago primũ actũ esse, olim Dolobella pconsul asiæ cãm ueneficii ancipitem:& scrupulosam ad areopagitas:ut ad iudices grauiores exercitatioresq; reiecit:sicut Valerius maximus Gelliusq; notificãt. Iulius pollux tradit in areopago iudicia cædis, & ueneficiorum exerceri solita. Significat igit exẽplo atticorum iudiciiq; areopagicorum, hãc ueneficii cãm acitatã esse, ut neq; phemiaret orator neq; moueret affectus:hoc ãt apud atheniẽses fieri solitũ, testis ẽ Quin. q in scdo scribit lacedæmoniorum ciuitate expulsam eloquentiam, & athenis quoq;, ubi auctor mouere affectus utebatur, uelut recisam orandi potestatem. idem in sexto sic inquit:id sensisse atticos credo:quia athenis affectus mouere etiam per præconem prohibeatur orator.

neq; miserationẽ cõmouere. Hæc ad istũ modũ gesta cõplurib⁹ mutuo sermocinãtibus cognoui. Quib⁹ autẽ uerbis accusator uexauerit, qbus rebus diluerit reus. Ac prorsus orones, altercatiõesq;, neq; absens ipse apud psepiũ scire, neq; ad uos quæ ignoraui, possum enũciare, sed quæ plane cõperi, ad istas lras pferã, simul. n. finita est dicẽtiũ cõtentio, ueritatẽ criminũ fidẽq; pbationibus certis istrui, nec suspicationibus tantã cõiecturã permitti placuit, atq; illũ promptissimũ seruũ, qui solus hæc ita gesta esse, scire diceretur sisti modis oibus oportere, nec tantillũ cruciarius ille uel fortuna tam magni iudicii, uel cõfertæ cõspectu curiæ, uel certe noxia cõsciẽtia sua deterritus, q ipse finxerat, qsi uera adsæuerare, atq; adserere incipit, qd se uocasset indignatus fastidio nouercæ iuuenis, qd ulciscẽs iniuriã:filii eius mãdauerat necẽ, q pmisisset grãde silẽtii præmiũ, qd recusanti mortẽ sit cõminatus, qd uenenũ sua manu tẽperatũ, dandum fratri reddiderit, qd ad criminis probationẽ reseruatum poculũ neglexisse suspicatus, sua postremũ manu porrexerit puero. Hæc eximia. n. ad ueritatis imaginẽ, Verberõe illo simulata trepidatiõe pferẽte, finitum est iudicium, nec quisquã de curionũ tã æquus remanserat iuueni, qn eũ euidenter noxæ cõpertum,

Prohemiũ exordium

¶ NEq; pricipia dicere. Quod græci phemiũ nominãt, id latine principiũ uel exordiũ dr, qd auctore Quinti. superuacuũ aliqñ est:si sit præparatus satis ẽt sine hoc iudex:aut si res pparatione nõ indiget. Aristoteles qdẽ in totũ id necessariũ apud bonos iudices negat aliqdo uti nec si uelimus eo licet cũ iudex occupatus:cũ angusta sunt tẽpora.

Eudoxon

Hermagoras quoq; in eudoxo, hoc est honesto genere materiæ repudiat exordiũ, negatq; esse præfandũ:

Curta oratio

Fortunatianus uero dissentiẽs autumat orationẽ oino curtã & sine capite eẽ:quæ sine principio ab ipsis rebus ordit, idẽ ab exordio principiũ ita distinguit ut exordiũ sit generalius: principiũ specialius. ¶ Neq; miserationem cõmouere. Secus in iudiciis romanorum,

Mouere affectus

apud quos præcipua uirtus oratoris mouere affectus: &(ut inquit. M. Tullius in oratore) is erit eloquẽs, qui in causis ita dicit:ut pbet, ut delectet, ut flectat:probare necessitatis est: delectare suauitatis: flectere uictoriæ. Nã id unũ ex oibus ad obtinẽdas causas põt plurimũ: in cõmiserationibus fuit. M. T. excellẽtissimus:adeo ut

In peroratione regnator M. Tulli.

perorationẽ oẽs illi relinquerent: miseratione. n. mens iudicũ maxime pmouẽda est:qua ita dolẽter usus ẽ aliqñ. M. Cicero, ut puerum infantẽ in manibus perorans tenuerit, ut alia in cã excitato reo:sublato etiã filio puulo plãgore & lamẽtatiõe forum cõpleuerit:

Ethicon Patheticõ

duo sũt gña affectuum ethicon & patheticon, alterum come & iucundũ: alterum uehemens & incitatũ, pathetico perturbant ai & cõcitant:& in hoc uno regnat oratio:quo causæ eripiũtur:extorquenturq; ex manibus aduersariorum:hoc maxime cõmiserationes cõmouent, idq; præcipue in perorationibus:quas in hac cã ueritus est orator cõmouere exẽplo rituq; atticorum. ¶ Vexauerit. Lego inuexerit p inuectus sit:qdã corrigunt uexauerit. ¶ Diluerit reus.

Diluere crimen

Propriũ reorum est diluere hoc ẽ infirmare, dissoluere:refutare obiectas criminationes. M. T. pro roscio amerino:ergo(inqt)crimẽ oportet diluã:scribit Gellius Ciceronem:crimen quod inficiari non poterat faceto dicto diluisse. ¶ Atercationesq;. Quintilianus præcepta altercationis forensis tradit, quæ in quibusdam causis ad uictoriam uel plurimum ualet:opus est bono altercatori, imprimis ingenio ue-

Acumen in altercatione

loci:ac mobili animo præsenti & acri:non enim cogitandum sed dicendum statim est. Valet in altercatione plurimum acumen:quod sine dubio ex arte non uenit, præcipit Quintilianus:ne clamosus, ne iracundus, ne turbidus sit altercator. Mar. Tullius in epistolis ad atticum, gloriatur se in altercatione sententia. P. Clodium infregisse exagitasseq; mordaciter & salse. ¶ Suspicationibus. Suspicationibus quas in causa coniecturali narratio accusatoris interiectas & dispersas habere debet:ut nihil actum nihil dictum sine causa putetur:defensoris uero narratio simplicem:& dilucidam expositionem debet

Anonymos ignobilis Cõiectura

habere cum attenuatione suspitionis. ¶ Coniecturam. Sunt auctores Anonymi, hoc est sine nomine atq; ignobiles: quibus placuit unum omnino statum esse coniecturalem, qui rationem hanc secuti uidẽtur: ꝙ res omnis signis colligeretur: coniectura dicta est(ut docet Quin.)a coniectu. i. directione quadam rationis ad ueritatem, unde somniorum interpretes coniectores uocantur. ¶ Sisti. Præsentem exhiberi. ¶ Tantillum. Minimum. ¶ Cruciarius. Dignus cruciatu, ut carcerius

Cruciarius

dignus carcere:quiq; habetur in publica custodia:eundem mox uerberonem nominitat, qui græce dicitur mastigia: sunt enim hæc nomina seruis nequissimis conuenientissima:& in comœdiis frequentissima, quidam interpretantur cruciarium pro auctore cruciatus & carnifice:ut uenerarium pro uenefico.

Crucium uinum

Crucium uinum dixit Lucilius insuaue ab eo quod cruciat. ¶ Conscientia. Carnifex animi interior & tortor occultior est conscientia, cuius indicina multi subinde produntur:qua non pauci deterriti iudicia refugerunt:ultroneumq; sibi exilium indixerunt. hic uero nequissimus uerbero ex audacia & inuerecundia compactus præduri oris:attrita fronte:obstinato uultu:confidens impauidus uenit in iudicium:seq; insontem audacter affirmat:quem neq; iudicium tam magnum, neq; conspectus senatorum, nec propria conscientia deterrebat. ¶ Fastidio nouercæ. Tanquam scilicet priuignum fastidienter nouerca repudiasset, & ob id fastiditus passusque repulsam parasset uenenum:& hæc omnia sunt σημεῖα:idest signa & probationes credibiles quidem: sed leuiores & non necessariæ:ex præcepto Quintiliani:infirmiora argumenta sunt congreganda, & illorum aceruatione pugnandum: cum potentissimis singulis instandum sit. ¶ Recusanti. Ipsi seruo. ¶ Silentii præmium. Multi silentium uendunt: multis taciturnitas lucrosa est:olim Demades orator gloriatus est, se decem talenta a rege accepisse, ut taceret. ¶ Sua manu. Ad priuignum refertur:non ad seruum:ut sit sensus ipsum iuuenem suamet manu poculum ueneni puero porrexisse, cum seruus id retexisset, in quo tota purgatio seruilis continetur. ¶ Ad ueritatis imaginem. Ex præceptione doctorum rhetoricorum, qui præcipiunt, ut narratio sit uerisimilis, lucida: breuis:pro uerisimilis probabilem credibilemue appellat Quintilianus. ¶ Tam æquius. Lege tam æquus:idest tam beniuolus. ¶ Noxæ compertum. In noxa culpaq; manifesta:& crimine deprensum:uetus & figurata locutio de noxa, quæ significat culpam, & noxia in notis Seruii affatim.

¶ Nsui

¶ Insui culeo. Pœna parricidæ more maiorũ hæc instituta est, ut parricida uirgis sanguineis uerberatus in culeo insuatur, cũ cane & gallo gallinaceo, & uipera & simia. Deinde in mare aut in flumen culeus deiicit̃ inquit. hic Iuuenalis taxans Ne ronẽ ueluti multiplici parricidio, pœna dignissimũ decenter inquit. Cuius supplicio nõ debuit una parari simia. Nec ser pens unus, nec culeus unus, est aut culeus (ut docet Fulgẽtius) saccus cuius nomen potissimũ in pœna parricidaꝝ: ꝑterea cu leus est mensura uigiti amphoraꝝ capax Plinio, &: ut Prisciani uersu utar: culeus hæc nulla est maior mensura liquoris. Sesquiculeare doliũ Columellæ ẽ triginta amphoraꝝ, quasi culeũ unũ: & dimidium cõtinẽs. id. n. pollet ualetq́ i cõposi tis hæc particula, ut sesqpes: sesqdigitus: sesqhora: sesq modiũ, & alia ꝑpe infinita, obiter retũdẽda est inscitia cõplusculoꝝ: q male lrati in cõmẽtariis nugatoriis iactitant folliculũ lupinũ li. i. rhetoricoꝝ ad Hereniũ poni ꝓ culeo parricidæ. id aũt falsum eẽ euidẽter intelligit quis serius lector & attẽtus, qui uolumẽ secũdũ. M. T. de in uentione: ex quo trãsposita sunt illa, nõ incuriose ꝑspe xerit: cuius uerba subscripsi. Os obuolutũ est folliculo & ꝑligatũ, deinde in carcerẽ deductus, ut ibi eẽt tãtisp: dũ culeus cõparet̃. Nõne hisce uerbis liqdo oñdit̃ folliculũ a culeo seiungi atq́ disparari, ꝑterea quis nõ uidet folliculo solũ os parricidæ obuolutũ esse, quasi quodã tegumẽto ex lupina pelle cõfecto: ut ita uelato capite contectus in carcerẽ deduceret̃: mox culeo cõparato in sueret̃, ita sensus rhetoricus utrobiq́ ꝑpensus elucescit, q ex illoꝝ interpretatiõe adulteratus obscurat̃. ¶ Pro nunciaret. Verbũ iudiciale est: nã iudices ꝑprie ꝓnuncia re dñr qñ sñiam dñt: uel damnatoriã uel absolutoriã. ¶ Sñiæ pares. Consimiles oẽs & damnatoriæ, alio mõ sñiæ pares dñr: qñ totidẽ sunt absolutoriæ: quot damna toriæ, & tunc mitior sñia uincit, ut. s. reus absoluat̃, pa ribus, eñi tabellis absolutio decernitur: auctores Sene. Quin. Augu. extat & ꝓblema nobile Aristotelis super hac re, cuius hoc principiũ est, cur si sñiç pares accusato ri & reo fuere: reum uincere sancitum est. ¶ Cuncto rum stilis congruentibus. moris fuit apud ueteres Ro manos: ut iudices cognita causa in cistam siue urnam tabellas coniicerent: easq́ stilis inscriberent: literas habẽ tes absolutionis siue condemnationis: nota condem nandi erat. C. sicut absoluendi. A. qñ uero iudici perple xa & obscura causa uidebatur, stillo scribebat in tabel la duas literas. N. L. quod significat non liquet, unde amplatio cõperendinatioq́ nascebatur. Cæsar Aug. non tantũ duas tabellas damnatoriam & absolutoriam cognoscentibus iudicibus dedit: sed tertiam quoq́ ignotoriam: qua. s. ignosceret̃, igitur stilli cunctorum decurionum congruentes fuerunt in sententiam. s. damnatoriam conscribendam: fuitq́ litera. C. quæ nota est cõdemnandi inscripta stilo in omnibus calculis: stilo. n. ferreo scribimus in tabulis ceratis, in calculis cæterisq́ durioris materiæ: sicut calamus scribit in charta: & membranis. quod & Hierony. refert, enarrans illud in psalmis, lingua mea stilus scribæ uelocis: cum stilo scribere intutum est, ut uetustissimi auctores prodiderunt. ¶ Conditis calculis. Ostra cos intelligit. sic. n. græci appellant: quos latini calculos & testulas: unde ostracismus dictus exilii genus. quo apud atheniẽ ses multabantur potentiores: sic Aristides: sic Themistocles, sic pleriq́ summates damnati sunt, super qua re extat an notamentum in libro annotationum nostrarum. Ouidi. libro nouissimo metamorphoseon: docet morem fuisse italicoꝝ populorum calculis candidis in urnam cõiectis reum absoluere: nigris damnare: sic enim refert. Mos erat antiquis niueis atrisq́ lapilis His damnare reos illis absoluere culpa. Tunc quoq́ sic lata est sententia tristis, & omnis Calculus immitem dimittitur ater in urnam. ponere calculum est subducere ratiunculam: unde calculator dictus ratiocinator. ¶ Mancipaba tur. Obligabatur: tradebaturq́ quasi in mancipatum manumq́ carnificis. ¶ Manu contegens. Senior medicus qui unus erat decurionum manum iniecerat officio urnæ, ut ita cohiberet decuriones: ne temere immissis in urnam calculis dam natoriis iuuenem insontem morti traderent: nam, ut inquit scite Cassiodorus: cunctator esse debet: qui iudicat de salute. ¶ Ad ordinem. Decurionum siue senatorum. ¶ Dixisse gaudeo. Legendum est uixisse: ut tersior sit puriorq́ intellectus. Sic enim inquit senior decurio: gaudeo me diu uixisse: cũ ex ætate longiore mores meos probaueritis: simq́ apud uos bo ni nominis & æstimationis, & nunc possim auxilio esse iuueni insonti periclitanti. ¶ Iureiurando astricti. Iurabant iudices in leges: ut obstricti religione iudicarent, mox cum iurassent omnes præter ipsum prætorem, nomina eorum ꝑscribeban tur: ne pro selectis iudicibus (ut fit in multitudine) aliqui suppositi corruptissimi iudicarent, auctor Pedianus asconius. ¶ De me. Ex me. ¶ Furcifer. Narratio breuis, lucida: probabilis ex præceptione rhetoricæ doctrinæ. ¶ Peierare. Falsum deierare: & periurio astringi: dicitur & periurare priscis scriptoribus: contra placita grammaticorum. ¶ Perperam pronũ ciare. Non recte iudicare: & iniquam ferre sententiam. ¶ Non olim. Non pridem, non diu, modo dudum: hæc. n. particula olim (ut grammatici annotauerunt) interdum habet significationem præteriti præsentis & futuri. Ora. de pręterito. Olim rusticus urbanum murẽ mus paupere fertur Accepisse cauo: cætera nouissima. ¶ Veterno. Veternus inexpugnabilis tor por uisq́ somnifica, græci lethargum uocant: recentiores medici subetiam nominãt, alias ueternus dr̃ hydropicus mor bus: de quo suo loco plura ꝑscripsimus. ¶ Inextricabilis morbi. inexplicabilius sanabilis: a quo extricari explicarique ægro tus nequit, sic Pli. in epistolis, q̃ maturissime inexplicabili morbo liberari. ¶ Cruciatui subtrahere. M. T. in tusculanis quæ stionibus: portum morborum dolorum mortem esse refert: ita fortũæ iniurias & cruciatus quos ferre nequeas desugiẽ dos censet. hoc est enim cunctis erumnosis præsto profugium, sic Silius italicus: ultronea morte cruciatui se subtraxit, ui tamq́ finiuit inedia ob tedium claui insanabilis, sic Cornelius ualitudine iniqua cõflictatus ex dolore pedum, cumq́ incre dibiles cruciatus pateretur sponte decessit: ne tantos dolores diutius sustineret.

insui culeo pronunciaret. Cum iam sententiæ pares cunctorum stilis ad unum sermonem cõgruentibus, ex more perpetuo, in urnam æream deberẽt coniici, quo semel conditis calculis iam cum rei fortuna trã sacto, nihil postea cõmutari licebat, sed mancipaba tur potestas capitis in manum carnificis, unus e cu ria senior præ cæteris cõpertæ fidei, auctoritatis præ cipuæ medicus, orificiũ urnæ manu contigens, neq́s mitteret calculum temere, hoc ad ordinem pertulit. Quod ætatis sum uobis approbatus me dixisse gau deo, nec patiar falsis criminibus petitoreo, manife stũ homicidiũ perpetrari, nec uos, q iureiurãdo astri cti iudicatis, inductos seruuli mẽdacio peierare, ipse nõ possum, calcata numinũ religione, conscientiam meam fallens, perperam ꝓnunciare. Ergo ut res est, de me cognoscite, furcifer iste uenenũ præsentarium cõparare sollicitus, centũq́ aureos solidos offerens preciũ me nõ olim conuenerat, qđ ægroto cuidam dicebat necessariũ, qui morbi inextricabilis ueterno uehementer implicatus, uitæ se cruciatui subtrahere gestiret. At ego perspiciens malũ istũ Verberonem

Parricidæ culeus

Sesquiculeare

Perpensus

Locus ex rhetoricis

Paribus sententiis absolutio

Nota condẽnãdi. C.

Nota absoluẽdi. A. N. & L.

Ostracism.

Ponere calculum

Olim

Veternus

Lethargus

Subetia

Mors ꝑfugium cruciatuum

blaterantē, atq; inconcine causificantē, certusq; aliquod moliri flagitium, potionem quidem dedi, sed futuræ quæstioni præcauens, non statim precium qđ offerebatur accepi, sed ne forte aliquis inquam istorum quos offers aureorum, nequam uel adulter repetiatur in hoc ipso sacculo cōditos eos, annulo tuo prænota, donec altera die nummulario præsenté cōprobentur, sic inductus signauit pecuniam, quam exinde, ut iste representatus est iudicio iussi de meis aliquem curriculo taberna promptam afferre, & an ecce prolatam coram exhibeo, uideat & suum sigillum recognoscat. Nam quemadmodum eius ueneni frater insimulari potest, quod iste comparauerit? Ingēs exinde Verberonem corripere trepidatio, & in uicē humani coloris succedit pallor infernus, perq; uniuersa membra frigidus sudor emanabat. Tunc pedes incertis alternationibus commouere, modo hác modo illam partem scalpere capitis, & ore semiclauso balbutiens nescio quas affamias effutire, ut eum nemo prorsus a culpa uacuum merito crederet, sed reualescente prorsus astutia constantissime negare & acersere mendacii medicum non desinit, qui propter iudici religionem, cum fidem suā corā lacerari uideret, multiplicato studio Verberonem illum contendit redarguere: donec iussu magistratuum ministeria publica cōtrectatis nequissimi serui manib⁹ anulū ferreū deprehensum cum signo sacculi confeserunt, q̄ cōparatio præcedentem roborauit suspitioné

Blaterōes ℂ BLAterantē. Mendacia confingentē: & multa nō tā stolide q̄ calide obloquētē, hoies in uerba ꝓuectos nr̄i ueteres locu-
Loquutuleii tuleos, & blaterones & linguaces insigniter dixerūt, blaterare est cōfingere mendacia: itē blaterare dicit̄ stulte & percupi-
Blaterare de loqui, quod a græco βλαξ. originē ducit, significat aūt βλαξ apud græcos stolidū: camelos quoq; cū uoces edunt blatera
Blax re dicimus. ⁋ Causificātē. Causas nouas cominiscētē: & excusationes fabricantē. ⁋ Quæstioni p̄cauens: ut. s. quæstio haberi
Nūmus adulter posset de hoc seruo. ⁋ Nequā uel adulter. Nūmi nequā & adulteri dn̄r uitiati: reprobi: falsæq; monetæ: quos & adulterios
appellant: scribit Pli. adulterinū denariū emi pluribus ueris denariis: quo moneta falsa deprendit̄. ⁋ Sacculo. Crumēta, sac-
cus: sacculus, sacellus receptacula sunt nūmoꝝ: ex eodē
apud priscos nil signabat genere est facciperiū: quo tñ noie maior quæpiā crumenta significat̄. ⁋ Prænota. i. imprime sigillū ānuli tui
signatorii, quo signāda signāt. Pli. laudat priscoꝝ uitā
tanq̄ innocentissimā: in qua nihil signabat̄: at nunc inqt
cibi ac potus uindicantur annulo rapina: claues quoq;
ipsas signare nō ē satis. Mos hodieq; durat: ut aurei sac-
culo cōditi annulo prænotent̄, & per nūmulariū explo
rent̄ probi sint an adulteri ponderisq; legitimi. ⁋ Re-
præsentatus est iudicio. Quē iussistis modis oībus sibi
oportere. ⁋ Curriculo, cursim. ⁋ Taberna. Medicinā
intelligit, sic. n. Plautus appellat medici tabernā, tales
speciarius hoc tpe tabernæ speciariæ noiantur: & speciarii aroma
species tarii a speciebus uenalibus: sic. n. aromata uulgo dn̄r:
aromata qua dictione: & Macrobius: & Hieronymus, & iuris-
consultus utunt̄. ⁋ Prolatā. s. pecuniā: dicticos est, quip
pe intelligimus medico adhuc in seruū porāte allatam
sibi id horæ eoq; momēto pecuniā, quā proferēs: ecce
inquit uobis exhibeo: ut noxa seruilis fiat manifestior.
⁋ Insimulari ueneni: accusari de ueneno: sic. n. ueteres
dixerunt: ut ante diximus. ⁋ Frater. Corrigo alter, nō
pōt. inquit alter accusari de ueneno, quod seruus com
parauerit: ipse. n. noxius est, nō alius, uel dic. frater illi⁹
defuncti insimulandus nō est ueneni per seruū cōpara
ti, sed ipse seruus. ⁋ Cōparauerit: interrogatiue legēdū.
⁋ Corrigere. corripuit, inuasit. ⁋ In uicem. In locum.
Sudor frigidus ⁋ Frigidus sudor. Ex formidine immodica sudore fri-
gido hō perfundit̄, iuxta illud. Frigidus & toto mana-
sudor salsus bat corpore sudor. Hippocrates. Galiēus. Cor. Celsus:
sudorē frigidū pestiferꝝ, & maturæ mortis signū eē pro
diderunt. Cur salsus sit sudor docet Aristoteles in ꝓble
matis: a maximo uate dictū est scitissime: salsusq; p ar-
tus sudor iit. ⁋ Incertis alternationibus. Expressit affe-
ctū hominis cōscii & scelerati, q̄ prēsus & rōnibus con-
futatus cōmouet pedes alternati ex titubatione: scalpi
Scalpere digito caput caput & uerba parū explicata balbutit. ⁋ Partē scalpe
re capitis. Pro scalpebat, q̄ effœminati sunt & molles
dn̄r digito uno caput scalpere: qđ in Pompeiū dixit cal
uus: & a Iuuenale morsu satyrico usurpatū: qui digito
scalpunt uno caput, p̄terea sontes scalpūt caput depre-
hensi in crimine manifesto, qđ inficiari nō quæunt. inter signa cōsciētiæ apud doctores rhetoricos sūnt & hæc: expalluis-
Effutire se: titubasse, inconstanter locutū esse, cōcidisse. ⁋ Nescio quas affamias effutire. Nugas & ineptias meras loquebat̄, effuti-
Affamiæ re est (ut docēt grāmatici) inepte loqui & uerba lapsantia ac futilia funditare. Ora. Effutire leues īdigna tragœdia uersus:
Arcessere affamiæ uero dn̄r ineptiæ & nugatoria uerba: atq; lapsantia, ut añ dictū est. ⁋ Mendacii arcessere. i. accusare de mendacio:
Tria discunt persarum filii arcessere accusare est: ut docet Diomedes in primo, qđ uerbū ab arceo nascit̄: & . n. aliū accusare a maleficiis arcere est, cū
genitiuo cōiungit̄: ut apud. M. Tulliū maiestatis arcessit̄: diuus Augustinus in libro de mēdacio: docet mendaciū lōge esse
fugiendū, & discerniculo quodā octo genera mendacii facit, qđ & in decretis canonicis. xxii. q. ii. copiosissime explicatum
Mentiri est, apud persas: Herodoto: & Xenophonte testibus, dicere mendaciū erat criminosissimū, quoꝝ filii tribus potissimū re-
Mendaciū dicere bus instituebant̄: equitare: arcu sagittas excutere: & uera loqui. Vir bonus (ut pu. Nigidius refert) p̄stare debet ne mentia-
tur. prudens ne mendaciū dicat: namq; inter mendaciū dicere & mentiri distat: q̄ mentit̄ ipse nō fallitur: sed alteꝝ fallere co
natur, qui mendacium: dicit ipse fallitur: ueꝝ mendacium dicere etiam sapienti aliquando concessum est: ut Quintilianus
asserit: & diuus Hieronymus docet: scribens de officioso mendacio. ⁋ Contundit. Melius est legere cōtendit: pro eo qđ est
Ministeria instat, urget, conat̄. ⁋ Ministeria publica. Ministri publici quales sunt apparitores: lictores, uiatores, sic dicimus ministeria:
annulus ferreus ut seruitia pro ministris & seruis. ⁋ Annulum ferreum. Apud ueteres annulis tantum ferreis utebantur: & (ut auctor est
Plinius) longo tpe, ne senatus quidē Romanus annulos aureos habuit: unde & sponsæ annulus ferreus mitti solitus erat:
isq; sine gemma. Qui ob legationē acceperant annulos aureos: in publico illis tantum utebant̄: intra domos uero ferreis:
Vngulum & olim in ferreo annulo equites iudicesq; intelligebant̄. Mox adeo promiscuum id esse cœpit, ut cū seruitiis quoq; com-
Dactylion municaretur. Merito ergo & scienter dat nunc Lucius noster annulum ferreum seruo, ex ritu scilicet, & more maiorum,
Dactylotheca refert idem Plinius seruos ferrum auro cingere cœpisse, prisci apud nos annulum ungulū uocabāt: græci dactylion appel
lant: a digito qui græce δε ακυλοσ dr̄. Vnde & dactylotheca pro repositorio annuloꝝ: & hoc est quod intelligi uoluit Pli-
Cōdulum nius sic scribens: id græci a digitis appellauere condulum quoq;: & condalium annulum dixerunt. Plautus in trinummo.
Cōdalium Inter eos ne homines condaliū te redipisci postulas: græci & nostri symbolū: sic apud Terētiū, symbolū dare: & de symbo
Symbolū lis esse ad annulos refertur. q̄ pro atra collationis ad ientaculū siue prandiū faciendū deponi solent: nō me præterit sym-
bolum

bolum dici collationē,hoc est qđ plures in unum cōferunt.Vnde & symbolo apostolico inditū nomē:quo apostoli in unū Symbolū
cōtulerunt,qđ unusquisq; sensit.Symbola quoq; in re militari nuncupanť signa uel indicia:quæ unusquisq; dux distincta Apostolicū
suis militib⁹ tradit,ut si forte occurrerit quis, de quo dubiteť: symbolū pbat:si sit hostis uel socius:apud Terētiū quoq; Symbolū
exponere potes; sicut nō parum multi exponunt: symbola p collatoribus siue comesalibus,sic enim uulgo appellātur: militare
quæ adolescentuli in unū pro rata cōferunt:cā prandii uel cœnæ uel ientaculi.Vnde hodieq; in usu ē:collationē facere: pro Comesalia
ientaculū sumere:qm̄.s.id ex collata pecunia plerunq; fieri solet,in decretis canonicis distin.xliii.sic scriptū legiť,nō oportet asymbolos
clericos ex symbolis(quæ uulgus comesalia appellat)conuiuia celebrare:eadem conferta dicuntur.A symbolo dicitur ele
ganti uocabulo asymbolos:qui est immunis,& libera a symbolo coferendo:sicut sæpe in conuiuiis,quæ fiunt ex symbo-
lis collationibusq; complusculorum erit unus & alter:qui nihil conferent:hi eleganter dicentur asymboli.Au.Gellius: ne
omnino(ut dicitur)immunes & asymboli ueniremus:conuectabamus ad cœnulam:non cupedias ciborum, sed argutias Cupediæ
quæstionum:ubi annotandum cupedias poni pro lautioribus edulis,sicut suo loco copiosissime perscripsimus.

nec rota, uel Eculeus more græcorum, tormentis eius apparata iam deerant,sed obfirmatus mira præsumptione ullis uerberibus, ac ne ipso quidem succubuit igni. Tum medicus non patiar inquit Hercules,non patiar, uel circa fas de innocente isto iuuene supplicium uos sumere,uel hunc ludificato nostro iudicio,pœnam noxii facinoris euadere. Dabo enim rei præsentis euidens argumentum, nam cum uenenum peremptorium comparare pessimus iste gestiret,nec meæ sectæ crederem conuenire, causas ulli præbere mortis, nec exitio, sed saluti hominum medicinam quæsitam esse didicissem, uerens ne si daturam me negassem, intempestiua repulsa, uiam sceleri subministrarem,& ab alio quopiam exitiabilem mercatus hic potionem,uel postremum gladio, uel quouis telo nefas inchoatum perficeret, dedi, non uenenum sed somniferum mandragoræ illum

¶NEC rota.De rota græciensi,quæ iter dira tormēto Rota
rū genera annumerať,supra dictū ē:cuius & Plutar.cō
meminit,scribens fuisse quosdā inhumana crudelita-
te præditos,ut iuberēt rotā induci,& carnifices cū secu Eculeus
ribus expediri ad phocionē lacerādam.Eculeus quoq;
tormēti genus est:cuius Seneca,Valerius:Cicero,& cæ
teri meminerunt.Quidā ardentē laminā eē tradunt,q̄
hoīes cruciabiliter torquēť:equuleus dr̄ pusillus equ⁹ Equuleus
ab equo diminuto uocabulo.M.Tulli⁹ in uerrinis.his
equitabit equuleis.Plini.in.vii. quapp surreptis statim
pullis in tenebris equaꝝ uberi asinarūue equuleos ad-
mouēt.¶ Nec succubuit ignis. Inter crudelia barbari-
caq; genera cruciatus est ignis,cui tormēto:q nō succu-
buit nulli succūbet.Sæuitia(ut scribit Seneca lib.ii.epi
stolaꝝ moraliū)cōmēta ē eculeos,cruces:nucū:& tuni- Tunica
cā illā alimētis igniū illitā & intextā: hæc tunica opti- molesta
mo epitheto molesta a Iuuenale & Martiale noīatur.
Inueniunť aūt pleriq; patiētia siue duritia tormētoꝝ tā
ta p̄diti:ut tormēta cōtēnāt,ut exprimi ab eis ueritas ul
lo mō nō possit. Ideoq; q̄ōni nō sp fidē habēdā eē uere
& prudēter monet Vlpianus.¶ Hercules. Iusiurādū ē.
¶ Circa fas.Legēdū ē cōtra fas.¶ Venenū perēptoriū.
Mortiferꝝ:a perimēdo perēptoriū dictū.Sic apud iuris Perēptoriū
cōsultos Titulo de iudiciis:peremptoriū edictū dr̄,ex
eo qđ perimat disceptationē inter litigatores :hoc est
ultra nō patiať aduersariū tergiuersari.Prisci perēptalia Perēptalia
fulgura appellauere:q superiora portēta perimūt.i.tollūt.¶ Gestiret.Cuperet.¶ Meæ sectæ cōuenire.Medicina ad salutē fulgura
hoīum nō pniciē repta ē.pinde medicoꝝ sectæ nō cōuenit uenena ppinare:quoꝝ ars oīs studiū uigilātia ē ī salutarib⁹ re Iusiurādū
mediis dādis:sic Hippocrates discipulos adiurat,ne dolo malo sciētes cuipiā mortaliū noxia medicamēta ppinēt.Legim⁹ Hippocratis
apud iuriscōsultos ad legē Corneliā de ueneficiis:q malū uenenū necādi hoīs cā fecerit:uel uēdiderit:uel habuerit plecten
dū eē,& eiusdē legis Corneliæ pœna afficiēdū,p̄terea senatuscōsulto effectū ē:ut pigmētarii pœna hui⁹ legis teneanť: si cui
temere uenena dederint.¶ Nec exitio sed saluti.Oībus mortalibus medicinā utilissimā esse celeberrimi auctores pdide-
runt:tanq̄ nullū hoīum gēus,nullus sexus:nulla ætas sit:q nō utilitatē ex medicia petat,cui⁹ artis auctores accepim⁹ deos.
siue ut hæc īfirmitas hoīum haberet adiumēta aliqua:uel solatia.siue tm̄ huic arti tribuere maiores:ut eā uix crederēt hu
manis potuisse īgeniis iueniri:siue ipsa medicina p se sacra res ē:græce ιατρος dr̄ medicus,uñ archiatros prīceps medicoꝝ, Archiatros
quo noīe Esculapiū īsigniter appellauere:tanq̄ p̄sidē deūq; medicoꝝ:ut oñdit Augu.in tertio de ciuitate dei,uerius & me esculapius
lius a diuo Hierony.archiater dictus ē seruator nr̄:q medicus ē christianoꝝ:& lāguētiū aiaꝝ p̄sentissimus opitulator:in co
dice īperatorio Archiatros legimus priuilegiis īperatoriis decorari:ubi ridicule cōmētatores exponūt archiatros p militā
tes inermi militia.Cassiodorus ait archiatros eē salutis magistros.¶ Vereres.Corrige uerēs.i.timēs.¶ Ab alio quopiam. Archiatri
Idest a medico alio īsincero & minus pbo:q̄les multi hodieq; reperiunť,q potionē mortiferā p salutifera dare nihil uere
bunť: accepta mercedula:uñ fit ut medicus sæpe capitalis existat,& cū soli medico hoīem occidisse sūma īpunitas sit: expe
rimēta p mortes agūt,& uenena p medicamētis uel īscitia uel īprobitate ppitiāt.¶ Somniferꝝ mādragoræ. Duo sunt gña Demandragora
mādragoræ:mas & fœmina:cādidus mas,nigra fœmia existimať.Ferūt mala auelanaꝝ nucū magnitudine:& effossuri ca
uent cōtrariū uentū:& tribus circulis añ gladio conscribunt.Succus fit & ex malis,& ex caule deciso cacumine:& radice,
odor ei grauis,sed radicis & mali grauior:mala maturata ī umbra siccanť:succus ex his sole denlať:uis mandragoræ som Vis somnifica
nifica est p uiribus bibētiū:media potio cyathi unius:potu largiore ēt moriunť.Bibiť añ sectiōes uestionesq; ne sentianť.
Quidā solo odore & olfacto somnū q̄runt.Scribit Auicēna in simplicibus,mādragora somnum cōciliari:& subetiā fieri:
esseq; medicamētū cōtra uigilias,quæ & ipsæ inter morboꝝ genera numeranť. Apud græcos celebre est. υπερμανδεοσ γο-
ραν καθευδεισ. idest ultra mandragoram dormis : mandragoræ ut inquit suidas υπνωτικοσ καρποσ ην αιτιοσ ωολντικοσ: idest
fructus est somnificus & obliuionis effector.Columella in libro de cultu hortorum semihominem mandragorā scite ap- Semihomo mandragora
pellat:ppterea qđ radix eius simillima est hoī,ut docet Auicēna & uulgo pdiť:cæteꝝ quāuis iuriscōsulti interdicāt:ne pig
mentarius mādragorā:cicutā: aconitū:aliaq; uenenata temere det:tm̄ hic medicus p ueneno succū illū mādragoræ haben-
tē uim somnificā dedit,cuius & si noxiæ sunt uires nō tm̄ mortiferæ:ut ita obuiā iret īprobitati serui gestientis cōparare
mortiferum uenenum,nō ab re est hoc in loco cōmemorare exemplum proditum a frontino in libris strategematicon.
Hannibal missus a Carthaginēsibus aduersus afros rebellātes:cū sciret gentē auidā esse uini:magnū eius modū mandra- Historia
gora permiscuit:cuius inter uenenum & soporem media uis est,tunc prælio leui cōmisso ex industria cessit:nocte deinde remotior
intempesta relicto intra castra uino infecto fugam simulauit:cunq; barbari occupatis castris in gaudium effussi medica-
tum merum auide hausissent:& in modum defunctorum strati iacerent reuersus cœpit eos ac trucidauit.

Grauedo ¶GR Auedinis cōpertæ. Cōsimiliter Plinius de mādragora loquēs inqt, sic quoq; noxiæ uires grauedinē afferunt: ēt olfa
ctu. Vtrobiq; grauedo ponit̄ ꝑ torpore marcido: & capitis grauitate sōnulēta. Alias grauedo signat distillationē humoris
ex capite: q̄ teste Cor. Celso nares claudit: uocē obtūdit: tussim siccā mouet. Hippocrates græciq; corymas nomināt. Vnde
Grauedinosi grauedinosi dicti huic morbo obnoxii: ut i cōmētariis Tusculanaꝝ qōnū uberi⁹ scripsi. ¶ Certū exrremæ pœnæ. Sic uete
res loquūt̄: ut cert⁹ fugæ, certus spei. extrema pœna ponit̄ ꝑ ultio supplicio. Vltimū aūt suppliciū mortē solā iterp̄tamur, ut
Vltimum supplicium docent iuriscōsulti titulo de pœnis. ¶ Puer meus. Lego meis: ut sit meis manibus tēperatā. ¶ Quæratis cās alias. Cū ego
potionē mādragoræ sōnificā tm̄ dederim: si mortuus
Adorare ē: mortis cā aliūde ē, quā ego nescio. ¶ Adorāte. Orāte,
Orator cām agēte, adorare. n. apud antiquos signat agere: uñ
ab ore & agi oratores dr̄: qa mādata ppl̄i agūt: auctor Fest⁹
Pōpeius. M. V. ab ore orare: & oratores: & orōnē dici
scribit. ¶ Itur. Scilicet ab oībus, sic Virg. Itur in antiquā
siluā. ¶ Coperculo capuli. Tegumēto orificioq; sepul
chri, de capulo & capulari sene, & capulari reo iā di
ctū est. ¶ Cōmodū. Tūc: iā: illo momēto: illo tpe: ut sæ
pe apud hūc scriptorē. ¶ Postliminio mortis. Sic & in
floridis uelut ab iferis postliminio domum retulit: de
postliminio supra satis multa. ¶ Verbis ipar. i. q uerbis
explicare nō poterat, nec dicēdo ęquare gaudiū itimū,
quo afficiebat̄ senex ex iprouisa salute filii. ¶ Feralib⁹
Amicula feralia candida amiculis. Amicula feralia sunt uestimēta: qbus cadaue
ra defunctoꝝ uestita in sepulchro cōdunt̄, scribit Plut.
in ꝓblematis: q͡p mortui corpus albis uestib⁹ induebat̄
ob puritatē: qppe color albus solus sincerus: ac purus,
minimeq; isectus est: sic & defunctus uī eē factus qddā
simplex & puꝝ, omniq; mixtiōe secretū: uñ & in luctu
mulieres albis uestibus amiciebāt̄. Amiculatus dr̄ a So
lino idutus amiculo & ueste. ¶ Instrictus. Fasciatus, &
q̄si uinculatus. ¶ Obditus. Septus, opertusq;, obdere est
Veritas operire. ¶ In mediū nuda ueritas. ¶ Tāta uis ueritatis
filia tēporis est: ut iprobitate maloꝝ depressa tn̄ emergat, ut inter
clusa respiret. Vt oppugnari possit, nō possit expugna
gnari: nec diu delitescere. Meritoq; uetus poeta ueritā
tē tpis filiā eē dixit, ueritatis orō simplex ē, ut inqt Se
neca. In tabula cebetis scriptū legimus: q͡p αληθεια. i. ueri
tas παιδειασ hoc est disciplinæ ē comes, i cōsilio Darii
regis ꝓnunciatū est ueritatē oībus antistare: eā fortissi
mā iudicari: qa nihil cōtra eā iniqtas ualet, & cū cætera
q̄ fortia uident̄ mortalia citoq; deficiētia ꝓbent̄: ueritas
& imortalis ē & sempiterna: auctores Esdras & Iose
Gaballus phus. ¶ Patibulo suffigit̄. In crucē toll:t̄. Antiqui gabal
lū dixere crucē & patibulū. M. V. Nos barbari innocē
Patibulum tes in gaballū suffigimus. Alias Patibulū dr̄ sera, qua
hostia occludūt̄, a patēdo: q͡p hac remota ualuæ pateāt.
Suppliciū āt patibuli infame eē & seruile docet Lactā.
Patibulatū in q̄rto. Patibulatū ꝑ crucifixū dixit antiquitas. ¶ Fabu
losa fortūa. Qualis i tragœdiis spectari solet, & tragici
stili materia est. ¶ Post orbitatis periculū. Periclitatus ē
senex: ne duobus filiis i eodē tpe orbaret̄: nā si ille sepul
tus: uere mortuus fuisset, alteri quoq; erat pereundum:
snia iudicū cōdēnatoria: & capitali. ¶ Nullo uendente
cōparauerat. Festiuiter dictū de eo q asinū abduxerat,
& suū fecerat sine emptione. Hortulano. n. in publicū
carcerem deducto, miles asini possessor factus ē, acqui
siuitq; rei ineptæ dn̄ium militari. s. ipotētia & ui. ¶ Vndecim denariis. Lucianus scribit militē uēdidisse asinū πεντε κὰι εικοσι
idest uigīti qnq; drachmis atticis. ¶ Diues dn̄s. Luciāus. ο δεωνησ αμενοσ θεραπωνων ανδρος σφοδρα πλουσιου πολεωσ των εν μα
κεδονια τησ μεγιστησ θεσσαλονικης. i. emptor asini seruus erat uiri ualde opulēti, ex thessalonica maxīa ciuitatū in macedo
Pistor dulciarius nia. ¶ Pistor dulciarius. Lucianus ειχεαδε ελφ: συνδουλον αρτους πεττειν κὰι μελι πηκτα κιρναν επισ ταμενον. i. habebat hic fra
trē cōseruū: q panes cōficere & cibaria ex melle cōcinnare sciebat: pistor dulciarius is dr̄: qui dulcia cōficit: & mellita ciba
ria: q̄ græce dn̄r μελιπηκτα qualia sunt & bellaria, de qbus. M. V. Gellius: & Macrobius sic scripsere: ea maxime sunt melli
ta, quæ mellita nō sunt: dulcibus. n. cū pepsi societas infida, quibus uerbis inest hic intellectus, ea maxime mellita. i. iucun
da haberi, quæ non sint mellita: idest melle concinnata: quoniam dulcia, & ex melle composita non faciunt ad pepsim:
Lactarius idest concoctionem: sicut autem dulciarius a dulcibus eduliis dicitur, sic & lactarius qui ex lacte facit lacticinia, quæ etiam
Lactaria lactaria uocantur. Lampridius heliogaballum scribit habuisse dulciarios & lactarios, qui omnia coquorum edulia exhi
Lacticinia berent ex dulcibus: & lactariis, ubi lactaria significantur lacticinia, ut uulgus appellat: quæ Cornelius Celsus lactantia
Pistor uocat, sic scribens, aluum mouent mel crudum: lac: lactantia omnia. Pistores uero dicuntur: qui panem faciunt. Antiqui
tus hoc uocabulo nominabantur: qui far pinsebant. Pistores non fuisse Romæ ad persicum usque bellum testis est Pli
nius: scribens ipsos quirites panem fecisse: idque mulierum opus fuisse: libro tertio digestorum scriptum legimus fuisse
Romæ collegium pistorum: græce αρτοποιοσ dicitur pistor.

¶ TRIduanis spectaculis. Vt p triduum exhiberet̃ p̃bereturq;. Primus iunius Brutus munus gladiatoriũ in honorẽ defuncti patris edidit: Liuio & Valerio auctoribus: pingi autẽ cœpta sunt gladiatoria munera: atq; in publico exponi a Caio terentio lucano: qui (ut refert Plin.) auo suo: a quo adoptatus fuerat. xxx. paria in foro p triduũ dedit: tabulãq; pictã in nemore Dianæ posuit. ¶ Nobilissimas feras. Mos fuit munerarioꝝ (sic.n. appellant̃ editores spectaculorũ) ut feras ferarũq; cõfectores exhiberẽt in ludis. Legimus Põpeiũ exhibuisse elephãtos uiginti: qui in circo depugnauere: getulis ex aduerso iaculãtibus. Idẽ: nec non & Sylla pugnã leonũ iubatoꝝ dedere in spectaculis: p̃terea solebant principes romani feras nouitate formaq; mõstrabiles populo romão ostẽdere: sic olim Augustus tigrim mansuefactam ostẽdit in cauea: sic & põpeiani ludi ostẽderũt chaum mactilis isignem: & cephos pedibus humanis spectabiles. ¶ Famosos gladiatores. Inter gladiatores famosos numerãtur Bithus & Bacchius: qui cum multos interemissent: cõmissi inter se mutuis uulneribus cõciderunt: unde prouerbiale illud factũ est: cũ Bitho Bacchius: quando pares inter se depugnant. celebratus quoq; est Pacideianus ille gladiator: qui apud Luciliũ ait: occidã illũ equidẽ & uincã: si id q̃ritis inq̃t usq; adeo studeo: atq; odio illius efferor ira. eiusdẽ meminit Oratius in sermonibus: Aut Pacideiani cõtentio polite mirer. in. xvii. parte uirginis nascet̃ gladiator: publicis uoluptatib⁹ deputat⁹: ut tradit Firmicus m̃nus: obiter annotãdũ q̃d inter genera gladiatoꝝ sunt & andabatæ: qui oculis clausis digladiant̃: quoꝝ meminit Hiero. & a. M. T. scriptũ est in ep̃lis ad Trebatium: quẽ antea ne Andabatã q̃dẽ defraudare poteramus. M. Varro ꝯdidit librũ titulo andabataꝝ: sicut indicat Nonius: apud quẽ sæpe aduocat̃. M. Varro i andabatis. ¶ Domuitionẽ. Itio in domũ: & iter in patriã. ¶ Posthabitis. Postpositis: neglectisq;. ¶ Reuelata. Apta. M. Varro auctor est plaustrũ ab eo dici: q̃d ex oĩ p̃te palã est: & q̃ in eo uehunt̃ reuelata p̃lucent: ut lapides: asseres: tignũ. e diuerso arcera: uehiculũ est ex tabulis uiminibusq; contectũ & undiq; munitũ: de quo Au. Gel. hæc: arcera uocabat̃ plaustrũ tectũ undiq; & munitũ: quasi arca q̃dã magna uestimẽtis instrata: q̃ nimis ægri aut senes portari cubantes solebãt. Arceræ meminit lex decemuiralis his uerbis: si morbus æuitasue uitiũ existit: qui in ius uocabit iumentum dato: si nolet arceram ne sternito. ubi æuitas significatur senium & longa ætas. ¶ Consequis. Appendicibus: & quasi sequelis: sic supra: penduli comitatus extrema consequia: a consequendo. n. consequiæ dicuntur: ut ab exequendo exequiæ. ¶ Equis thessalicis. Plinius equos thessalos probat: scribens inuẽtum esse thessalorum ex equis depugnare aduersus tauros: eosq; necare: quod spectaculum primus dedit Romæ Cæsar dictator. Mar. Varro in secundo de re rustica tradit equos bonos & nobiles dici a regionibus: ut in græcia dicuntur (inquit) thessalici equi: a terra apuli: ab rosea roseani. Strabo auctor est: thessaliam pascendis equis esse commodissimam: qui equorum genus arcadicum & argolicum & epidauricum maxime excellere prodidit in octauo. ¶ Iumentis gallicanis. Plautus in aulularia damnans equos gallicos inquit: uilliores fient gallicis canteriis: hic uero laudantur a sobolis generositate: hodie quoq; ex gallia generosi equi bonitate probantur. ¶ Phaleris aureis exornatum. Lucianus: στρώματα πορφυρᾶ ἐπιβαλλόμαι καὶ χαλινοὺς εἰσεδεχόμην ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ πεποικιλμένους. idest purpureis stratis insternebar: & frenos ore continebam: argento & auro uariegatos. phaleras dici ornamenta equorum equitumq;: testes sunt scriptores omnes. Plinius inter dona militaria phaleras numerat: qui scribit in septimo. Sictium dentatum donatum esse phaleris. xxv. idem in. xxxiii. refert olim equestrem ordinem indignatione exardescentem phaleras abiecisse: inde phalerata dicta pro honestis: atq; ornatis: ut exponit Donatus apud Terentium: sic scribentem in phormione: ut phaleratis dictis seducas me & meam ductes gratis. Græci (auctore Suida) uocant φάλαρα προμετωπίδας καὶ κόσμησιν τὴν κατὰ τὸ μέτωπον τῶν ἵππων. idest frontalia & equorum in frontibus ornamentum. ¶ Fucatis ephippiis. Strata sunt equorum: unde & nomen: hinc equi ephippiati dicuntur ephippiis instrati. Cæsar de moribus sueuorum sic refert: neq; eorum moribus turpius quicquam aut inertius habentur q̃ ephippiis uti: itaq; ad quemuis numerum ephippiatorum equitum quamuis pauci adire audent. Frenos & strata equorum: hoc est ephippia: primi pelethronii inuenerunt: fucata uero accipimus pro depicta: & fuco pigmentorum exornata. ¶ Tapetis. Sic apud Virgilium equi tapetibus insternuntur: ita scribentem Instratos ostro alipedes pictisq; tapetis. dicitur autem tapetum: ut templum. Item hoc tapete: ut hoc sedile: & hic tapes tapetis ex græca declinatione, ὁ τάπης τοῦ τάπητος. ¶ Pictilibus baltheis. Cingula iumentoria nomine baltheorum signare uidetur. A Calphurnio lateralis cingula fœminino genere decenter ponitur pro baltheo: quo latera iumenti ambiuntur. sic enim ait Alternat utreas lateralis cingula bullas. alias balthea militaria sunt cingula: quasi bulata dicta. quibus etiam equi exornantur in pectoralibus. ¶ Tintinnabulis perargutis. Lucianus appellat κώδωνας. quæ Lucius noster tintinnabula. κώδωνες ἐξῆπτο τούτῳ μου μέλος μουσικώτατον ἐμφωνοῦντες. idest tintinnabula appendebantur: canticum ualde musicum resonãtia. Apud Siluium codon accipitur non pro tintinnabulo: sed pro tegumento pelliceo: græce enim κώδιον pellis uillosa est: & ut inquit Suidas προβατοῦ δέρμα carmen Silii ex catalogo subscripsi: Spicula bina gerunt caput his codone ferino stat cautum. perarguta bono epitheto tintinnabula dicuntur: quasi sonora obstreperaq; atq; uocalia: sicut græce ἐμφωνοῦντες κώδωνες. Argutari uerbum uetus est: quod significat loquaciter proloqui. Neuius: totum diem argutatur quasi cicada. ¶ Commissimis. Suauissimis. ¶ Et uectorem. Annotant grammatici uectorem bifariam dici: & eum qui uehit: & eum qui uehitur. hic pro iumento quod uehit positum est. apud iurisconsultos uectores dicuntur hi qui nauigio uehuntur. hic & apud Lucanum inquit Cæsar. sola est hæc causa timori uectorem non nosce suum.

triduanis spectaculis pollicitus, latius munificentiam suam porrigebat, deniq; gloriæ publicæ studio, tunc thessaliam etiam accesserat, nobilissimas feras & famosos inde gladiatores comparaturus. Iãq; ex arbitrio dispositis coemptisq; oĩbus domuitionẽ parabat, sp̃tis luculentis illis suis uehiculis ac posthabitis decoris prædarum carpentis, q̃ p̃tim contecta p̃tim reuelata frustra nouissimis trahebantur consequis, equis etiam thessalicis, & aliis iumẽtis gallicanis, q̃bus generosa soboles perhibet preciosam dignitatem, me phaleris aureis, & fucatus ephippiis & purpureis tapetis, & frenis argenteis, & pictilib⁹ baltheis, & tintinnabulis perargutis exornatum, ipse residens amantissime, nonnunq̃ commissimis affatur sermonibus, atque inter alia pleraq; summe se delectari profitebatur, quod haberet in me simul & conuiuam & uectorem. At ubi partim terrestri, partim maritimo itinere confecto, corinthum accessimus, magnæ ciuium turbæ confluebant, ut mihi uidebatur, non tantum Thyasi dantes honori, quã mei

Marginal notes: Munerarii — Cũ bitho Bacchius — Pacideian⁹ — Andabatæ — Plaustrum unde — Arcera — Aeuitas — Consequiæ — Equi thessalici generosi — Phaleræ — Phalerata dicta — Ephippiati equi — Lateralis cingula — Balthea — Codion — Codon — Argutari — Vector

cõspectus cupiẽtes,nam tanta etiam ibidem de me fama peruaserat,ut non mediocri quæstui præposito illi meo fuerim,qui cum multos uideret nimio fauore,lusus meos spectare gestientes obserata fore, atque singulis eorũ seorsus admissis, stipes acceptãs non paruas summulas diurnas corradere cõsueuerat.Fuit in illo conuenticulo matrona quædam pollens,& opulens, quæ more cæterorũ uisum meum mercata,ac dehinc multiformibus ludicris delectata p ammirationẽ assiduã,paulatim in ammirabilẽ mei cupidinẽ icidit,nec ullã uesanæ libidini medelã capiẽs ad ĩstar asinariæ pasiphaes,cõplexus meos ardenter expectabat,grandi dẽiq; præmio cum altore meo depacta est noctis uni⁹ cõcubitũ. At ille nequã ut posset de me suaue prouenire,lucro suo tm̃ contentus annuit. Iam deniq; cœnati e triclinio domini decesseramus,& iam dudum præstolãtem cubiculo meo matronam offendimus. Dii boni q̃lis ille,quãq; p̃clarus apparat⁹, q̃tuor eunuchi cõfesti puluillis cõplurib⁹ uẽtose tumẽtib⁹, pluma delicata terrestrẽ nobis cubitum p̃struũt,sed & stragula ueste auro,ac

CCONspectus cupiẽtes.Vt supra diximus : sunt q̃dam nomina in forma pticipiorum posita:q̃ genitiuo casui iũgunt:ut fugitãs litiũ:appetẽs pecuniæ:cupiẽs cõspect⁹:siue cõspectiõis.Salusti⁹ p suplatiuũ dixit cupiẽtissim⁹ legis.¶ Proposito mõ.
Epistates — Lege p̃posito meo.hoc ẽ illi:q p̃positus p̃fectusq; erat meæ custodiæ:græce dr̃ ἐπιστάτης, epistates:q̃ dictiõe usi sũt & nri
scriptores.M.Cato uillicã epistatã appellat:q̃si uillæ p̃positã atq; p̃fectã.¶ Gestientes. cupiẽtes.¶ Lusus meos. Lucia.appellat παράδοξα ἔργα.i.icredibilia atq; inopinabilia opa.¶ Obserata fore.ἐνικῶς clausis forib⁹.Orati⁹ exclusus fore.Plaut⁹
Foris — apit foris.¶ Seorsus.separati.¶ Stipes.Nũmos.¶ Sũmulas corradere.Colligere i unũ:cõtrahere aceruos nũmorum quoti
Sũmula — dianos.sũmulę ad nũmos referunt.Iuue.sũmula ne pereat.¶ Opulẽs.Opulẽta:opulischere uerbũ uetus ẽ:qd̃ si
Opulens —
Opulischere — gnificat opulẽtũ fieri.opulẽtitas quoq; pro opulẽtia dr̃
Opulẽtitas — a ueterib⁹.Plautus in milite:q̃si eius opulẽtitatẽ reueriaris.de hac matrona sic Lucia.γυνὴ ξένη οὐ μετρίως κεκτημένη τὴν οὐσίαν καὶ παρελθοῦσα εἰσω ἰδεῖν ἐμὲ ἀριστῶντα εἰς ἔρωτα μου θερμὸν ἐμπίπτει.i.mulier q̃dã pegrina opulenta uisum meũ mercata itrogrediẽs:ut me prãdẽtẽ uidit in
Pasiphae asinaria — amorẽ mei feruẽtiorẽ icidit.¶ Ad instar asinariæ Pasiphaes.Oppido q̃ decẽter Pasiphae asinaria mulier dicta:q̃ ita expetebat asini concubitũ:sicut illa Pasiphae poetica tauro supposita ferinos coitus adamabat. res ẽ testimonio poetarum notissima:& historicorum monumẽtis celebrata.queadmodũ Pasiphae Solis filia: Minois uxor tauri amore flagrauit:& opificio Dedali itra uaccam ligneã iclusa septã corio iuuẽcæ:cũ tauro cõcubuit:ex quo cõcubitu nat⁹ ẽ minotaurus cãtatissim⁹. Virgilianũ carmẽ i ore oĩum ẽ.Hic crudelis amor tauri:suppostaq; furto Pasiphae: mistũq; genus,plesq; biformis Minotaurus inest Veneris monumẽta nefandæ.Neronis principatu iter cætera ludicra spectacula taurus Pasiphaen i ligneæ iuuẽcæ simulachro abditã iniit:ut multi spectãtiũ crediderũt:hoc idẽ spectaculi gen⁹ celebrat & Mart.his uersib⁹.Iũctã Pasiphaẽ dicteo credite tau
Locus Silii — ro Vidimus:accepit fabula prisca fidẽ.Apd̃ Siliũ in.viii. punicorum sic passim legit.Hinc gen⁹ ordit Minos iuisaq; tauro Pasiphae.dictio illa iuisa parum q̃drare ut cũ fabula:uñ legere potes imissa:uel imixtaq; tauro.ut cõueniat cũ archetypo Virgiliano:suppostaq; tauro Pasiphae. ¶ Expectabat.Lego expetebat:hoc ẽ cupiebat:desyderabat.Lucia.εἰς ἐπιθυμίαν συνουσίας προελθοῦσα.i.in desy
Altor — deriũ cõcubitus puoluta.¶ Cũ altore.Educatore atq; nutricio:ab alẽdo altor dictus.altũ quoq; ueteres dixere ab alẽdo:q̃
Altellus — si alitũ enutritũq;:nãq;,ut docet Pris.ab alo tã altus q̃ alitus dr̃. Altellũ Romulũ dici autumãt:q̃si altũ i tellure:uel qd̃ telis
Romulus — aleret:iter noia pietatis apd̃ Auso.ẽ altor.i.nutritor.¶ Depacta ẽ.Luci.μισθὸν δὲ φέρων πιστάτῃ ἠμῶν ἐνεχεῖτο.i.mercedẽ opulẽtã
Epistatę pmisit.¶ Nequaq̃.Põt legi nequã.i.iprobus:& ueterator:põt & nequaq̃:ex Lucia.q ait.κἀκεῖνος οὐδὲν ἐφρόντισεν εἴτε καὶ ἀνύσει τι ἐξ ἐμοῦ εἴτε καὶ μὴ λαμβάνει τὸν μισθόν.i.& ille nihil curãs:siue ex me aliqd utile expediret:siue nõ capit mer
Præstolari — cedẽ.¶ Præstolãtẽ.Paratã:expectãtẽ.Lucia.καὶ τὴν γυναῖκα εὕρομεν πάλαι ἀφιγμένην ἐπὶ τὴν εὐνήν.p̃stolari qd̃ & supra annotaui signãt p̃sto eẽ & apparere:hoc ẽ obseq:& tũc iũgit cũ datiuo.Tullius:q tibi ad forũ aureliũ p̃stolarent : dicimus & p̃stolor te p expecto te.cũ Terẽtius dixerit:quẽ p̃stolare parmeno hic ante hostiũ Thaidis:exposuit Dona.noue dcm̃ esse
Puluilli — quẽ p̃stolare:cũ dicẽdũ fuerit cui p̃stolare.¶ Puluillis cõpluribus.Lucia.κεκόμιστο προσκεφάλαια μαλακὰ καὶ στρώματα ἔσω κατέθεντο καὶ χαμεύνη ἡμῖν εὐπρεπῶς.i.illata sunt ceruicalia mollia & stragula:qb⁹ terrestris lectus decẽter cõsternit. puluilli
Puluillum — diminutiuo uocabulo:puluilli sunt quasi plumini a pluma dicti:ut qdã interpretantur.ex pluma enim mollissima confi
Cubito — ciunt:ut molliter qescatur.quos nõ tam capiti q̃ cubito subiiciebant.hinc illud Ezechielis prophetę:ueh his:qui consuunt
subiicere quid — puluillos sub omni cubito manus:& faciũt ceruicalia sub capite.ad hoc quippe sub cubito puluillus:uel ceruical sub capite iacẽtis ponitur:ut molliter quiescat.quisquis ergo(ut Gregorius in moralibus interpretatur) male agentibus adulat puluillum cubito:uel ceruical sub capite iacentis ponit:ut qui corripi ex culpa debuerat in ea fultus laudibus molliter quiescat.¶ Eunuchi.Hos itelligimus fuisse in famulicio matronæ:ut enim aliubi annotatũ.Reginæ & sũmates fœminæ eunuchis & spadonibus ministris maxime oblectabant.¶ Ventose tumẽtibus.Instar folliũ turgẽtibus:quales hodieq; in usui
Folles pro accubitis — sunt delicatiorum matronarum.Heliogabalus(auctore Lampridio)nõ cubuit in accubitis facile:nisi his quæ pilum leporũ haberent:aut plumas perdicum subalares.Idem multis uilioribus amicis folles pro accubitis sternebat:eosq; reflabat prãdentibus illis.ita ut plerũq; cubito sub mẽsis prãdẽtes inuenirent.¶ Dedicata.Lege delicata:delicatior aũt & mollior pluma est olorina:& anserina:& pdicũ subalaris.Oui.Mollior & cygni plumis & lacte coacto.apud Martialẽ in apophoretis:lẽma est pluma:cui subscribitur hoc distichon.Lassus amyclea poteris requiescere pluma Interior cygni quã tibi lana dedit. Plinius in.x.anserum candidorum uectigal in pluma esse scribit:cuius p̃cium in libras sint denarii quini.mollior ẽ plu
Pluma p̃xima corpori mollior — ma quæ corpori q̃ proxima est.¶ Stragula ueste.Veste legata continetur stragula.sicut in suppellectile sunt thoralia:auctor Paulus iurisconsultus:thoralia autem dicimus:qbus thori insternuntur.Heliogabalus(auctore Lampridio)primus omnium priuatorum thoros aureis thoralibus texit.stragula uero a sternẽdo dicta:sicut & ĩstratum quoq; nominãt id oẽ:
Thoralia — quod insternit. Tibullus Nam neq; tũc plumæ : nec stragula picta soporem Nec sonitus placidæ ducere posset aquæ.M.
Stragula — Tullius in oratione pro Roscio amerino.qd stragulæ uestis apud illũ putatis esse:græco uocabulo stromata: & peristro
stromata — mata dicuntur:quæ & nostri decenter usurpant.Idem.M.Tullius in secunda antoniana:conchiliatis Cn.Pompei peristro
Peristromata — matis seruorum in cellis lectos stratos uideres.De instrato & stragula ueste Vlpianus hæc.instratum omne uestimentum continet:quod iniiciatur.Labeo ait:neq; enim dubium est quin stragula uestis sit omne pallium:in uictu ergo uestem acci
Instratum — piemus stragulam:instratum omnem stragulam uestem.

¶MVRIce tyrio. Murices conchæ sunt: quales purpuræ: ex quorum sanguine tinguntur uestes infectu precioso: auctor Plinius. Apud epigrammatistam sic loquuntur murices. Sanguine nostro tinctas ingrate lacernas induis. Et non est hoc satis: esca sumus. tyrius autem color inter purpureos preciosissimus est: cui laus summa: si in colorem sanguinis concreti nigricans aspectu sit suspectuq; refulgens. de quo multa multi: plurima Plinius in nono a tyro quondam insula dictus: cuius omnis nobilitas conchilio atq; purpura constat. Antiquitus sarro nominabatur. Vnde sarranum ostrum a poetis dictum: pro tyria purpura. ¶Quis. Quibus. ¶Ceruices suffulcire. In hanc sententiam Plinius: eo

Murices
Tyrius color
Sarranum ostrum

muryce tyrio depicto probe consternūt. ac desuper breuibus admodum, sed satis copiosis puluillis aliis nimis modicis, quis maxillas & ceruices delicatæ mulieres suffulcire consueuerunt, superstruunt, nec dominæ uoluptates diutina sua psentia morati, clausis cubiculi foribus facessunt. At intus cerei præclara micantes luce, nocturnas nobis tenebras inalbabant. Tunc ipsa cuncto prorsus spoliata tegmine, tenia quoq; qua decoras deuinxerat papillas, lumen ppter adsistēs, de stagneo uasculo multo sese perungit oleo balsamo, meq; indidem largissime perfricat, sed multo tãta impensius cura etiã nares perfundit meas. Tunc exosculata pressule, non qualia in lupanari solent basiola iactari, uel meretricum poscinummia, uel aduectorū negocinūmia, sed pura atq; sincera, istruit & blãdissimos affatus amo & cupio, & te solũ diligo, & sine te iã uiuere nequeo, & cætera qs mulieres, & alios inducunt, & suas testantur affectiones, capistroq; me deprehensum more quo didiceram reclinat facile, quippe cum nil noui nihilq; difficile facturus mihi uiderer, præsertim post tantum temporis, tam formosæ mulieris cupientis amplexus obiturus, nam & uino pulcherrimo atq; copioso memet madefeceram, & unguento flagrãtissimo

deliciæ processere: ut sine plumæ instrumento durare iam me uirorum quidem cerces possint. ¶Facessunt. Legendum est secessunt: hoc est abeunt: abscedu ntq; mancipia post instratum matronæ accubitum. Lucianus: εταλομεντης γυναικοσ θεραποντεσ αυτουπλησ ιουπροτου δεωματιου εκαθευδεον. idest serui matronæ eūt dormitum: non procul a cubiculo matronali. ¶Cerei. Lucianus: κάδε λυχνον ενδον εκαιε μεγαν τω πυρι λαμπομενον. idest intus incendit lychnum magnum flamma splendicantem. funalia cereos uocant a funiculis certis. In saturnalibus priscorum cereos missitabant: propterea q sub Saturno a tenebrosa uita: quasi ad lucem & bonarum artium scientiam sumus euocati. Lege publicia cautum: ut solis ditioribus cerei missitarentur: cereos in penu esse placuit iureconsultis. ¶Inalbabant. Illuminabant: illustrabantq;. ¶Tenia quoq;. Strophium designat. idest fasciam pectoralem: strophium enim (ut auctores tradunt) fascia est qua uirginales papillæ cohibentur. Turpilius: iter uias epistola excidit mihi inter tunicam ac strophiū collocata. de hoc Catullus Non tereti strophio lactantis uincta papillas: hinc strophiarii dicti strophiorū artifices: quorū meminit Plautus in aulularia. Martialis fasciam pectoralem appellat sic scribēs in apophoretis. Fascia crescētes dñę cōpesce papillas Vt sit qđ capiat nostra tegatq; manus: eidem mãmillare est indumentum pelliceum: ad mãmillas compescendas. illo disticho. Taurino poteras pectus cōstringere tergo. Nam pellis mammas non capit ista tuas. Alias strophiū diminutiue strophiolum dicit corona. Plinius in. xxi. Tenuioribus coronis utebantur antiqui strophia appellãtes: unde nata strophiola: strophus quoq;: quod græce strophion appellatur: pro insigni ponebatur in capitibus sacerdotum pro corona: apud phaliscos festum uocat strupearia q̄si strophiaria: quia coronati ambulent. Tusculani quoq; quod in puluinari ponitur castoris stropum uocant: hinc hodieq; uocabulo rustico ex latinitate ducto stropi dicuntur uincula corticia & rurestria: ad strophiorum: idest coronarum similitudinem confecta. ¶Lumen ppter assistens. Iuxta cereum adstans. propter significat prope: & iuxta. Lucianus: παρεστη τω λυχνω. idest astitit ad lucernam. ¶Stagneo. Plumbi qui primus fluit in fornacibus liquor stagnum appellatur: qui secundus argentarium: qui remansit in fornacibus galena. hoc ideo annotaui: ut intelligeres quid sit galena apud Plinium: Aristotelem: & cæteros. Galenam uocari tradit Plinius uenam plumbi: argentiq; communem: quam & molibdenam nuncupant. stagnum illitum æris uasis saporem gratiorem facit: & compescit æruginis uirus. ¶Oleo balsamo. Inter unguenta bonitatis palmam dant balsamo: quod omnibus odoribus præfertur. Præcipua gratia est lachrymæ: secunda semini: tertia cortici: minima ligno. summa balsami probatio est ut lac coagulet: & in ueste maculas non efficiat. liquor balsami uitiatur oleo rosæ: lentisci: & terrebinthi. sincerum densatur in tepida aqua sidens: adulteratum olei modo innatat. Milibus denariorum sextarius balsami uenditur. Lucianus in hanc sententiam. μυρον εκ τινοσ αλαβαστρου προχεαμενη τουτω αλειφεται. idest unguentum ex alabastro promens eo perungitur: unguenta optime seruari in alabastris: odores in oleo: auctor est Plinius. hinc illud Ciceronis ex academicis. Quibus etiam alabaster plenus unguenti putere uidetur. Idem Plinius hanc materiam luxus esse maxime superuacui tradit: cum illico unguenta expirent: & suis moriantur horis. commendatio eorum: ut transeuntem fœminam odor inuitet: etiam aliud agentem. ¶Indidem. Ex eo uasculi unguento. ¶Nares meas. Lucianus: οθεν μαλιστα την ρινα μου μυρω ενεπλησε. idest indidem nares meas ualde unguento repleuit. ¶Exosculata. κατεφιλησε. ¶Pressule. Martialis Basia da nobis Diadumene præsta: quot inquis. ¶Poscinummia. Decenter fictum uocabulum: ex posco & nummis. nam profecto basia meretricia nihil aliud q̄ nummos poscunt. apud Plautum in bacchidibus suauis suauiatio: inter deos amatori damnosissimos enumeratur. ¶Aduectorum. Legi potest aduentorum: ut supra in primo uolumine aduentores pristinos raucus appellat: horum bascia graphiceq; confecto uocabulo negocinummia nominantur: quoniam scilicet nummos negociantur. & illæ illecebræ atque osculationes negociatorum nummos quærunt. ¶Affatus. allocutiones. ¶Amo & cupio. Hæc sunt blandissima matronæ ad asinum perinde ac amatorem alloquia & affatus: quibus affectus quidam uehementior explicatur. ¶Quis. Quibus. ¶Capistro prensum. Lucianus: και με εκ τησ φορβαιασ λαβομενον επι το χαμευνιον ελκε. idest me capistro captum traxit ad lectum. ¶Obiturus. Aditurus: accessurus. ¶Vino madefacerem. Vinum libidinis est incentiuum: & sine Libero friget Venus. ideo uino se proluerat Lucius: ut in palæstram cupidineam foret alacrior: atque propensior. accesserat & unguentum: calcar alterum Veneris & suscitabulum. Lucianus: οινω παλαιω ... βεβρεγμενοσ και τω χρωτι του μυρου οιστρημενοσ. idest uino uetusto irrigatus: & unguento extimulatus.

Cereus
Strophiū
Strophiarius
Mãmillare
Strophus
Strupearia
Stagnum
Argētariū
Galena
Balsamum
Poscinummia
Basia
Negocinūmia

proluuium libidinis suscitarã. Sed angebar plane, non exili metu reputans, quemadmodum tãtis tãꝗ magnis cruribus possem delicatam matronam inscẽdere, uel tam lucida, tamꝗ tenera, & lacte ac melle confecta membra, duris ungulis complecti, labiasq modicas, ambrosia rore purpurantes tã amplo ore, tanq enormi, & saxeis dentibus deformis sauiari, nouissime quo pacto quãquã ex unguiculis perpruriscens mulier, tam uastum genitale susciperet. heu me qui dirupta nobili fœmina bestiis obiectus munus instructurus sim mei domini, molles interdũ uoculas, & assidua sauia, & dulces gãnitus, cum morsicãtibus oculis iterauerat illa, & in summa, teneo te inquit teneo meum palumbulum, meum passerem, & cum dicto uanas fuisse cogitationes meas, ineptũq mõstrat metũ, artissime namꝗ complexa, tum me prorsus, sed totũ recipit illa, uero quotiẽs ei parcẽs nates recellebam, accedens totiens nisu rabido, & spinã ꝑhendẽs meã, appliciore nexu ihærebat, ut Hercules etiã deesse mihi aliqd ad supplendam eius libidinem crederem, nec minotauri matrẽ frustra delectatam putarem adultero mugiente.



Iamque operosa & peruigili nocte transacta, uitata

Proluuiũ ¶PROLuuium libidinis: cupiditatẽ: desyderiũ: promptitudinẽ coeundi. Proluuiũ. n. dici uidet: qsi prolubiũ a lubẽdo. A. Gellius in. iiii. in hanc sniam, idcirco Empedoclẽ uersu isto nõ a fabulo edẽdo: sed a rei ueneriæ ꝓluuio uoluisse hoĩes deducere. Dixit Terẽtius in Adelphis: qd proluuiũ: q̃ est ista subita largitas: ubi ꝓluuiũ a Donato exponit ꝓ̃ptus aĩus ad largiẽdũ. Neuius incola cœ(inqt) facere in ꝓluuio est: qsi dicat in prõptu: & desyderio. Laberius: me a matronali pudore ꝓluuium meretricis ꝓgredi coegit: ueteres & ꝓluuium & proluuiẽ & prolubidinẽ dixerũt: ab eo qd lubeat: uñ etiã Venus

Lubentina lubentina dicat. ꝑ lubiũ audiẽdi dixit Au. Gel. ꝓ desyderio & libidine. ¶ Tanq. Scribo tãq: ut sint duæ ꝑticulæ. ¶ Labias. Supra dixim⁹ fœ. gñe labias dici a scriptorib⁹ idoneis: q̃ nũc neutralr labra dñr. ¶ Purpurãtes. labra rubẽtia: & rosis pumicãtib⁹ æmula fœminã uenustãt: epigrãma tista Optati i puero pestanis æmula labra rosis. ¶ Enor

Enormitas mi. Immodico: ꝓgrãdi: enormitas stipẽdioꝝ dr a Spartiano ꝓ nimia largitate. ¶ Saxeis dẽtib⁹. Tales nimiꝝ sunt asinini dentes. asinoꝝ genus. xxx. mẽse dẽtes emittit: deinde senis mẽsibus: q si nõ prius peperint q̃ decidãt postremi: sterilitas certa portẽdit. Pli. auctor. ¶ Sauiari. basiare: osculari. ¶ Ex unguiculis ꝑpruriscẽs. Per prurisscere ex unguiculis dr mulier: qñ toto corpe prurit: qñ prurigine & Veneris appetẽtia cõciat: qñ uel extremis corpis ꝑtibus: & rigẽtibus unguibus extimulat

Satyron in coitũ: græci tam ardẽtẽ Veneris cõcitationis satyron appellãt. Theophrastus auctor ẽ: septuageno coitu durare libidinẽ cõtactu herbæ cuiusdã: cui⁹ nomẽ spẽmꝗ nõ posuit. ¶ Tã uastũ genitale. asinus portiõe genita

Minima uiro genitalia lia hẽt maxima: ut nemo nõ uidet: sicut ecõtrario minima esse hoĩ: auctor est Albertus magnus. ¶ Dirrupta fœmina. metuebat ne enormitate uirilitatis dirũperet mrõnã. Lucianus: Καιτουτοιμεεις δέ εως ουχι μετριονγε μηουχωρησας αηγυνηδέ ιαπας θαιη. metus me nõ mediocris incessit: ne lepida fœmina dirũperet. ¶ Minus. emẽda munus. i. spectaculũ gladiatoriũ: qd dñs fuerat pollicitus. ¶ Sauia. basia. ¶ Gãnitus. susurros. q̃les idẽtidẽ iter amatores summissa uoce usurpant. ¶ Morsicãtib⁹ oculis. Expressit nimiũ cupidinei amoris affectũ: quo efficit: ut amatores oculis icõuenientibus: & exertis q̃ si morsicare ac deuorare rẽamatã uideant. ¶ Teneo te ingt. blãdimẽta mrõnæ ad asinũ: quẽ palũbũ & passerẽ suũ uocabulis amatoriis blãditer compellat apud Plautũ in asinaria ingt Leonidas: dic me tuũ passerculũ: gallinã: coturnicẽ. ut ẽ in cassina: meus pullus: passer: mea colũba: mi lepus: apud eũdẽ blãdimẽta hoc genus ueneria sæpissime usurpant. ¶ Sed totũ recipit. Ex hoc matronæ Venerẽ beluinã appetẽtis exẽplo: commonemur fœminas nã in coitũ adeo esse ꝑcipites: & tã prurigine cõcitatas: ut cõcũbere uel cũ iumẽtis uelint. Nimirũ ob hãc isandã insanãꝗ libidinẽ scribit in Leuitico: ut

Mulier succũbens iumento mulier q̃ succubuerit cuilibet iumẽto simul interficiat cũ eo: illud quoꝗ satyrographi: nõ de nihilo in mõstrificã fœminaꝝ Venerẽ scriptum uidet: mora nulla per ipsam Quo minus iposito clunẽ submittat asello. Iuba auctor est equũ a Semiramide adamatũ usq ad coitũ. hæc faciuntur deformis tauri amor in Pasiphae nõ fabulosus: sed historicus esse credatur. Astruit his omnibus fidem exemplum dignum memoratu: quod græci scriptores celebrant: a quibus traditur Aristonem ethesium genus fœmineum perosum cum asina concubuisse: ex eoꝗ concubitu progenitam puellam: cui a cruri

Onoscelli bus asininis nomen inditum sit onoscelli. item Fuluius equam iniuisse proditus est: quæ puellam admodũ famosam peperit: quam ab equa matre hipponam appellauerunt. Lucianus (ut ad institutum opus reuertamur) sic ingt.

Recellere περιβαλλετο μεκαι αρας εισωολον παρεδέ ξατο. idest me complexa est: & extollens intro totum recipit. ¶ Nates recellebam. retro trahebam: abducebam: reclinabam. ne uasto genitali fœminam dirũperẽ. recellere reclinare est. sicut excellere in altum extollere: sup quo uerbo satis ac sup in supioribus. Lucianus dixit: επισωαπηγους μαυτον ατρεμα. i. retro me abducebam submisse. ¶ Nisu. conatu: & cõplexu ardẽtiore. ¶ Nexu appliciore. Magis ad corp⁹ applicito atq adglutinato. ¶ Deesse ali

Genitalia mulieris maxima gd. Scribit Alber. magn⁹ uolumie de aĩalib⁹ duodeuigesimo: genitalia mulieris iter oẽs fœmias aĩantes ꝓ portiõe corpis maxima esse: cũ ecõtrario uir sit minoribus genitalibus pditus q̃ cætera mascula aĩalia: ꝓportiõe corpis habita: puella pubescẽs uuluã qñꝗ hẽt: q̃ aut uacca aut equa capaciorẽ laxiorẽq. ¶ Minotauri matrẽ. Pasiphaen signat: q̃ tauri amore flagrauit. Cui⁹ beluina libido carminib⁹ poeticis iuulgata ẽ. Luciãus in li. de astrologia. Ideo fingi autumat Pasiphaen amo

Cur Pasiphae amatrix tauri re tauri captã eẽ: qa audiẽs ex Dedalo de tauro cœlesti i amorẽ astrologiæ deuoluta ẽ. ¶ Operosa nocte. Plena opaꝝ uenerieaꝝ: q multiiugis luctatiõibus cupidineis trãsacta est in ꝑuigilio. Lucianus: ολην τηνυυκτα ευ εμοι εδέξατωκος. i. totã noctẽ in complexu meo consumpsi.

¶ Vitata

¶VIT Ata lucis cõsciẽtia.honeste facta:teste Mar.Tul.in luce atq; in ꝓpatulo sese collocari uolũt:cõtra turpitudo ois q̃rit tenebras atq; latibulũ:unũ & lucifugi elegãter dicti:q ob cõscientiã flagitioꝝ lucẽ fugitãt:in tenebris delitescẽtes: quos antiq eleganti uocabulo tenebriones appellãt:quãq̃ & iterdũ tenebriones dicant:pro his q mẽdaciis & astuciis: q̃sdã q̃si tenebras obiiciãt:sic & hæc matrona obscœni facinoris cõscia lucẽ reformidat.¶ Facessit.recedit.¶ Cõdicto.cõstituto:cõposito:denũciato.cõdicere ꝓprie denũciare est:qđ & iuriscõsulti tradũt. Lucianus dixit:συνθεμενητον μιτσθουννυκτοσ.i.cõstituens noctis mercedem.¶ Incõtanter.sine cõtatione & mora.¶ Detegit scænã.apparatũ & fabulã:ut sæpe p hũc scriptorem positum est.Lucianus δὲ ιατινοσ οπησ ησ θυρασ δὲ ει κνισι μειεν διον τυμειραΚισυν ευναζομενον.i.p rimã hostii cstẽdit me itus cũ puella cocuntem.¶ Publico spectaculo. θεαλημοσια. ¶ Vxor mea.matronã denotat:q̃ uxoris uicẽ & locũ apud asinũ ipleuerat. ¶ Bestiis addicta.bestias dãnata.Luciãus:ηγυνη κατακεκριτο θηριοισ αποτανειν. idest mulier dãnata est bestiis ad mortẽ. Iuriscõsulti titulo de pœnis:iter genera pœnaꝝ:qbus p̃sides afficere quẽquã possint enumerant dãnationẽ ad bestias:& (ut inqt Paulus) ad bestias damnatos fauore populi p̃sides dimittere nõ debent.¶ Publicã caueã.theatri caueã intelligit:de qua Plautus:ut cõquisitores singuli in subselia eant p totã caueã spectatoribus. Lucianus dixit: εισ τοθεατρον. ¶ In corã.in cõspectu publico:& ut inqt Lucianus:παντωνοφθαλμοισ.i.oculis oium.¶ Maritum habuit.inserit tẽpestiuiter hæc fabula ad malas mulieꝝ artes:& scelera demõstrãda:cuius nulla apđ Lucianũ mentio:q̃ narratiõe lepida & speciosa demulceat aures aiosq; lectoꝝ:& sicut pictoribus datũ est excurrere in parerga.Idẽ quoq; ius plausibilr̃ cõcedit̃ lucuiẽtis auctoribus:ut in parecbases: in egressiões fauorabilr̃ exspacient̃:qua in re ꝓpe eximius est Lucius nr̃:q fabellis intextis: & id genus parergis reficit lectorẽ:nasẽãq; discutiẽs oẽ tediũ leuat.¶ Sexus sequioris.Idest muliebris: sequior dr̃ sexus alter q̃ masculus:& deterior:q̃lis in fœminis: nã & phi fœminã hominẽ iperfectũ appellant.¶ Necaret̃.olim Lygdus quoq; cretẽsis idẽ p̃cepit uxori:ut si fœminã pareret eã necaret:sic.n.inqt apđ Ouidiũ.Edita forte tuo si fœmina ptu Inuitus mando pietas ignosce necet̃.¶ Preabstinẽtia.purior lectio ẽ & sincerior p abstinentiã.¶ Desciuit ab obseqo.id supsedit facere qđ iusserat maritus.¶ Insita pietate.Mr̃es fere oẽs erga liberos sunt idulgẽtiores q̃ pr̃es: & mr̃nus affectus in filios potẽtissimus iudicat̃.¶ Prodidit. Tradidit.¶ Alũnãdã.Nutriẽdã:educãdã:alẽdã.¶ Flos ætatis.iã inqt appetebat tp̃s nubẽdi:cũ uiro thoris matura eẽt:& ãnis nubilib⁹ posceret maritũ. Ari.lib.vii.politicoꝝ tradit puellas ãno ætatis octauo decimo nubere debere.tãq̃ ea ætas matura uiro & tẽpestiua sit.Mares uero circiter ãnos sex & trigita uxorẽ ducere debere cẽset.hoc.n.tpe uigẽtibus corpibus iĩgent̃.nãq; adolescẽtuloꝝ fœtus ipfecti sũt:& puellæ in puerpio difficulter angulant̃:piclitant̃.Auc.ẽ Albertus magnus:spma hoc est genitura ad sobolẽ ꝓgignẽdã tertio septenario: hoc ẽ xxi.ãno eẽ robustũ:atq; idoneũ:antea iualidũ & ibecillũ.idẽ sic scri.in.ix.de aialib⁹:matura ẽ (inqt) ad cõcipiẽdũ mulier.xxi. anno pfecto:q̃ prius cõcipit imature cõcipit:ante tp̃s.s.maturi semis.Hesiod⁹ uero maturitatẽ cõnubii eẽ dicit i uiro.xxx. annũ:in puella.xv.¶ Pro natalib⁹.ꝓ dignitate familiæ:ꝓ facultatib⁹ & ꝓ nobilitate claritateq; nataliũ.Apđ iuriscõsultos titulus ẽ de iure dotiũ:ubi scri.Vlpianus ꝓfecticia dos ẽ:q̃ a pr̃e uel parẽte ꝓfecta est de bonis eius.lege uoconia antiqtus cautũ ẽ: ne qs cẽsus:hoc est pecuniosus hẹredẽ relinq̃ret filiã:eadẽ quoq; lex sanxit ne liceat mulieri:plusq̃ dimidiã ptẽ bonoꝝ suoꝝ relinq̃re:unũ q̃stiones natæ & declamatiões excogitatæ subtilr̃ sunt:cũ qdã duas mulieres dimidiis ptib⁹ istituisset hẹredes.idq; testamẽtũ arguerẽt cognati apđ germanos:nõ marito dotẽ sed uxori maritus offert: græce dos dr̃ φερνη. unũ & iuriscõsulti perapherna:græco uocabulo appellãt q̃cunq; p̃ter dotẽ spõsæ dant̃:& paraphernica istrumẽta dixit Sidonius a mr̃e puellæ tradita.Mar.Varro dotẽ a dando dici tradit:uel qa græce dr̃ dotime:& ab atticis dosis.q̃tuor in spõsis q̃runt̃:forma:pbitas:nobilitas:& dos.¶ Oppido.ualde.¶ Caloris iuuenis.Diuus Hieronymus:nõ ethnei inqt ignes: nõ uulcania tellus:nõ ueseuus & olympus tãtis ardoribus æstuant:ut iuueniles medullæ uino plenæ & dapibus iflãmatę. Galienus quoq; nobilissimus medicoꝝ:refert pueroꝝ & iuuenum corpora insito calore feruere.ideoq; noxios illis esse cibos ætatibus qui calorẽ augeant:sanitatiq; cõducere frigida quæq; esu & potu sumere.sicut ecõtrario senibus:q pituita laborant & frigore:calidos cibos & uetera uina ꝓdesse.Portius licinius festiuiter & uere hoiem dixit esse ignẽ illo uersu. Quæritis ignẽ.item huc q̃ritis:ignis homo est:igit̃ merito timebat mr̃:ne filius ardore iuuenili cõcitatus cõcũberet cũ sorore p iprudẽtiã:utpote quã sororẽ esse nesciret.¶ Nescius nesciã.Ignarus ignarã.¶ Plebiã facie tenus.Idest frõte:& exteriore uultu humanitatẽ quãdã uiliorẽ uulgatioreq; ostẽdebat:cũ mẽte & intra p̃cordia illã diligeret ut sororẽ. ideo finxit se uelle domi recipe illã tanq̃ uicinã destitutã uiduatãq; ope p̃sidioq; parentũ: & idignã receptaculi:ut eã mox despõsaret contubernali:& dilectissimo:& ne soror indotata nuberet:ipse frater de suo peculio dotem dare destinauerat.

Lucifugi
Tenebriones
Cõdicere
Parerga
Sequior sexus
Aetas nubẽdi
Sperma xxi.anno robustum
Profecticia Dos
Lex uoconia
Maritus dotẽ uxori dat
Paraphernа
Dos
Callor iuuenilis
Homo ignis

lucis conscientia,facessit mulier, condicto pari noctis futuræ p̃cio,ne grauate magister meus uoluptates ex eius arbitrio largiebat̃,partim mercedes amplissimas acceptãdo,partim nouũ spectaculũ dño p̃parando,incõtanter ei deniq; libidinis meæ totã detegit scænã. At ille liberto magnifice munerato destinat me spectaculo publico, & qm̃ neq; egregia illa uxor mea pp dignitatẽ,neq; prorsus ulla alia iueniri poterat,grãdi præmio uilis acquirit̃ aliq̃ sñia p̃sidis bestiis addicta,quæ mecũ in coram publicã populi caueam frequẽtaret,eius pene talẽ cognoueram fabulam. Maritum habuit,cuius pater peregre proficiscens mandauit uxori suæ,matri eiusdem iuuenilis, q; enim sarcina prægnationis oneratã eam relinquebat,ut si sexus sequioris edidisset fœtus,protinus qđ esset editum, necaretur. At illa præ abstinentia mariti,natam puellam insita matribus pietate, præuenta desciuit ab obsequio mariti,eãq; prodidit uicinis alũnandam,regressoq; iam marito,natã necatãq; nũciauit,sed ubi flos ætatis nuptialẽ uirgini diem flagitabat,ne ignaro marito dotare filiã pro natalibus quibat,qđ solũ potuit,tacitũ secretũ filio suo apuit,nã & oppido uerebatur,ne quo casu caloris iuuenilis impetu lapsus,nescius nesciã sororẽ icurreret,sed pietatis spectatæ iuuenis,& matris obsequium,& sororis officium religiose dispensat,& arcanis domus uenerabilis silẽtii custodiæ tradidit, plebiã facie tenus p̃tẽdẽs humanitatẽ,sic necessariũ sanguinis sui munus aggredit̃,ut desolatã uicinã puellã,parẽtũq; p̃sidio uiduatã domus suæ tutela receptaret. At mox artissimo multumq; sibi dilecto contubernali, largitus

de proprio dotē liberalissime traderet. Sed hic bene atq; optime plenaq; cum sanctimonia disposita ferale fortunæ nutū latere nō potuere, cuius istinctu domū iuuenis protinus se direxit sæua riualitas, & illico hic eadem uxor eius, q̄ nunc bestiis, propter hæc ipsa fuerat addicta, cœpit puellā, uelut æmulā thori succubāq; primo suspicari, dehinc detestari, dehinc crudelissimis laqueis mortis insidiari, tale deniq; cominiscit̃ facinus. Annulo mariti surrepto rus profecta mittit quēdā seruulū sibi qdē fidelē, sed de ipsa fide pessime merentē, q puellæ nūciaret, q̄ eā iuuenis profectus ad uillulā uocaret ad sese, addito, ut sola & sine ullo comite, q̄ maturissime pueniret, & ne qua forte nasceret̃ uenīēdi cōtatio, tradit annulū marito subtractū, q mōstratus, fidē uerbis adstipularet̃. At illa mādato fratris obseqns, hæc.n.nomē sola sciebat, respecto ēt signo eius qđ offerebatur, gnauiter ut p̄ceptū fuerat incomitata festinat. Sed ubi fraudis extremæ lapsa decipulo, laqueos insidiarum accessit. Tunc illa uxor egregia, sororem mariti libidinosæ furiæ stimulis efferata, primum quidem nudam flagris ultime uerberat, dehinc quod res erat clamantem quoq; q̄ frustra pellicatus indignatiōe bulliret, fratrisque nomen sæpius iterātem, uelut mentitam, atque cuncta fingentem titione candenti inter media fœmina detruso, crudelissime necauit. Tunc acerbæ mortis exciti nunciis frater & maritus accurrunt, uariisque lamentationibus defletam puellam tradunt sepulturæ, nec iuuenis sororis suæ mortem tam miserā, & quæ minime ut par erat illata est, æquo tolerare quiuit aīo, sed medullitus dolore cōmot⁹, acerrimæq; bilis noxio furore pfusus, exin flagrantissimis febribus ardebat, ut ipsi quoq; iā medela uideretur esse necessaria. Sed uxor quæ iam pridē

Peculiū filii familias

¶DE proprio. De peculio suo: est.n. peculium tam p̄prium filii familias: q̄ seruorū. Quod apud iuriscōsultos & oratores frequēter inuenies: scribit Pli. simulachrū Cereris ex ære factum ex peculio Spurii Cassii: quē regnū affectātē pr̄ ipsius interemerat. ¶ Feralē fortunæ nutū. Fortuna (inqt) nutu suo exitiali atq; pestifero hæc bene disposita respiciēs: pturbauit oīa & funditus euertit: cū suspitionē pellicatus imisisset in uxorē huiusce iuuenis: quē illa sororē molliter indulgēterq; nimis tractantē suspicata esse amatorē puellæ: ignara q̄ soror esset.

Riualitas

¶ Riualitas. ægritudo est siris zelo typiæ: & æmulatio q̄dā ex eo qđ altera quoq; potiat̃ eo: quē ipsa solū haber̃ cōcupiuerit. De riualibus suo loco diximus. ¶ Propter hæc ipsa. s. scelera: q̄ mox enarrant̃. ¶ Addicta. damnata: adiudicataq; p̄sidis sentētia. ¶ Aemulā. pellicē & cōcubinā.

Succuba

¶ Succubā. Ante dcm̄ est succubas icubasq; dici cōcubinas: & pellices: q̄ succūbūt: & succubāt in alienā uicē & thorū. ¶ Detestari. execrari & maledicere. ¶ Cōminiscitur: excogitat scelus. ¶ Annulo mariti surrepto. Annulis plurima scelera fiunt: ut scri. Pli. & plus annulus q̄ nobis creditur. ¶ Rus profecto. Legēdū uidet̃ pfecta: ut ad uxorē referat̃: q̄ pfecta in agrū illuc tanq̄ in locū solitariū & sceleri accōmodatiorē euocauerit sororē mariti: misso p seruulū annulo cōiugali: cui tanq̄ certissimo testi illata crederet. ¶ Pessime merentē. Qui seruat fidē in flagitio & scelere: is de ipsa fide pessime meret̃: q̄uis alioqui fidelis semp extiterit: quā iter deas prisci coluerūt: scribit Liuius Numā fidei sacrarium solemne istituisse: cui flamines manu ad digitos usq; iuoluta rē diuinā facerent: significātes fidē tutādā sedemq; eius in dextris sacratā esse: ptereaq (ut in Catonis orōne est: & a. M. T. pdit̃) fi-

Fides dea

dem in capitolio uicina Iouis optimi maximi maiores nr̄i esse uoluerūt: de fano fidei mētio est apud Plautū in aulularia: apud Siliū iuocatio est fidei his uersibus. Ante Ioue gnata decus diuūq; hoiumq; Iustitiæ cōsors tacitūq; in pectore numē. ¶ Iuuenis pfectus: ita fingebat pfidiosissima fœmina maritū. s. suū pfectū ad uillā solū euocare puellā: ut sola cū solo oparet̃ palęstræ uenerię. ¶ Cōctatio. Hæsitatio: & mora. ¶ Qui mōstratus. Hodie quoq; annulū mittere solemus: quotiescūq; uolumus nūcio nr̄o credi & fidē adhiberi. ¶ Nomen. i. sola sciebat eū esse fratrē: & se eius sororē. ¶ Gnauiter. Sedulo: strenue: festināter. ¶ Incōmitata. sola: sine comitibus deductoribusq;. ¶ Lapsa decipulo. pedica laq̄o: & cassibus: trāslatio a feris: q̄ decidūt in laq̄os: & decipulis capiunt̃: de excipulis & decipulis satis ac sup in anterioribus. ¶ Egregia. irronicos. ¶ Ultime. Quasi dicat ad ultimū usq; cruciatū & lassitudinē.

Pellicatus

¶ Quod frustra pellicatus. Clamabat īfœlix puella: & iter clamādū asseuerabat se sororē esse nō cōcubinā illius mariti: & qđ frustra ipsa ardesceret ob pellicatus suspitionē: qppe cū pellicatus nullus foret metuēdus iter fratrē & sororē. Dr̄ aūt pellicatus: ut cōcubinatus: de quo iā dixius: & ait Mar. Tul. in. ii. de officiis: ab ea ē.n. ipse pp pellicatus suspitionē iterfectionē: pellicationē Cato a pellicādo dixit: q̄si iuitationē quādā & illicitū: pellicator quoq; & pellax q iducit in fraudē noiat̃.

Pellicatio
Pellicator
Pellax

¶ Bulliret. Tumeret: ardesceret: & istar bulliētis aq̄ ferueret: in fermēto ē dixit Plau. de fœmina: quā itelligi uult tumescere bulliereq;: ex idignatiōe: & iracūdia. ¶ Fr̄is nomē iterātē. hac cōmemoratione fr̄ni nois oēm iniuriā & atrocitatē a corpe suo ppulsare sese posse cōfidebat: uidelicet sperās q̄ cū ille audiuisset eā esse sororē: quā pellicē suspicabat̃ repēte exueret oēm feritatē: & flagris depositis ad humanitatē reuocaret̃: sic apud. M. Tulliū in uerrinis: ciuis Romāus delegatus a uerre: & uirgis cesus inter dolorē crepitumq; plagarū: hoc solum iterabat: ciuis Romanus sum: hac enim cōmemoratiōe ciuitatis oīa se uerbera depulsurū: cruciatumq; a corpore deiectur̄ arbitrabatur.

Titio
Fœmina
Interfœmineum
Fœminal
Colera
Bilis
Prasina bilis
melācolica

¶ Titione candente: torre & stipite ignito ardescente. ¶ Inter fœmina. Inter fœmora: & coxas: aliubi annotauimus fœmina p̄prie dici fœmora interiora: q̄ equitatu atteritur. Unde elegans uocabulū apuleianū: interfœmineū tegit pro genitalibus muliebribus: q̄ inter fœmina sunt collata: qđ fœminal munditer quoq; nūcupatur. ¶ Bilis noxio furore. Græci coleram nominant: nostri bilem: notiore uocabulo græco q̄ latino: comune id stomachi atq; intestinorū uitium est: ut auctor est Cor. Cel. in quarto: bilis supra infraq; rumpit: interdū alba: nonnunq̄ nigra uel uaria: & ut scribūt medici philosophiq;: multiplex est bilis siue colera: nam & citrina: & uitellina: & rubra: & adusta memoratur: est & prasina a uiridi colore dicta: cuius uiror prasii hoc est marubii simillimus est: melācolica uero: idest atra bilis in hoie exuberans gignit mentis alienationem & ulcerum eruptionem: & alia pleraq; generis eiusdem. Quidā atra bile erūpente in morbum cōmilitarē excidūt: alii attoniti fiunt: super quare nobile extat Aristotelis problema. Plato in Timeo bilem morborū cām esse refert: malasq; ex noxia eius intemperantia gigni ualitudines plurimas: q̄ cū expirat extrinsecus uarios tumores pducit: iu insecus uero cohibita urētes edacesq; morbos plurimos pcreat: noīe bilis crimen in mores quoq; transfertur: ut scribit Pli. & pro excandescentia usurpat̃: cū id uirus se fundit in aium.

¶Nomen

nomen uxoris cum fide perdiderat, medicum cõuenit quendam notæ perfidiæ, qui iam multaꝝ palmaꝝ spectatus præliis magna dextræ suæ trophea numerabat, eiq̃ protinus .l. sestertia, ut ille quidem momẽtarium uenenum uenderet, illa autem emeret mariti sui mortem, quo conspectu simulatur necessaria præcordiis leniendis, biliq̃ subtrahẽdæ illa ꝑnobilis potio, quam sacram doctiores nominant. Sed in ei⁹ uice subditur alia Proserpinæ sacra saluti. Iãq̃ præsente familia & inde nõnullis amicis & affinibus, ægroto medicus poculum probe tempatũ manu sua porrigebat. Sed audax illa mulier, ut simul & cõsciũ sceleris amoliret̃, quam desponderat pecuniã, lucraretur, coram detento calice, non prius inquit medicorum optime, nõ prius carissimo mihi marito trades istam potionẽ, q̃ de ea bonam partem hauseris ipse. Vnde enim scio, an noxiũ in ea lateat uenenum, quæ res utiq̃ te tam prudentẽ, tamq̃ doctum uirũ nequaquã offendit, si religiosa uxor circa salutem mariti sollicita necessariam affero pietatem, qua mira desperatione truculentæ fœminæ repente perturbat̃ medicus, excussusq̃ toto consilio, & ob angustiam temporis spacio cogitandi priuatus, antequam trepidatione aliqua uel contatione ipsa daret male consciẽtiæ suspitionem, ididem de potione gustat ampliter, quam fidem secutus adolescens etiam sumpto calice quod offerebatur hausit. Ad istum modum ꝑsenti transacto negocio, medicus q̃ celerrime domum remeabat, salutifera potione pestem præcedentis ueneni festinans extinguere, nec eum obstinatione sacrilega, qua semel cœperat, truculenta mulier ungue latius a se discedere passa est, prius quam iquit

¶NOmen uxoris cum fide. Vxor quæ in maritum perfidiosa est & infida, atque pestifera: nomen uxoris (quod sacrosanctum est) amittit: nec digna est ut uxor & coniunx nominetur. ¶ Palmarum præliis. Palmę & trophea perfidi medici sunt pnantes: qui uitæ nostræ: necisq̃ imperatores fiunt: quibus solis hominem occidisse summa impunitas est: cũ nulla sit lex (ut Plinii uerbis utar) quæ puniat inscitiam capitalem. a palma: quæ arbor uictoriæ dicata est palmarium dictum: quod significat palma dignum. ¶ Quinquaginta sestertia. Nulla ars fructuosior medicina est celeberrimis medicorum: ducenta quinquaginta sestertia fuisse annua mercede apud pricipes accepimus: hinc ait Plinius noster: quod antiq̃ medicinam damnabant ob quæstum enormẽ: & preciũ immane. ¶ Momentarium. præsentarium: quod subitariã mortem afferret: momẽtoq̃ necaret citra cunctationẽ. ¶ Biliq̃ subtrahendæ. Simulat nequissima coniunx uenenatam potionem esse medicamentum nobile & saluberrimum ad bilem subtrahendam: qua maritus uexabat̃, ita ut sub specie medelæ uenenum propinaret. ¶ Quam sacram nominãt. Apud priscos potio hellebori principalis hẽbatur & sacra, quæ tradit aluum & bilẽ pituitasq̃: claꝝ esse erophili ꝑconium: qui helleborũ fortissimi ducis fortitudini æquabat, concitatis .n. intus oĩbus ipsuȝ imprimis exire. Aptissime datus in pulte aut lacte: reddi post quatuor fere horas incipit: totum opus septenis peragit̃ horis: medet̃ melancholicis: insanientibus: lymphaticis, item si exulcerata sint ꝑcordia, uel tumeant: aliisq̃ prope innumeris morbis: duo hellebori genera nigrum quod purgat per inferna: candidum q̃d uomitione causas morborum extrahit. Latini ueratrũ uocant: sacram potionem uocãt medici sactatam & diuinam ab effectu, quæ cæteris ꝑstantior, & excellẽtior, Plinius tradit aureum poculũ a medicis uocari potionem q̃dam ex frutice ob remedioꝝ excellentiam, hoc tpe potio ex rheupontico siue barbaro concinnato dici potest sacra: qua nullam præstantiorem medici nouere: cui⁹ meminit Amianus Marcellinus, græci φαρμακον θειον pharmachon diuinum uocant, item alexipharmacon καθαρτικον καὶ θεραπευτικον .i. purgatorium & medicã uim præpollens. Suidas ait Alexipharmaca esse ἀλεξητήρια .i. medicamenta auxiliatoria: est medicamentum nobile nomine panchrestos: cuius M. T. & Plinius meminerunt: si uocabulum interpreteris dici potest omnibus conducibile & bonum: est inter medicamẽta illud quoq̃ celebre, quod oporicen uocant: quoniam ex pomis fit: quæ a græcis ὀπώραι appellantur. ¶ Alia Proserpinæ. potio uenenata pernicialis Proserpinę merito sacrata dicitur: propterea q̃ ad Proserpinam & Plutonẽ homines demittit. ¶ Poculum probe temperatum. In quo .s. uenenum præsentarium tẽperauerat medicus, non ad salutem ægroti sed ad necem: prout cum uxore conuenerat. ¶ Vt cõscium sceleris amoliretur. Vt de medio tolleret & una cum marito perimeret medicuȝ: qui sceleris huiusce cõscius erat. ¶ Quam despõderat. Quinquaginta .s. sestertia, quæ medico ꝑmiserat. ¶ Detento calice. Mulier iniecit manum poculo: in quo uenenum erat temperatum: ne prius a marito ebiberetur, q̃ medicus ipse ꝑgustasset. ut ita una opera uterq̃ pariter tolleret̃. ¶ Hauseris ipse. Ebiberis, attende mulieris callidissimam astutiam, infandumq̃ commentum: quæ uno tempore marituȝ: medicumq̃ morte mulctat: sub prætextu affectionis coniugalis. ¶ Excussus toto consilio. Vetus prouerbium est gladiatorem in harena capere consilium: & quod sub manu consilium nasci debet, sed frequenter hoc accidit, ut homines repentinæ rei nouitate perturbati impotes mentis fiant: & toto consilio excutiantur: ut sibi ipsis nequeant consulere: nec quę cõducibilia sunt satis ualeant cogitare: iuxta illud: pauor omnem sapientiam exanimato expectorat. ¶ Vel contatione ipsa. Si contabundus medicus supersedisset gustare de potione: potuisset marito haberi suspectus: tanq̃ uenenũ in ea noxium miscuisset, sicut re uera miscuerat: sed ne uideret̃ tanti facinoris conscius large gustauit de potione mortifera: imitatus matronas illas Romanas: quæ uenena coquentes inuentæ: cum ea medicamenta salubria esse contenderent: iussæ bibere indidem largiter hauserunt: & ita epoto medicamento suamet ipsæ fraude omnes interierunt. ¶ Gustant. Lege gustat. s. medicus. ¶ Adolescens. Maritus ægrotus. ¶ Salutifera potione. Antidotum significat, quod ad pestem ueneni extinguẽdum est potentissimum, idq̃ multiplex. Vinum aduersus cicutæ uenenum est efficax remediũ: cuius natura excalefactoria uim cicutæ refrigeratoriam expugnat: sed si in uino cicuta pota sit irremediabilis existimat̃. Medic⁹ ergo festinat domũ: ut epoto antidoto: salutiferaq̃ potione extinguat uim ueneni noxiam: atq̃ pestiferam. ¶ Nec ungue latius. Digitus transuersus & unguis latus usurpant̃ decenter ab auctoribus pro minimo interuallo & spacio. Plautus in aulularia, digitum transuersum aut ungem latum excesseris. M. T. in epistolis ad Atticũ, a recta sentẽtia ne digitum quidem trãsuersum: item in Hortensio, ab hac mihi non licet transuersum: ut aiunt: digitum discedere ne confundam omnia.

Medicus iperator: uitæ & necis

Palmariuȝ

Potio hellebori

Veratrum

sacra potio

Alexipharmacon

Pãchrestos

Oporice

Sub manu consilium

Matrõę uenena coxerunt.

Vinum cicutę antipharmacõ

Transuersum digitũ

digesta potione, medicinæ euentus probatus appareat, sed ægre precibus & obstinatiōibus eius, multum ac diu fatigata tandem abire concessit. Interim perniciem cæcā totis uisceribus furentem, medullæ penitus attraxerant, multū deniqꝫ saucius & grauedine somnolenta iā demersus domū peruadit ægerrime, uixqꝫ enarratis cunctis ad uxorē, mandat saltem ꝓmissā mercedē mortis geminatæ deposceret. Sicqꝫ elisus uiolenter spectatissimus medicus effudit spm̄, nec ille tñ iuuenis diutius uitā tenuerat, sed interfictas mētitasqꝫ lachrymas uxoris pari casu mortis fuerat extinctus, iāqꝫ eo sepulto, paucis interiectis dieb⁹. qs feralia mortuis litant obsequia, medici uxor p̄cium geminæ mortis petēs aderat. sed mľier usqꝫ quaqꝫ sui similis fidei supprimēs faciem, p̄tendēs imaginem blandicule respondit, & oīa ꝓlyxe accumulateqꝫ pollicet, & statutū præmiū sine mora se redditura cōstituit, modo pauxillū de ea potione largiri sibi uellet ad icœpti negocii ꝑsecutionē, qđ pluribus laq̄is fraudiū pessimarū, uxor iducta medici facile cōsensit, & quo se gratiorem locupleti fœmiæ faceret, ꝓperiter domo petita, totā ꝓrsus ueneni pyxidē mulieri tradidit, quæ grādē sceleꝝ nacta materiā, lōge lateqꝫ cruētas suas manus porrigit. Hēbat filiā paruulā de marito quē nuper necauerat, huic īfātulæ, qꝫ leges necessariā patris successionē deferrēt, sustīebat ægerrime, inhiāsqꝫ toto filiæ p̄rimonio īminebat & captu, ergo certa defūctoꝝ liberoꝝ matres seleratas hæreditates excipe, talē parētē præbuit, qualē habuerat uxorem,

Cur medicamēta purgant

¶DIGEsta potione. Cupere se dicit truculenta fœmina: ut tam diu maneat medicus donec potio digeri icipiat: & effectu medico uenas: atqꝫ uitalia permeans euentum ostendat: potio autem medicamenti dicitur digeri quando diuiditur: resoluiturqꝫ per uenas: & purgat: nam alioqui medicamenta non digeruntur: idest non coquūtur: scribit Aristoteles in problematis: ideo medicamenta uim purgandi obtinere: quia concoqui nequeunt: & enim quæ ob exuperantiā frigiditatis: aut caliditatis digeri non possunt: aptaqꝫ sunt uincere non uinci ab animantium feruore: hæc medicamenta habentur: ubi.n. uentrem adierunt: resolutaqꝫ sunt: statim ad uenas per easdem feruntur semitas: quibus permeat cibus mox cum minime concoqui potuerint: sed uictrice perstiterint potentia relabuntur: quæ obstiterint secum detrahentia: quę res Καθαρτιοις: idest purgatio nominatur: de resolutiuis medicinis scribit Galienus copiose. ¶ Aegra. Legendum est ægre: idest uix difficulter: ut sit aduerbium non nomen. ¶ Obstinationibus. Obsecrationibus: & ita uidetur legendum. ¶ Interdum. Corrige interim. ¶ Perniciem cæcam. Vim ueneni pernitialem signat: quæ occulte intra uiscera crassabať: iamqꝫ ad medulas: uitaliaqꝫ peruenerat, quod signum est mortis intra corpus adactæ. Qui cicutæ ueneno enecantur incipiunt algere ab extremitatibus corporis: sic Socrates (Platone teste) cū

Socrates hausit cicutam

hausisset in calice tritum uenenum: cœpit deambulaṙ: mox cum interambulandum crura iam grauari sentiret iacuit resupinus: cœperuntqꝫ pedes & crura sensim frigescere: cum uero uis ueneni ad p̄cordia & uitalia ꝑuenisset: decessit in hac uoce deficiens. Esculapio gallū debemus: quem reddere neqꝫ negligatis. Tert. causam refert huiusce Socratici uoti ioculatoriam: sic scribēs in apologetico: Esculapio gallinaceū prosecari in fine iubebat: credo ob honorem patris eius: q͂a Socratē Apollo sapientissimum omnium cecinit. O Apollinem incōsideratum sapientiæ testimonium reddidit ei uiro: qui negabat deos esse. ¶ Promissam mercedē. Quinquagita sestertia: q̄ pro ueneno momentario audax mulier illa ꝓmiserat. ¶ Mortis geminatæ. Ipsius. s. medici & mariti. ¶ Elisus. Cruciatus: tortus: suffocatusqꝫ. ¶ Inter fictas lachrymas. Flebat neq̄ssima fœminaꝝ: ut ita ꝑ lachrymas uidereť ægro animo ferre mariti obitū: cuius ipsa cā extiterat: lachrymæ aūt uberrimæ sunt fœminis & sꝑ paratæ in statione: & cum frons: oculi: uultus pssæpe mentianť: lachrymæ uero sæpissime mentiunť, idqꝫ in fœmina potissimum. ¶ Quis. Quibus. ¶ Feralia litātur obseq̄a. elocutio est ex Virgilia. imitatione: Sacrisqꝫ litatis indulge hospicio: proprie nō sacra litanť: sed dii.

Litare

Litare aūt est deos propitiare, de feralibus & nouēdialibus: & parentalibus sacrificiis: quæ mortuis exhibentur, relege quæ suis locis annotauimus. ¶ Vsquequaqꝫ similis sui. In omnibus actionibus ubiqꝫ locorum, ubiqꝫ hominum perfidiosa truculenta scelerata sibi constans in flagitiis: nec usquam desiscens a moribus suis nequissimis: scilicet improbaqꝫ natura. M. Tullius de Verre: rediit ad se & mores suos: & cum laudabile sit in omni uita seruare constantiam, hæc fœmina in flagitiis erat constantissi-

Blandicule.

ma. ¶ Fidei imaginem. Ostentans se uelle promissam pecuniam cum fide persoluere. ¶ Blandicule. Comiter, & blande: ad uerbium diminutionis. ¶ Prolyxe. Largiter & copiose. ¶ De ea potione. Veneni. s. præsentanei: qua maritus: mediculsque corruerant. ¶ Properiter. Cito: festinanter: propere. ¶ Veneni pyxidem. Medicorum tituli (ut inquit Lactātius) remedia habent: pyxides uenena: pyxis illa celiana notissima est ex oratione. M. T. ¶ Cruentas manus. Irritata semel improbitas modum non habet: finis unius sceleris gradus est futuri: stare loco nescit mens mala, mulier truculenta manus sanguinarias porrigit ad alias quoqꝫ neces infandas: a ueneficio ad ueneficium prosiliens. ¶ Quod leges successionem patris neces-

Hæredes necessarii sui

sariam. Hæredes aut necessarii dicuntur: aut sui & necessarii: aut extranei. Hæredes necessarii & sui sunt: ueluti filius filiaue: nepos neptisue ex filio: & deinceps cæteri. Liberi qui in potestate morientis modo fuerunt sui hæredes ideo appellantur: quia domestici hæredes su[n]t. Necessarii uero ideo dicuntur: quia omnino siue uelint siue nolint tam ab intestato q̄ ex

Extranei hęredes

testamento ex lege. xii. tabulaꝝ hæredes fiunt, cęteri qui testatoris iure subiecti non sunt, extranei hæredes appellantur: ut copiosissime scribunt iurisconsulti: proinde successio necessaria intelligitur eorum hæredum, qui necessarii sūt: ut filius &

Census pecuniosus

filia. Lex tamen uoconia quam Voconius tulit: cuius supra meminimus: statuit nequis census: hoc est pecuniosus hæredē relinqueret filiam. Lex quoqꝫ. xii. tabularum adeo stricto iure utebatur: proponens masculorum progeniem: ut fœminini sexus necessitudinem expelleret, quod postea emendatum est. ¶ Sustinebat ægerrime. Aegro animo: molestoqꝫ ferebat: qꝫ

Inhio

leges deferrent filiæ patriam hæreditatem. ¶ Inhians. Auide cupiens: desyderansqꝫ: dicimus inhio hāc rem: & huic rei. Statius: fraternos inhiantem obitus. Cor. tacitus: pariter hortis inhians. ¶ Captu. legi potest capiti: ut exponas imminebat uitæ: capitiqꝫ puellę. ¶ Hæreditates accipere. Diuus Claudius matri ad solatium liberorum amissorum legiptimam eorum detulit hæreditatem: postea autem senatuscō. Tertul. cautum est: ut mater ingenua trium liberorum ius habens ad bona filiarumue admittať intestatorum mortuorum. ¶ Talem parentem præbuit. Qualis uxor fuerat in maritum pestifera. s. & pernicialis: talis quoqꝫ parens. i. mater in filiā patricida exhibetur & uenefica.

¶Prandio

PRANdio cõmento. Cũ prandium sese parare simulasset: ex tpis occasione. ⁋ Paruulæ tenuem spm̃. Infantula statĩ ueneno succubuit: cuius corpus delicatũ & uitalia inualida erant: & mollicula aduersus uim ueneni grassantis, sæuientisq; circa p̃cordia: q̃ a græcis phrenes dñr: quæ & exta nũcupant: de qbus suo loco plura. Galienus qnto de interiorib⁹ uolumine docet Diaphragma dici phrenas: ex eo qđ pp apostẽa diaphragmatis gignaẽ phrenetis. Aristoteles p̃cordia dici autumat phrenas a mente & prudentia: q̃ græce dr̃ φρην, subtilitas. n. mentis (ut inquit Pli.) p̃cordiis accepta ferẽ. ⁋ Ambagib⁹. ambages noxias appellat discursus ueneni exitiales meantis p interuenia: & uitalia populantis: qđ dum per uiscera digeritur:

Præcordia
Phrenes

prandioq; cõmẽto pro tpe ẽt uxorẽ medici simul & suam filiam ueneno eodem pcutit. Sed paruulæ quidem tenuem spm̃, & delicata ac tenera p̃cordia cõsicit ptinus uirus infestũ. at uxor medici dũ noxis ambagibus pulmones eius perrat tẽpestas detestabilis potóis, primũ suspicata, qđ res erat, mos urgẽte spũ iam certo certior cõtẽdit ad ipsam p̃sidis domũ, magnoq; fidẽ eius ptestata clamore, & populi cõcitato tumultu, utpote tã immania detectura flagitia, efficit statim sibi simul & dom⁹ & aures p̃sidis patefierent. Iãq; ab ipso exordio, crudelissimæ mulieris cunctis attrocitatib⁹ diligẽter expositis, repẽte mẽtis nubilo turbine correpta semihiãtes adhuc compssit labias, & attritu dentiũ longo stridore reddito, añ ipsos p̃sidis pedes exanimis corruit, nec ille uir alioqn exercitus tã multiforme facinus execratæ ueneficæ, dilatiõe languida passus marcescere, cõfestim cubiculariis mulier attractis, ui tormẽtorum ueritatem eruit, atq; illam minus qdem q̃ merebaẽ, sed quod dignus cruciatus alius excogitari non poterat, certe bestiis obiiciendam pnunciauit. Talis mulieris publicitus

circuitu quasi quodã pestifero implicat hoiem. ⁋ Pulmones. pluraliter ueteres dici pulmones uoluerũt: Pla. in curguliõe: pulmones distrahunẽ: cruciaẽ iecur. M. T. in. ii. de natura deoꝝ: in pulmonibus inest raritas q̃daꝫ: & assiduis spongiis mollitudo ad hauriendũ spm̃ aptissima. libro rhetoricoꝝ ad Herennium q̃rto: ubi agit de exornationib⁹: inducit hoc exemplũ, anhelans ex imis pulmonibus p̃ cura spũs ducebat: hic inquit unus pulmo intelligi: græce πνευμων dr̃ pulmo: πνευμονία uitium pulmonis, unde pneumonici a Plinio Celso: & cæteris dicti: qui uitio pulmonis afficiunẽ: quos latino uocabulo pulmõarios dici posse testis ẽ Columella: a quo ouis pulmonaria scite & decenter appellaẽ pulmõis morbo cõflictata, officina spirandi est pulmo: iõq; dixit poeta spiramenta animæ: philosophi pulmonem flabellũ cordis nominant & uentilabꝝ: quo calorem cordis refrigerari necesse est: oia quæ spirant (auctore Aristotele) hñt pulmonẽ: ideoq; piscium nulli pulmo inest: qñ nõ spirãt: sed pro eo branchias obtinent: qua in re Plinius noster ab Aristotele alacriter dissentit, asserens uice pulmonis inesse posse alia spirabilia uiscera: Suidas refert: neq; entoma. i. insecta, neq; ostracoderma. i. testacea, neq; malacostraca. i. mollia respirare. ⁋ Vrgente spiritu. Anhelitu & respiratu: cuius officina & domiciliũ ẽ pulmo. ⁋ Præsidis. præsidis nomen generale: & oẽs prouincias regẽtes p̃sides appellanẽ, proconsulis appellatio specialis ẽ: auctor Marcianus iurisconsultus. ⁋ Protestata fidem. pro testimonio palam implorans p̃sidis auxilium: fideꝫ enim p auxilio poni notissimum ẽ. ⁋ Aures patefierẽt. Quando dira & ĩfanda nũcianẽ: solent domus principũ aulesq; patefieri: præterea p̨sidi obseruandũ est: ut in adeundo se facilem p̃beat: ne potentiores uiri humiliores iniuriis afficiant. ⁋ Cunctis expositis. prouerbium græcum est. Κραμβὴ δὶς θάνατος. i. brassica bis repetita in cœnã mors est: quo sign̄aẽ iteratiõnẽ eiusdẽ rei esse odiosam: uñ Lucius noster fastidio parcens: ne iteꝝ añ dcã renarret scitissime dixit: cũcta diligẽter fuisse exposita ab uxore medici moribũda. Hom. tñ frequẽter repetit uersus eosdẽ & narrationes. ⁋ Turbine correpta. Turbinis in tẽpestate motũ uertiginosũ esse: & in orbẽ circũactum sciunt oẽs, & docet Seneca lib. vii. q. naturalium. Ab hoc turbine: q columnæ modo circũagentis se uoluiẽ: uertigo capitis haud absurde turbo appellaẽ: græco uerbo medicis usitatissimo scotonias appellant obtenebrationes: ac nubila mentis: capitisq; uertigines. ⁋ Semihiantes labias. Interloquendũ semiapertas. Indicat. n. medic ꝑmone fœminam exanimẽ corruisse ore semipatulo. ⁋ Stridore reddito: expssit habitum expirãtis ex cruciatu tabifici ueneni. Stridor dentium ex iracundia fit: & ex dolore. Hinc Sene. inter irascentiũ signa posuit stridorẽ dentiũ inter se arietatoꝝ. Liui⁹ quoq; idignãtem: dolentẽq; Hãnibalem ĩtelligi uolens sic scripsit. Frendens: fremens: gemensq;: ac uix lachrymis tẽperans dr̃ legatoruꝫ uerba audisse: a Virgilio quoq; dcm̃ est: dentibus infrendens. infrendere propriẽ est dentes irascendo quatere: uñ infrendẽtes dñr pueri sine dentibus: q frendere non possint. ⁋ Exanimis. Mortua: extincta: interdũ ponit exanimis pro exanimato: & pturbato: ut añ dcm̃. ⁋ Exercitus. Exercitatus: diutina. s. exercitatione: q̃ p̃sides facit expiẽtissimos, gnarissimosq; reꝝ humanaꝝ: contra inexercitus ponit pro inexercitato & torpente. epicurei (ut inqt Tertullianus) deum ociosũ esse & inexercitum asseuerant. ⁋ Multiforme facinus. Quo maritum: medicũ: filiã: medici uxorem: multos deniq; necauerat. ⁋ Dilatiõe marcescere. Sæpe ex dilatione, pcrastinationeq; negocia refrixerunt: iõq; in manifestis maleficiis oĩs dilatatio tollenda est: confestimq; in sontes aĩaduertendum: quoꝝ scelera morã non patiunẽ, alioq nihil p impetum faciendũ esse præcipiunt auctores. Vnde & illud poeticum memoratu dignũ, Da spaciũ: requiemq; moræ: male cuncta ministrat impetus. Scitu annotatuq; digna est Theodosii imperatoris historia: qui ob militem ĩpetu populi thessalonicensis furentis extinctum: repenti nuncii atrocitate succensus obtruncari passim prout qsq; occurrisset gladio iussit: ob hoc cũ a sacerdotib⁹ argueret agnouit delictum: culpãq; cum lachrymis pfessus publicã pœnitentiã egit. Quin ẽt legem sanxit in posteꝝ: ut sententiæ p̃ncipũ sup aĩaduersionem prolatæ in diẽ trigesimũ ab executoribus differrenẽ. quo locus misericordiæ, uel si res tulisset pœnitẽtiæ non periret. ⁋ In tormentorum. Minutulus error: qui tamen lectorem possit offendere: est enim legendum ui tormentorum. i. uiolentia & cruciatu. Diuus Augustus, in criminibus uestigandis non esse a tormentis incipiendũ constituit: epla quoq; diui Hadriani ita se hẽt, ad tormenta seruorum ita demum uenire oportet: cũ suspectus est reus, & aliis argumẽtis: ita probationi admoueẽ: ut sola cõfessio seruoꝝ deesse uideaẽ: rescripto quoq; eodẽ Hadriani illud expressum est: a suspectissimo incipiendum esse: & a quo facillime posse uerum scire iudex crediderit. ⁋ Cruciatus alius excogitari. Draco atheniensis nomothetes: hoc est legum conditor: pœna capitis puniendos esse sanxit sontes ex quacũq; uel leuicula noxa: adeo ut qui holera ut poma surripuissent eos capite mulctauerit. Quin olim rogatus q̃obrem plurimas iniuriaꝝ supplicio capitali plectendas statuisset: respondisse dicit. se parua quidem delicta morte digna censere: magnis añt maiorem pœnãinuenire non posse. Vnde Demades scite dixit Draconis leges non attramento: sed sanguine scriptas esse: quę paulo mox ob acerbitatem tacito: illiteratoq; atheniensium consensu obliteratæ sunt. ⁋ Publicitus. publice: aduerbium est.

Pulmones
Pneumonici
Pulmõarii
Entoma
Ostracoderma
Malacostraca
Vertigo & turbo
Stridor dẽtium
Infrendẽs
Inexercit⁹
Nil p impetum agẽdũ
Exemplũ theodosii
A tormẽtis non incipiẽdum
Leges Draconis sanguinariæ

matrimonium confarraturus,ingentiq; angore oppido suspēsus,expectabā diē muneris sæpius qdem metu mortē mihi uolēs consciscere,priusq̄ scelerosæ mulieris cōtagio macularer uel infamia publici spectaculi depudescerē.sed priuatus hūana manu, priuatus digitis,ungula rotūda,atq; mutila gladiū stringere nequaquā poterā.Plane tenui specula solabar clades ultimas,quod uer in ipo ortu iam gemmulis floridis cuncta depingeret,& iam purpureo nitore prata uestiret,& commodum dirupto spineo tegmine spirantes cinnameos odores promicarent rosæ, quæ me priori meo Lucio redderent.Dies ecce muneri destinatus aderat,ad conseptum caueæ prosequente populo pōpatico fauore deducor,ac dum ludicris scænicorum choreis,primitiæ spectaculi dedicantur.tantis per ante portam cōstitutus , pabulum lætissimi graminis quod in ipso germinabat aditu, libens affectabam,subinde curiosos oculos patente porta spectaculi,prospectu gratissimo reficiēs . nā puelli,puellæq; uirenti florentes ætatula,forma cōspicui , ueste nitidi,incessu gestuosi,græcanicam saltantes pyrrhicam,dispositis ordinatiōibus,decoros

¶MAtrimonium cōfarraturus.Tribus modis apud antiquos uxor habebat:ut ait Boetius in cōmentariis topicoꝝ:usu:
Cōfarratio farreo:coemptione:sed cōfarreatio solis pontificibus cōueniebat,erat aūt solēnitas qdā uinculi maritalis: qua nouæ nu
Farreum ptę farreū pferebant:sic.n.cibi genus ex farre factū nuncupant.Plin.in.xviii.qn & in sacris nihil religiosius confarrationis
uinculo erat:nouæq; nuptę farreū pferebant:auctor est Diony.alicarnaseus lib.antiqtatum.ii.legitima matrimonia in priscis romanis noiata esse farracea a cōicatione uidelicet farris:q cibus latio pmus fuit:& sicut græci hordei pmicias in sacris
dabant:ita Romani uetustissimum far putantes:ex eo sacra prisca potissimum conficiebant:uxores quoq; cōiunctiōe farris alimenti uiris sociari uoluerunt:ex hoc uetustissimo
ritu scienter dixit Lucius noster mrimonium confarraturus p copulaturus:uinculo quasi confarratiōis:& ita
alludens ad priscoꝝ uerba & doctrinā,simpliciter itelligi uult fœminam publice destinatā:quasi uxorem asino:q̄ publico spectaculo cū asino pinde ac uxor cū ma-
Diffarratō rito concūberet.Ecōtrario dr diffarratio cōnubii inter
uiꝝ & uxorem dissolutio a diffarratiōe:qđ genus sacrificii adhibito libro farreo fit in dissolutione mrimonii:
& sicut confarraturus mrimoniū dr pro facturus:copu
Diffarratu laturusq;.ita a contrario dici pōt eleganter diffarratur⁹
r⁹ cōnubiū pro dissoluturus connubiū.¶Oppido suspensus.ualde
suspensus:anxiusq;.¶Diē muneris.Diē publici specta
Scelerosus culi.¶Scelerosæ mulieris.Scelerosus est multoꝝ scele-
Sceleratus rū:sceleratus unius.Scelerosus proprie auc. est sceleris:
Scelestus sceleratus in quo scelus sit constitutum.scelerosus accusatio psonæ est:prout docet Dōatus:exponēs illud Terentianū:ubi ego illum scelerosum miserū:atq; ipiuꝫ in
ueniam.Nigidius figulus homo iuxta M.Var. doctissimus hoc inqt:inclinamentū in osus signat copiam q̄dā
immodicā rei sup qua dr:idcirco in culpā cadit:ut scelerosus merito dicat:q immodicis:multisq; scelerib⁹ ē co-
Depude- opertus.¶Depudescerē.Erubescerem:uel pudoreꝫ de-
scere ponerē.Hieronymus:nō depudesco infœlicitatis meæ:
qn potius plango me nō esse:quod fuerim. depudescere ē exuere pudorē:ut apud Oui. Depudui : profugusq;
pudor sua signa reliquit,hic.n particula de:modo intētiorem signat mō diminutionē.¶Vngula rotū.Talis ē
asinoꝝ ungula.Sunt asini ex illo aialium gñe:quæ græ
Monycha ci mōycha uocāt:hoc ē solidipeda.¶Mutila.trūca : sine
Specula digitis.¶Tenui spe.Pusila spe, ē.n.specula diminutiuū
Speres ex spe fcm.ueteres dixerūt speres pluralr.qđ liquet illo
Gēma i ui- uersu Enniano Sperosi speres qequā pdesse potis sunt.¶Gēmulis flori.Gēmas,& diminutiue gēmulas dicimus oculos in
tibus uitibus.Inde apud Columellā malcoli & palmites uitiginei bigēmes & trigēmes:a numero gēmaꝝ appellant. Qui.i.viii.
de trāslatiōe scribens:necessitate(inqt)rustici dīt gēmā in uitib⁹.qd.n.diceret aliud:& sitire segetes.Pli.quoq; in. xvii. hæc
uocat in uite gēma cū illi cespitē facit.Idē auct.est densitatē gēmaꝝ fertilitatis indiciū esse:hinc uerbū est gēmare:& gēma-
Gēmascere scere:qđ signat gēmas parere.huiusce gēmæ uitiginęs meminit & Oui.illo uersu.Et noua grauido palmite gēma tumet.
Flos indi- pterea noie gēmulaꝝ flores signant:qbus tanq̄ gēmis uerno tpe cuncta pingunt:& prata uestiunt.Flos.n.(ut Plinii uerbis
cium ueris utar)est pleni ueris indiciū:& anni renascētis.flos gaudiū arboꝝ:tūc se nouas:aliasq; q̄ sunt ondūt. Tūc uariis coloꝝ pictu-
Rosa ex ris in certamē usq; luxuriāt.¶Cōmodū.Tūc tūc:iam iam:ipso eodēq; tpe:aduerbiū ut sæpe dcm.¶Dirupto spi.teg.Rosa
spina nascit:spina germinat:ois pmo inclusa granoso cortice:quo mox itumescēte paulatim rubescens dehiscit:ac sese pādit.ce-
Centifolia leberrimas rosas pnestinā:& cāpanā antiq dixerunt:addidere alii milesiam:cuius sit ardentissimus color.una est quā centifoliā uocant a numero folioꝝ:pcox cāpana est:sera milesia:odoratissimæ sunt rosæ:& ut inqt Aristoteles in problematis
ὀδὴ μικρόδη οὖσα κολύμια.i.rosę odor sp suauis est.unguēta diuulgata(Plinio teste)maxime cōstant rosa.a quo unguentū quoq;
rhodion rhodion appellat:græce.n.ῥόδιον dr rosa.¶Promicarēt.Prorūperent:purpurarentq;.¶Muneri.Spectaculo gladiatorio.
¶Caueę.s.theatralis:de cauea supra diximus.¶Scænicoꝝ choreis.Histriones:q scænici dūr:primi cœperūt in theatro fabulas agere:& uoluptate histriōica spectatores allicere.Aristoteles Dionysiacos technitas uocat scęnicos:q magna ex pte
iprobis moribus esse cōsueuerūt.¶Tantisp.Interea.¶Ante portā.Videlicet spectaculi.¶Pabulū libens affe. Supradiximus:ex Heracliti sententia:pabulū asinis iucūdius esse q̄ auꝝ.¶Subinde.Freqnter:identidē.¶Curiosos oculos. Vbiq; cu-
Puellus riositatē sibi ingenitā fuisse significat.¶Prospecto.Nitidior lectio est pspectu.¶Reficiēs.Recreās.¶Puellæ.alibi pluribus in locis annotatū ē:puellos dici a ueterib⁹pueros:sicut pueras puellas. ¶Virēti⁹ætatula.M.Var.ppare uiuere pu-
re quas finit ætatul:ludere esse amare:& Veneris tenere bigas.Describit aūt saltatio ludicra & uoluptuaria:cui⁹ aspectu
oculi merito reficiebant.¶Incessu gestuosi.Saltatores pueri in ludo saltatorio tripudia agētes eleganter dūr incessu gestuosi,qppe q gestu multiplici ad modulos musicos moueant.Au.Gel.manus Ortensii oratoris iteragēdū argutas admo
Pyrrhica dū & gestuosas fuisse prodidit.De gestu oratorio copiosissime Quin.in.xi.¶Gręcanicam saltantes pyrrhicam . In primo
saltatio Sueto.cōmētario affatim annotauimus super pyrrhica:quā Pyrrhus in creta primus inuenit.Strabo in.x.refert pyrrhicā repertā fuisse a Pyrrhico p iuuenibus ad disciplinā militarē exercēdis:cui subscribit Soli.hisce uerbis. Pyrrhico reptore
equestris turma creata pma docuit lasciuas uertigines iplicare:ex q̄ disciplina bellicę rei usus datus.Plato quoq; lib. vii.de
legibus:pyrrhicā saltationē scienter:graphiceq; pscribit oñdens saltationē bellicā recte pyrrhicē uocari:cuius motus a pacifico longe diuersus sit:& ferme oēs scriptores in hunc cōcinunt.ut pyrrhicā saltationē esse armatā mēorent: quā græco
uocabulo enopliā uocāt.Cui⁹meminit & Dionysius alicarnaseus.vii.antiqtatū uolumine.Luci⁹uero nr græcanicæ pyrrhicæ appellatione intelligi uult tripudiū saltatoriū:ac gesticulariū delitiis:uoluptatibusq; meracissimis accōmodatissimū,
illud hoc loco addendū expyrrhicatios dici saltatores pyrrhicæ:quorum mentio fit ab Vlpiano titulo de pœnis.

¶Ambitus.

¶AMbitus. Circuitus:& uertigines.q̃les in ludo saltatorio subinde conspiciunt̃.M.T.probro dat Gabinio,ꝙ saltatoriū
uersaret orbem.obiter annotandū apud rhetores ambitū dici periodō siue circuitū:cui plurima nomina dat Cicero. A pe
riodo febres periodicæ a Plinio:Galieno & cæteris dictæ:quæ certo circuitu siue ambitu reuertunt̃:quales tertianæ sunt:
& quartanæ.in Gymnicis certaminibus periodō uicisse dr̃:qa pythia:Isthmia:nemea:olympia uicit a circuitu eoꝝ specta
culoꝝ.& maximū hoc decus erat hieronicaꝝ,hoc est uictoꝝ in sacris certaminibus uicisse periodo.¶ In quadratum pa-
torẽ.Eleganter exprimit̃ forma pyrrhicæ saltationis:q̃ modo orbiculata rotunditate circūagit̃,modo obliqua serie ꝑ ma-

ambitus inerrabant,nunc in orbe rotarum flexuosi, nūc in obliquā seriem connexi,& in quadratum pa torem cuneati,& in cateruæ dissidiū separati. At ubi discursus reciproci multinodes ambages tubæ ter minalis cātus explicuit. Alueo subducto,& cōplici- tis sipariis scæna disponit̃,Erat mons ligneus ad in- star incliti montis illius quē uates Homerus ideum cecinit,sublimi instructus fabula,conscitus uiretis, & uiuis arboribus,summo cacumine de manib⁹ fa- bri fonte manante fluuialis aquas eliquans. capel- læ pauculæ tondebant herbulas, & in modum Pa- ridis phrygii pastoris in barbaricis amiculis hu- meris defluentibus pulchre indusiatus adolescens

nus connectit̃:modo ad effigiem cunei figurat̃. Patore
hoc est apertura:hiatuq; quadrato.Cuneū dici istrumē Cuneus
tum ad ligna scindenda accōmodatum nullus ignorat.
Item in theatris ordines,unde cuneatum theatrū dr̄:
alibi quoq; annotauimus cuneū uocari globum milita-
rē:quē simplicitas militaris porcinū caput appellat: cu- Porcinū ca
ius prima pars angustior:deinde latior procedit:& ho- put
stiuꝫ ordines perrūpit. excuneati uocabulo Apuleiano
decenter dicti,qui in cuneo theatrali sedendi locum nō
habent:quasi extra cuneum exclusi.Discuneatæ a Pli-
nio conchæ dr̄r q̃si imisso cuneo diductæ,patefactæq;. Excuneat⁹
Cuneati,qui in cuneo dispositi sunt,& cunei figurā re- Cuneatur
p̄sentant.Plinianum uerbū est cuneat̃:pro eo qd̄ est in
cunei formā restringit̃.Cuneatior figura dr̄ a Liuio per
uocabulū comparatiuū.¶ Dissidium.In saltatiōe ex di-
sciplina saltatoria hoc persæpe fit:ut quodā quasi dissi-
dio saltatores ab inuicē disiungant̃:disseparētur q;, mox
paulo manibus connexis conserti copulent̃. In transcur Restim
su omittendū non est:ꝙ restim ducere in tripudiis dr̄r ducere
chori pueroꝝ:puellarūq; manu conserti:quod intelligi
uoluisse Terentiū minime ambigimus sic scribentem. Tu inter eas restim dictitans saltabis,a quibusdā uidet̃ id esse natū
ab eo fune:quo introductus equus ligneus in troiā ductus est:cum cōnexis manibus funē chori saltantes ducunt, de quo
Vir.funēq; manu contingere gaudēt:nos uero simpliciter id dici putamus,cū hodieq; conserti saltatores manibus cōnexis
restim ducere dicant̃ in tripudio. Liuius lib.xxvii.hanc restē saltatoriam signat his uerbis:ꝑ manus reste data Virgines so-
num uocis pulsu pedū modulantes incesserunt.¶ Multinodes ābages.Circuitus saltatorios & uertigines multinodes ele-
ganti epitheto appellat a nodatis manibus:chori puellaꝝ,puerorūq;:qui nodo quasi quodā cōnexi sunt & conserti inter
se,dum motu pedum,brachiorūq; gesticulatione discursant.¶ Tubæ terminalis cantus. Tuba signum datum esse signifi
cat:quo gestuosa pyrrhica terminaret̃.Cantus.n.tubæ terminalis dr̄ clangor:quo terminus imponit̃ tripudio & saltatiōi.
Vir.Martēq; accendere cantu.¶ Alueo subducto.Corrige auleo:est.n.sensus post peractam pyrrhicam saltationē subdu-
cta aulea sunt.& uela scænica complicata:ut apparatus fabulæ in scæna dispositus uiseret̃.est.n. mos,ut in actiōe fabula
rū theatricarū auleis cuncta contegant̃:post quæ histriones in operto consistūt:mox cū tempus est agendæ fabulæ aulea
subducunt̃, & in propatulo omnia conspiciunt̃.scribit Porphirio:qñ ludi scænici dabant̃,ꝙ aulea suspēdi solebant: quæ in
fine ludoꝝ deponebant̃.ex quo ritu est illud Oratianū Si plausoris eges aulea manētis & usq; sessuri.¶ Sipariis cōplicitis. Iudicium
Velis scænicis cōplicatis,cōtractisq;:sic & in primo:sipariū scænicū cōplicato:ubi abunde de sipariis.¶ Erat mōs ligne⁹. paridis
Extat libellus Luciani qui inscribit̃ θεῶν κρίσις.i.iudiciū deaꝝ.ubi luculēter hoc totū Paridis iudicium explicat̃:qd̄ in hoc
loco Lucius noster in spectaculo publico actum esse describit.Mythologi finxerunt tres Deas.i.Mineruam,Iunonem : & Tripartita
Venerē de formositate certantes:cū Mercurius pomū ad Paridē iussu Iouis detulisset.Iubēs ut malū illud caperet: daretq; hois uita
pulchriori.Paris curiose spectauit deas:audiuitq; pollicitationes singulaꝝ:mox pomū Veneri q̃si calculum uictoriæ de-
dit.Ferunt aūt id malum fuisse aureū siue inauratū,& in eo inscriptū.hoc munus formosior habeto.Philosophi:quod &
Fulgentius memorat:moraliter id interp̄tantes. Tripartitam hominis uitā esse dixerunt. Theoreticā:practicam, philargi
cam.i.contemplatiuā:actiuam:uoluptuariam.noīe Mineruæ contemplatiuam significari:actiuam Iunonis,uoluptuariā
Veneris:quarum iudiciū ad hominem transfert̃.cui liberꝝ deligendi debet̃ arbitrium:ut ipse quam uitam sectari maxime
uelit:contemplatiuā:an actiuā,an uoluptuariam,pro arbitrio eligat.eligitur autem pastor iudex:qui ad uoluptatem ma-
gis:libidinemq; uisus intorqueat:q̃ ad uirtutem quā Minerua:aut ad diuitias quas Iuno promittit. Sed ut domū repede-
mus:docet Lucius noster in fabula hac rep̄sentanda montē ex ligno in sceṇa instructum esse,ad idam significandam: in q̃
iudicium hoc peractum est.¶ Ideum cecinit.ida mons est in phrygia pręconio Homeri nobilis: cuius cacumen Gargara Ida
appellat:de qua satis multa Strabo in.xiii,quam ait ab ida:quæ in creta est nomen accepisse.¶ Consitus uiretis. In scæna ef
finguntur urbes:montes:& loca:qbus res quæ agit̃ ex argumento fabulæ confecta memorat̃.sic apud Plautū in amphi-
tryone Thebæ. In captiuis ætholia:in menechmis epidānus fabricant̃. Vireta aūt dicimus uirētia & uiriditatis plena. Vir- Vireta
gil. Deuenere locos lætos:& amœna uireta fortunatoꝝ nemoꝝ,Homerus idam uocat πολυπίδακα μητέρα θηρῶν.i.multo-
rum fontium & ferarum patentem. Strabo in.xiii.multifontem proprie dici autumat ꝑp fluminum multitudinem:ex ea
p̄fluentium. Vbi aūt rigua sunt ibi spēs herbescentis uiriditatis spectari solet.¶ De manibus fabri. Architectus ita mōtem
idam in scæna fabricauerat:ut ex fontibus aquæ fluuiales manare uiderent̃.¶ Capellę tondebant herbulas. Peculiare ca-
prarum est:ut fronde magis q̃ herba uescant̃:ideoq; caprinum lac stomacho accōmodatissimum creditur. Capras a carpen Capra a
do dictas auctor est.M. Varro:qui ait saliuam caprę uenenum esse fructus oleacei:oleamq; quam lambat capra sterilesce carpendo
re. ¶ Phyrii. Inscitia impressorum factum est:ut pro phrygii:quod nullus ignorat,phyrii imprimeret̃: quæ dictio cassa
est:& futilis & iure latii penitus exclusa.¶ Barbaricis amiculis. Phrygiis uestimētis. Amiculatos dicit Solinus uestitos ami Amiculat⁹
clo:phryges idei inuenerunt uestes acu facere:ideoq; phrygiones appellati sunt earum uestium artifices, de quibus Plau- Phrygiōes
tus:pallam ad phrygionem defert confecto prandio.hinc ductum opinor est uocabulum uernaculum phrygium:pro or Barbarica
natu uestimenti magisterio phrygionis concinnato & arte confecto. Vir.expressit barbaricum id genus amiculū illo uer- rii
su. Pictus acu tunicas & barbara tegmina crurum.hinc barbaricarii dicuntur artifices ex auro & coloratis filis exprimen-
tes hominum & animalium effigies in uestimento.¶ Indusiatus. Cultus ornatusq;:relege quæ secundo commentario de
indusio & indusiatis copiose:diligenterq; perscripsimus.

Tiara / Tiaratus — CAVrea tiara. Hieronymus in lib. ad Fabiolā de ueste sacerdotali: docet Tiarā eē capitis tegumētū: q̄si sperā media sit di uisā: & ps una ponaī in capite istar rotūdi pilionis: qđ & Galerȩ uocāt: dr̄ maſ. gn̄e & fœminino. Vir. in. vii. sceptrūq̄: sacerq̄ Tiaras. Vbi ānotant grāmatici Tiarā dici pileū phrygiū, sed ꝓprie fœminino gn̄e dr̄ hæc Tiara: sicut Iuue. & phrygia ue. stit bucca Tiara. Gestamē ē regū barbaroȝ: unā a Sidonio dicti reges Tiarati tiarā capite gestātes. Suidas docet Tiarā esse κοσμον επι κεφαλαιον. i. ornamentū capitis: quā rectā soli reges gestabāt apud Persas. olim Xerxes Demarato Lacedæmōio pmisit petere qđ uellet. ille petiit: ut sardis maximā Asiæ ciuitatē curru uectus intraret: rectā capite Tiarā gerēs. Q ō so. lis (ut refert Seneca) datū est regib⁹: græce τιαροφορος dr̄

Tiaro phoros / Cidaris — Tiarā ferēs. Quidā Tiarā alio noīe appellant κιδαριν. i. cidarim: ueȝ Theophrastus ait cidarim a Tiara differ re: de cidari mētio multa apud scriptores. ¶ Pecuariū magisteriū. & cū Paris fuisse pastor dicat: merito scæni. cus iustinēs Paridis ꝑsonā simulabat magisteriū & disci

Chlamyda / Cassida — plinā pastoralē: ut uere Paris effingeret. ¶ Puer nudus. Mercuri⁹ sig̃naī. ¶ Ephœbica chlamyda. Veteres chla. myda: & cassida dixerūt recto casu, q̄ a nobis dr̄ chla. mys & cassis. qđ docet Vir. in. xi. cū ait. Aureus ex hu. meris sonat arcus: & aurea uati cassida. n̄ placet Seruii interpratio: q exponit cassida ꝑ cassis: tanq̄ actū posue rit ꝑ noiatiuo. Meli⁹ Priscianus: q li. vi. sic refert: hæc cas sis cassidis, qđ ēt hæc cassida declinaī: ubi citat Virgiliā. hoc testimoniū: ē aūt chlamys: siue chlamyda uestis no mē notissimū: grȩce χλαμυδειον dr̄ chlamydula q̄si ꝑua chlamys. Apud iurisco. iter puerilia uestimēra chlamy. des numeranī. chlamys (ut inq̄t Cassiodorus in ep̄lis) ue

Chlamydatus — stis est militaris: qđ & Plau. indicat: q chlamydatū militē noīat: q militarē habitū describēs. opus est (iq̄t) chlamy. de & machera & petaso. Suidas ꝓdidit Numā Pōpiliū Romanoȝ regē: pmū usū chlamydis itulisse romanis: cū id genus uestimēti a legato isauroȝ accepisset. ꝓuer. biū apud græcos κωυλως οντοσ χλαμυς Sylosontis chla.

Silosontis chlamys — mys: de his qui ꝓcio ſa ueste supbiunt. Syloson. n. dr̄ hūis se ueste ꝓciosissimā, quā Dario adhuc ꝓuato desyderan ti dono dederit: q mox rex factus liberalitatē Sylosontis uestiariā regni remuneratiōe est ꝓsequut⁹. Ephœbi ca aūt chlamyda sig̃naī chlamys puerilis, q̄ ephœbi in. duunī. Qui sint ephœbi: q exephœbi docet Cēsorinus:

Ephœbiuȝ — ephœbiū in palæstra exedrā esse amplissimā: q̄ ephœbi exercebanī: testis est Victruuius in. v. hoc sig̃natu itelli. gendū illud ex lib. ii. macha. gymnasiū: & ephœbiā sibi cōstituere. ¶ Aureæ pinnu. Plauti. Mercu. Pinulas in ga lero gestare se testaī illo uersu. Ego has hēbo usq̄ in pe

aurea tiara contecto capite, pecuariū simulabat magisterium. Adest luculētus puer nudus, nisi q̄ ephœbica chlamyda sinistrū tegebat humerū, flauis crinibus usq̄quaq̄ cōspicuus, & inter comas eius aureæ pinnulæ cognatione simili societate prominebant, quem caduceum, & uirgula Mercurium indicabāt. Is saltatorie procurrens, malumq̄ bracteis inauratum dextra gerēs, ei qui Paris uidebaī porrigit, quæ mandaret Iupiter, nutu significans, & protinus gradus citule referens, e conspectu facessit.

Insequē puella uultu hōesta, in deæ Iunōis spēm sitis,

Petasus / Petasatus — taso pinulas. ubi petasus nō tāꝑ alato calciamēto accipi ur̄ q̄ ꝑ Galero, unā petasati dicti pileati: sup quo apud Sueto. in. ii. cōmentario copiosi⁹. Quod aūt Mercu. pinulas gestet in capite & in Talaribus: cām refert Augu. in. vii. Nā cū Mercurius de⁹ ꝯmonis sit: ꝯmonē uolaticū esse pinnæ sig̃nant. Luci⁹ quoq̄ nr̄ in apologia Mercuriū describēs iq̄t. En uide ut in capite crispat⁹ capillus sub pilei umbraculo appareat, quā lepide sup tpa pares pinnulæ emineāt: q̄ aūt festiue circa humeros ue.

Pennata talaria — stis substricta sit. Fulgentius placiades: pēnata qdem talaria Mercurio assignat: qđ negociantiū pedes ubiq̄ pergēdo q̄si pē nati sint. de pinnulis uero Galeri nihil meminit. nec mirȩ cū iter scriptores nō tā classicos q̄ plebarios sit numerādus. in cu ius mythologus nasutiores multa ꝓbāt: plura iprobāt. Q ō uero Fulgētiū q̄nq̄ dixi fuisse apprime doctū: id feci qđ a diuo Hieronymo fieri uideo: q eosdē scriptores mō laud. it, mō taxat: ꝓut laudati: taxariq̄ merenī. Nēo. n. tā malus scriptor: ut nō aliq̄ ex pte laudē doct. inæ mereaī. ¶ Societate. Lego sociatæ. i. copulatæ cōnexæq̄. ¶ Caduceū. nil noti⁹ est q̄ cū cadu.

Caducifer / Angues in caduceo — ceo fingi: pingiq̄ Mercuriū: unā & caducifer a poetis dcūs. ægyptii caduceū spē draconū maris & fœminæ coniunctoȝ figu rauerūt, q pte media uolūinis sui iuicē nodo herculaneo obliganī: caudę reuocanī ad capulū caducei: ornātur q̄ alis ex ea dē capuli pte nascētib⁹. Argumētū caducei ad gēiturā hoīum ꝑtinere autumāt: & li ueri⁹: q̄ qđ a Ful. tradiī. q uirgā ait spē tibus nexā ob hoc addici Mer. q̄ mercatorib⁹ det aliq̄n regnū, ut sceptrū: & uulnus: ut serpentiū. Plin. nr̄ li. xxix. auctor est: caduceū fieri circūdata effigie anguiū in pacis argumētis: cōplexu dracōnū: efferatorūq̄ concordia. Hom. lib. Iliados nouis simo: Mercurio dat καλα πεδιλα αμβροσια χρυσεια. i. Talaria pulchra immortalia aurea: dat & ραβδον. i. uirgam τη τ᾽ ανδρων ομματα θελγει: qua hoīum oculos somno demulcet: & somnolentos excitat. qđ totum ex archetypo homerico mutuatus est Virg. in. iiii. æneidos. ¶ Malum inauratū. Docet Plin. in. xxxiii. Chrysocollā in usu esse aurificū auro agglutinando, unde & nomē accepit: cū æra inauraī: sublinit argentū uiuū: qa bracteas ptinacissime retinet: ueȝ pallore detegit: si simplices aut ꝑ

Bracteæ / Bracteatū / Bractearii / Bracteatores / Emplastratores — tenues bracteæ sint: sic aūt appellanī folia auri. Nā nullū aliud metallū laxius dilatatur, aut numerosi⁹ diuidiī: utpote cu ius unciæ in septuagenas & q̄nquagenas pluresq̄ bracteas quaternūq̄ utrinq̄ digitoȝ dispergant. Crassiores bracteæ ꝑ nestinæ uocanī, inde bracteatum dictum pro eleganti & aureo pon ī. inde & bractearii inauratores eleganter appellanī: scribit Iulius Firmicus: quicunq̄ hūerit horoscopum in. xvii. parte scorpii erit aurifex, inaurator: bractearius. eosdem aliu bi bracteatores appellat: ex eodem genere sunt & qui emplastores nominantur ab emplastro. s. glutinandi. ¶ Quæ mandaret Iupiter. Apud Lucianum in iudicio Paridis ait Mercurius ad Paridē. ω παρι κελευει σε ο ζευς, επει δη καλος τε αυτος ει, και σοφος τα ερωτικα δικασαι ταις θεαις. i. o Pari iubet te Iupiter cū pulcher sis: & amatoria calleas iudicare inter deas de formositate, ait Fulgentius ideo Iouem noluisse iudicare. idq̄ iudicium ad hominem delegasse, ut in libertate arbitrii cōstitutus homo uideretur: cui optimo esset eligendi: quam uellet ex tribus uiuendi conditionem, siue contemplatiuam: siue actiuā: siue uoluptuariam. ¶ Citule. Velociter: perniciter. ¶ Facessit. Abiit.

¶ Stringebat

STRingebat diadema cādida. Attēde inusitatā declinationē priscis tñ usitatam: ut diadema fœminino gñe: ex formula — Hæc diadema
primi ordinis usurpet: hæc diadema diademæ. Antiqsimi.n. prisci talia ẽm primā declinationē ptulerūt: & gñis fœminini:
ut Plautus in Amphitrione. Cū seruili schema: pro schemate: ut Valerius in phormiōe. Quid hic cū tragicis uer sib⁹ & syr
ma facis: pro syrmate. Cōsimiliter Pōponius in satyra. Cuiusuis leporis liber diademā dedit: pro diadema. cæteꝶ passim:
hoc diadema diadematis decliaт̃: ex ritu græcoꝶ: q dicūt τα δέ ια δέ η ματος: & ut scribit Suidas. δέ ια δέ ημα εστιν το βασιλικον — Diadematus
ενδύμα. i. diadema est regiū indumētū siue corona: dr̃ aūt diadema a uerbo græco διαδέω: hoc est circūligo. est.n. fascia
cādida: q̄ capiti regis siue reginæ circūligaт̃: hoc regium
isigne primus iuenit Liber pr̃: Plinio teste: plura super
diademate annotaui in primo Suetonii cōmētario: hic
diadematus dr̃ diademate corōatus uittatusq: quo co
gnomine unus in gēte metelloꝶ isignitus est: quē dia
dematū uocāt. ad hoc uiri docti illud Plinianū ex. vii. re — Locus Plinii
ferūt: q hoc dicebat. Iam balearicis & creticis diadema
tis: iam Macedonicus ipse. ego uero enarrās Pliniū asseruidiis hominibusq fauentibus: legendum esse dal
maticis: ut sit sensus Plinianus illustris sane & histori
cus. Metellus Macedonicus dicebat filiis: ut celebrarēt
exequias Scipionis: & quibus filiis? nimirum glorio
sis: quorum unus balearicus: alius creticus: tertius dal
maticus cognominabantur: cognominibus merito pat
tis: cum baleares: cretam: dalmatiam singuli deuicis
sent: & quia constat de balearico: & cretico: ambigi
tur autem de dalmatico: audi queso quid scribat Pe
dianus Asconius. Aedem Castoris de manibus Lucius
Metellus erexit: qui Metellus subactis dalmatis dal
maticus appellatus est: in epitome quoq liuiana libro
lxii. scriptum legimus. Lucius Cecilius Metellus dalmatas obsedit. Iuno autem (ut ad fabulam redeamus) Iouis soror &
coniunx: cum regina cœlicolarum sit: merito diademata figuratur: & sceptrum ferens. mythologi Iunonem actiuæ — Iuno diademata sceptrigera
uitæ pposuerunt: quæ a Iuuando dicta est. ideo regnis pesse dicitur: q hæc uita diuitiis tm̄ studeat: ideo etiam cū sceptro
pingit: q diuitiæ regnis sint pximæ. Est aūt sceptrū: ut græci dicūt βασιλικη ραβδος. i. uirga regia & isigne dñantis. σκηπ
τουχους και σκηπτοφορους. i. sceptrigeros reges appellāt. ¶ Oleagina corona. Merito & scitissime dixit corona oleæ Mineruā
coronari: qm̄ ei⁹ arboris iuētrix ferт̃: iuxta illud poeticū: oleæq Minerua iuētrix. Athenæ (ut Pli. tradit) uictores olea coro
nāt. Mart. Capella: oliuā ideo Palladi cōsecratā dicit: qđ disciplinæ: quaꝶ illa dea ē lucubratiōibus: & oleo lucernaꝶ pdiscū — Oliua palladis cur
tur: sic.n. inqt in hymno. Hinc nā uernicomæ frōdēt tibi munera oliuæ. Ars & cura uigil p te quo discat oliuo. eidē datur
clypeus sapia q regat orbē: armatā fingūt q prudētia munita sit: nā galeā cū crista dāт: ut sapiētis cerebrū significet arma
tū & decoꝶ. hastā uibrat acutę cuspidis: ad acumē igenii penetrabile demōstrādū. caput Medusam saxificū gestat in pecto — Medusa saxifica
re: q stupet sapiēs solertia uulgus. Illud cūprimis notabile: q ex uertice pr̄is natā tradūt sine mr̄is officio: ut iudicio sit in
fœminis nō esse cōsiliū neq prudētiā. Martiani uersus ille ē memoratu dign⁹. Hinc de pr̄e ferūt sine mr̄is fœdere natam
Prouida cōsiliū qđ nescit curia matrū. In huius ēt tutela noctuā noctiuolā esse uolūt: ppterea q sapia ēt in tenebris ppriū — Noctua sub palladis tutela
fulgorē possideat: & q uigil isomnes ducat solertia curas: græco uocabulo tritogenia appellaт̃: qm̄ ex prudētia tria gignū
tur: bene cogitare: bñ dicere: bñ facere. Apud lacedæmonios celebraт̃ Minerua cognomēto chalciotis siue chalcioec⁹ hoc — Tritogēia
est. χαλκιοικος sic nūcupata a tēplo æneo. cuius Liuius: Probus: Plutarchus: Thucydides cōmeminere: de qua sic scri. Sui — Chalcious
das. χαλκιοικος η αθηνα εν σπαρτη η χαλκουν οι κον ειχεν η διατο τους χαλκιδεας τους εξ ευβοιας φυγαδας αυτον κτισαι. idest chal
ciocchus Minerua spartæ colitur: uel quia habet tēplū æneū: uel quia chalcidenses exules ex euboia id cōdiderūt. ¶ Præ
pollens. Valde pollens: potensq. ¶ Nudo & itecto corpe. Praxiteles: q marmoris gloria superauit etiā semet fuit. Venerē
nudā emerunt Gnidi. illo signo haud dubie nobilitati. cū multi ut Venerē praxitelicā uiderēт: nauigauerint Gnidū. ferūt — Venus praxitelica
amore captū quendā: cū delituisset noctu simulachro cohæsisse: eiusq cupiditatis extare indicē maculā. Venus (ut iterpta
tur M. Tul.) ex eo dicta est q uenit ad oīa: quam nudā fingunt: q libidinis crimē nunq̄ celatū sit: uel qđ nudis maxime cō
ueniat. græce dr̃ αφροδιτη a spuma: qđ cōcitatio ipsa seminis spumosa sit: & ut auctor est Aristoteles lib. ii. de aīalium ge
neratione. Deam quæ rei Veneriæ præest aphroditem nominauerunt: ob naturam spermatis: idest genituræ spumosam. — Genitura spumosa
¶ Inumbrabat. Merito inumbrabat dixit: cum tenuissimo uelamine non tam pubes tegeretur q̄ inumbraretur. De bōbi
ce: & ueste bombicina alibi satis multa. ¶ Curiosulus uentus. Non iuenuste refert uentum quoq ipsum: quasi amasium — membra
uestis laciniā reflasse: reiecisseq suo spiritu a corpore Veneris: ut flos ille experitus oībus esset in propatulo: dimota pallii
bombicini lacinia. ¶ Nunc luxuriam aspirabat. purior lectio luxurians aspirabat. & est sensus: modo uentus reflatu suo
uestem dimouebat: nudabatq Veneris genitalia: modo afflatu luxurianti exuberantiq applicabat: adeo ut pallium illđ
bombicinum adhæresceret corpori deæ: & decenter obumbraret integeretq domicilium uoluptatis: & enim uoluptas
sedem habet in membris genitalibus: & (ut inquit Ouidius) Illo crede mihi gratia nata loco est: scite autē uenusteq dixit
membrorum uoluptatem: intelligi uolens genitalium. nam membra (ut supra diximus) genitalia significantur: inde il
lud membrosior equo: & illud in sexto opere. Coniugis infusus gremio per membra soporem. in quo Anneus cornutus
membra accipit pro obscœnis. ¶ Graphice. Decenter: uenuste: concinniter: quasi ex picturæ uenustate: uerbum — Graphis
græcum est γραφω: quod significat pingo: scribo. unde grapheus pictor: & graphis pictor: & graphis pictura di — Antigraphice
cta. qua quidem linearem proprie significari prodiderunt. Plinius noster in trigesimo quinto: alia multa graphidis uesti
gia extant: idem mox paulo. antigraphicen picturam interpretatur: quam pueri ingenui in græcia ante omnia do — Graphiū
cebantur. Victruuius in primo: architectum oportet graphidis scientiam habere: ab eadem origine est graphium — Graphiarium
pro stilo: graphiarium pro theca repositorioq graphiorum: graphicus homo pro absoluto: & quasi pictoris ma — Graphicus
nu expolito: & graphice aduerbium pro polite: eleganter: condecore. graphicotera quoq per comparatiuum di — Graphice
cta absolutoria elegantioraq. Aulus Gellius in nono sic refert: Laberius poeta in mimmo: quem inscripsit Rectorem, — Graphicote
uersibus quidem satis munde atq graphice factis descripsit. ¶ In speciem. in pulchritudinem. Apud græcos γραφη: idest
graphe dicitur accusatio: & (ut inquit Suidas) nomen est cuiusdam publicæ accusationis.

nā caput stringebat diadema cādida, ferebat & sceptrū. irripuit alia, quā putares Mineruā, caput cōtecta fulgēti galea & oleagina corona tegebaт̃ ipsa galea, clypeū attoliēs, & hastam quatiens, & qualis illa cum pugnat. Super has itrocessit alia uisendo decore præpollens gratia coloris ambrosei designans Venerē, qualis fuit Venus, cū fuit uirgo, nudo & itecto corpore, perfectam formositatem professa, nisi q tenui pallio bombicino inumbrabat spectabilem pubem, quam quidem laciniam curiosulus uentus satis amanter, nūc lasciuiens reflabat, ut dimota pateret flos ætatulæ, nunc luxuriās aspirabat, ut adhærens pressule, membrorum uoluptatem graphice

laciniaret. Ipse autem color deæ uisus in speciẽ, corpus cãdidum, quod cœlo demeat, amictus cerulus, quod mari remeat. Iam singulas uirgines quæ deæ putabantur sui obibant comites, Iunonẽ quidẽ Castor & Pollux, quoꝝ capita, cassides orbatæ stellarũ apicibus insignes contegebant. Sed & isti castores erãt scænici pueri, hæc puella uarios modulos lasciua continente tibia procedens, quieta & inaffectata gesticulatione, nutibus honestis pastori pollicet̃, si sibi pmiũ decoris addixisset, sese regnũ totius asiæ tributuram. At illam quam cultus armorum mineruam fecerat duo pueri muniebant præliaris deæ comites armigeri terror & metus, nudis insultãtes gladiis. At pone tergum tibicen hormum canebat bellicosum, & permiscens bombis grauibus tinnitus acutos: in modum tubæ saltationis agilis uigorẽ sciebat. Hæc inquieto capite, & oculis inspectu minacibus, citato & intorto gñe gesticulatione alacri demonstrabat Paridi, si sibi formæ uictoriã tradidisset, fortem tropheisq; belloꝝ inclytum suis amminiculis futuꝝ. Venus ecce, cũ magno fauore caueæ in ipo meditullio scænæ circũfuso pplo lætissimoꝝ paruuloꝝ

